UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

[Polya]ntheæ [Novæ L]iber I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

NTHEÆ
IBER I.

Patrvm Sententiæ.

Sunt quidem dies munerum, quæ apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. Nunc ergo, inquis, recipiam meum, vel rependam alienum. Si hunc morem sibi homines de superstitione consecrauerunt, tu, extraneus ab omni eorum vanitate, quid participas idolothyta solennia, quasi tibi quoque præscriptum sit de die, quo minus id quod homini debes, vel tibi ab homine debetur, citra dier obseruationem luas, vel recipias? Da formam, in quam velis agi tecum. Cur enim & lateas, cùm ignorantia alterius tuam conscientiam contamines? si non ignoratis quòd sis Christianus, tentaris. Et contra conscientiam alterius agis, tanquam non Christianus. Enimuerò etsi simulaueris, tentatus addictus es. Certè, siue hac, siue illac, reus es confusionis in Deo. Qui autem confusus super me fuerit penes homines, & ego confundar super illo, inquit, penes Patrem meum, qui est in cœlis. *Tertullian. de Idololatria. cap.* 13.

Nusquam Christianus aliud est. Vnum Euangelium, & idem Iesus, negaturus omnem negatorem, & confessurus omnem confessorem Dei, & saluam facturus animam pro nomine eius amissam, perditurus autem de contrario aduersus nomen eius lucri habitam. Apud hunc tam miles est paganus fidelis, quam paganus est miles infidelis. Non admittit status fidei allegationem necessitatis. Non est necessitas delinquendi, quibus vna est necessitas non delinquendi. Nam & ad sacrificandum & directo negandum, necessitate quis premitur tormentorum siue pœnarum: tamen nec illi necessitati disciplina conniuet: quia potior est necessitas timendæ negationis & obeundi martyrij, quam euadendæ passionis & implendi officij. *Idem, de Corona militis, c.* 11.

Frustra erit dicere, & si me negauero Christianum, non negabor à Christo, non enim ipsum negaui. Ex illa enim negatione tantundem tenebitur: quia si Christianum negando, Christum in se negans, etiam ipsum negauit. Plus est autem quod & confusioni confusionem comminatur. Qui me confusus fuerit coram hominibus, & ego confundar eum coram Patre meo qui in cœlis est. Sciebat enim à confusione vel maximè formari negationem: mentis statum in fronte consistere: priorem esse pudoris quàm corporis plagam. *Idem, in Scorpiaco aduers. Gnosticos, c.* 9.

Vnam classem, vnum animarum genus à lætâ (Christianorum) celebritate abdico atque propello, gemens quidem & dolens, ac ne audientes fortasse lugens, nec exitium suum sentientes deflens, (hoc enim totius eorum plagæ maximè miserabile est) sed tamen abdico, eos nempe qui non supra firmam & stabilem petram, sed supra siccam & sterilem seminati (hi autem sunt qui leuiter ac defunctoriè ad pietatis doctrinam accesserunt, atq; exigua fide præditi sunt) quia altas in terra radices non egerant, confestim exorti sunt, ac prospicientes, vt alijs placerent, postea ad breuem & exiguũ diaboli assultum, paruumque tentationum æstum exaruerunt. Atque his etiam adhuc peiores, magisq; ad hoc fausto & læto conuentu proscribendi sunt, qui tempori, atq; ijs, qui nos ab eo qui in altũ ascenderat, pulchreq; captiuos nos duxerat, in malam & funestam captiuitatem abducebant, ne tantillum quidem obstiterunt: verùm vltro ac sponte improbos & viles se præbuerunt, vt qui ne paulisper quidem repugnarint, aut oborta ipsis ob Verbum aliquâ calamitate vel tentatione scandalum passi sint; verum cum breui quodam & caduco quæstu, aut obsequio, aut exigua potentia, salutem suam miseri commutarint. *D. Gregorius Nazianzenus. Orat.* 3.

Summum delictum esse quod persecutio committi coegit, sciũt etiam ipsi qui commiserunt; cùm dixerit Dominus & iudex noster, Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego in illo confitebor coram Patre meo qui in cœlis est. Qui autem me negauerit, ego illum negabo. *D. Cyprianus lib.* 3. *ep.* 14.

Sicut scriptum est, Donaui tibi omne debitum, quia me rogasti: scriptum est, Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, & coram Angelis eius. *Idem, lib.* 2. *epist.* 7.

...trum, quem Christus negaturum ante prædixerat, ipse non

...dem verbo quod ...
Latine dici, Negauit, denega-
...tus est, frustratus est, non respondit voto. Cognatio-
...bet cum שכח *Schachak* oblitus est, & חדל *Kaschak* obtene-
...est: nam quæ animo sunt obtenebrata obliuioni tradita,
...ia vel negata dici possunt. 2. Altera vox מאן *meen*, id est
..., recusauit. Vnde participiale nomen *Iaen*, recusans, &
..., recusantes, quod idem est ac abnegans & abnegantes.
...ionem verò habet *neen* cum negatiua particula אין *ain*, id
...n. Hinc ἀντῶ, repugno: & per aphæresin ἀνέομαι, renuo.
...negare in sacris & ecclesiasticis scriptis significat in genere
...are, relinquere, vel sententiam, personam, rem aliquam
...referre. Sumitur tum in bonam, tum etiam in malam partem, vt si quis quoquo modo, vel verbis, vel sermone, vel
...tu, silentio, opere vario, subindicet se abhorrere à Christiana doctrina & eius professione. Contrarium eius est Confiteri: nonnullis

Sententiæ Biblicæ

...negauerit me coram hominibus, negabo & eum coram Pa-
...o, qui in cœlis est. *Matth.* 10, 33. *Luc.* 12, 9.
...Iesum. Sanctum & Iustum; tradidistis, & negastis ante fa-
...Itati. *Act.* 1, 13, & 14.
...uis suorum, & maximè domesticorum, curam non habet, fi-
...negauit deterior. 1. *Tim.* 5. 8.
...nistum Iesum negauerimus, ille negabit nos. Si non credi-
...e fidelis permanet: negare seipsum non potest. 2. *Tim.* 2.
...
...entes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, de
...*Tim.* 3. 5.
...fitentur se nosse Deum, factis autem negant. *Tit.* 1. 16.
...is est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus non est Chri-
...Hic est Antichristus qui negat Patrem & Filium. Omnis qui
...filium, nec Patrem habet. 1. *Ioan.* 2. 22. 23.
...quidam impij Dominum nostrum Iesum Christum negant.

Exempla.

...us, *Matth.* 26. 70. 72. 74. *Marc.* 14. 68. 69. 71. *Luc.* 22. 57. 58. 60.
...17. 25, 27.
...ti. *Ierem.* 5. 12. *Actor.* 3. 13. 14. & 7. 35. Pseudoprophetæ, Doseductores, impij, Athei, & quotquot à Christi doctrina de-
...2. *Tim.* 2. 12. & *Tit.* 1. 16. 2. *Pet.* 2. 1. 1. *Ioan.* 2. 22. *Iud.* 4. Nico-
...*pos.* 2. 15. Apostatæ, qui ex Ecclesia egressi sunt, sed non erant
...clesia. 1. *Ioan.* 2. 19. Hi omnes abnegationis vinculo detinen-
...r resipiscant & ad Christum reuertantur, qui Petrum respe-
...ipsum ad gratiæ participationem amplissimam reuocauit.

POLYANTHEA

negauit, sed sustinuit, & amarè suam
postmodum lenijt. *Idem ad Nouatianum* [illegible]

Non poteris confiteri, nisi scias quantum noceas, si negaris. Cœlo martyres gaudent, veritatis inimicos ignis absumit. Paradisus Dei testibus floret: negatores gehenna complexa æternus ignis inardescit. *Idem de laude Martyrij.*

Nonne vobis videtur ille qui lapsus est semiuiuus esse, si vitale aliquid fides spiret? Nam qui penitus Deum ex suo corde abijcit, ille mortuus est. Qui ergo non penitus abijcit, sed per impressionem tormentorum ad tempus negauit, semiuiuus est. Aut si mortuus est, cur ei dicitis agendam Pœnitentiam, qui iam curari non potest? Si semiuiuus est, infunde vinum & oleum: non vinum sine oleo: Sed quod & foueat & remordeat. Tolle eum in iumentum tuum, trade stabulario, duo æra ad eius curam impende: esto ei proximus. Proximus autem esse non potes, nisi facias misericordiam. *D. Ambrosius de Pœnit. lib. 1. c. 10.*

Potest fieri, vt aliquis victus supplicijs, sermone neget & corde adoret. Nunquid eadem causa est eius qui sponte negat, & eius quę tormenta inclinauerint ad sacrilegium, non voluntas? Quàm indignum autem, cum apud homines valeat certaminis gratia, vt apud Deum valere non asseratur? Nam sæpè in hoc athletarum seculari certamine, etiam victos, quorum fuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare consueuit; maximè quos viderit, aut fortè dolo, aut fraude exclusos victoria. *Idem de pœnit. lib. 1. cap. 3.* Vide & *c. 4. eiusdem lib. 1.* vbi idem argumentum repetitur.

Cuius rei gratia in cachinnum solueris & defluis, qui tantorum tibi sponte factus es causa mœrorum? ante illud terribile tribunal Christi staturus, & summa cum examinatione rationem pro cunctis actibus redditurus; cum vtique non de his solum iudicandi simus, quæ voluntate atque proposito, sed etiam quæ coacti aliquando committimus. Qui enim, inquit, negauerit me coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo. Et certè plerunque contingit vt extorqueatur alicui negatio Dei, sed tamen non effugit ista supplicium. Nam pro hac quoque pœnas luemus. *D. Io. Chrysostomus homil. 6. in 2. cap. Matth.*

Triplex Domini ad Petrum de Charitate interrogatio, à Domini ignoratione proficisci minimè existimanda est, (ne ita quidam decipiantur) verùm triplicem negationem triplici assensione bonus medicus depulit. *S. Isidorus Pelusiota, epist. lib. 1. epist. 103.*

Vide Apostasia & Apostatae.

Ibi multa de impia abnegatione & defectione à Christo.

Abnegatio in bonam partem sumitur in S. Scripturis, vt sequentia dicta testantur.

Sententiæ Biblicæ.

Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus: & qui non accipit crucem meam & sequitur me, non est me dignus. Qui inuenerit animam suam, perdet illam; & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. *Matth. 10. 37. 38. 39.*

Iesus dixit discipulis suis, si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. *Matth. 16. 24. Marc. 8. 34. Luc. 9. 23.*

Qui amat animam suam, perdet eam? & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. *Ioan. 12. 25.*

Abnegatio nostri, seu mortificatio, regenerationis pars præcipitur supra citatis locis, & *Rom. 6. 4. 2. Cor. 4. 10. & 5. 17. Galat. 5. 16. Ephes. 4. 22. Tit. 2. 12. Hebr. 4. 10. & 12. 16. 1. Pet. 1. 22. & 2. 5. 24. & 4. 1. Ioan. 5. 19.*

Exempla Biblica.

Abraham, *Gen. 12. 1. 4. & 22. 1. 9. Hebr. 11. 8.*
Moses, *Exod. 2. 11. Act. 7. 23. Hebr. 11. 24.*
Leui & Leuitæ, *Deut. 33. 9.*
Ruth Moabitis, *Ruth. 2. 11.*
Eliseus Prophota, *1. Reg. 19. v. 20. 21.*
Amasias Rex Iuda, *2. Chronic. 25. 9. 10.*
Apostoli Domini nostri Iesu Christi, *Matth. 4. 20. & 9. 9. 19. 27. Marc. 1. 17. 18. & 10. 28. Luc. 5. 11. Ioan. 6. 67.*
Christi sectatores & discipuli, *Luc. 14. 26. & 18. 22.*
Zachæus publicanorum princeps, *Luc. 19. 8.*
Pij nonnulli (quos postea Confessores & Martyres innumeri sunt imitati in Ecclesia Christiana) *Ioan. 12. 25. 1. Corint. 7. 28. 30. 31. Hebr. 10. 33. 34. & 11. 37. 38.*
Paulus Apostolus, *Act. 15. 26. & 20. 24. & 21. 13. Gal. 6. 14.*
Prisca & Aquilas, *Rom. 16. 4.*

Sententiæ Patrum.

Nihil est aliud sui ipsius abnegatio, nisi summa rerum omnium vitæ prius transactæ obliuio, atque à suis ipsius voluntatibus recessio, quam in vita communi assequi longè est difficilimum, ne dicam ab omni prorsus, vt fieri possit, facultate remotissimum. *Basil. Magnus in regulis fusius disputatus. q. 6.*

Quum Dominus noster Iesus Christus, post multa documenta ad omnes loquatur, ac dicat, Si quis venit ad me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me: item, Sic igitur, quicunque ex vobis non renunciat omnibus quæ possidet, non po[illegible] ciamus inprimis, itemque carnis affectibus, qui abdicamus occulta de decoris, consanguinitatibus, familiaritatibus, quæ cum hominibus nobis sunt, similiterque consuetudini eorum vitæ, quæ perfectioni Euangelicæ satis aduersantur. Et, quod his omnibus magis necessarium est, quilibet sibipsi renunciat: qui exuit veterem hominem cum actibus suis, qui corrumpitur secundum desideria erroris. *Idem, ibid q. 8.*

In summa, cui propter Christum mundus totus crucifixus est, & ipse Christo, qui possit esse amplius particeps eorum quæ in mundo sunt? Cum Dominus noster Iesus Christus rem ipse ad summum prorsus fastigium perducat, nempe odium animæ, & sui ipsius abnegationem, quando dicit, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam; tumque subiunxit, Et sequatur me. Et rursus, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, insuper & animam suam, non potest meus esse discipulus. Perfecta igitur abnegatio in eo consistit, si quis id assecutus fuerit, vt ne de vita sua quidquam affectus sit omninò, esto habeat mortis responsum, ita vt nihil sibi consulat. *Idem ibid.*

Qui deponit veterem hominem cum operibus suis, abnegat semetipsum, dicens, Viuo autem non ego, viuit verò in me Christus: tollitque crucem suam & mundo crucifigatur. *D. Hiero. in Matth.*

Credens in Christum quotidie tollit crucem suam, & negat seipsum. Qui impudicus fuit versus ad castitatem, temperantia luxuriam negat. Qui formidolosus & timidus, assumpto robore fortitudinis, priorem se esse nesit. Iniquus, si sequatur iustitiam, negat iniquitatem. Quod scientes, non solum persecutionis tempore, & necessitate martyrij, sed in omni conuersatione, opere, cogitatione, sermone, negemus nosmetipsos, quod ante fuimus, & confiteamur Christum, qui in Christo enati sumus. *Idem in epistol. ad Aglasiam.*

Fecerunt ciuitates duę, amores duo: terrenam scilicet amor sui, vsque ad contemptum Dei: cœlestem verò amor Dei vsque ad contemptum sui. Illa in sesa, hæc in Domino gloriatur. *D. Augustin. lib. 14. de ciuit. Dei, c. 8.*

Si perit homo amado se, profecto inuenitur negando se. *Idem Serm. 47. de diuersis.*

Si vis Domini discipulus esse, crucem tuam tollas, & Dominum sequaris necesse est, (est) angustias & cruciatus tuos, vel corpus solum, quod in domu Christi est. Parentes, coniuges, liberi, propter Deum relinquendi sunt. De artibus & negotiationibus, & de professionibus, etiam horum & parentum causa dubitas, iam tunc demonstratum est obis & pignora, & artificia, & negotia propter Dominum derelinquenda, cùm Iacobus & Ioannes, vocati à Domino patrem nauem que derelinquunt, cùm Matthæus de telonio sit citatur, cùm etiam sepelire patrem tardum fuit fidei. Nemo eorum quos Dominus elegit, Non habeo, dixit, quo viuam. Fides famem non timet. Scit etiam famem non minus sibi contemnendam propter Deum, quàm omne mortis genus. Didicit non reipicere vitam, quanto magis victum? Quotus quisq; hæc adimpleuit? Sed quæ pene homines difficilia, penes Deum facilia. Sic tamen nobis de magnetudine & clementia Dei blandiamur, vt non vsque ad idololatriæ dfinitates necessitatibus largiamur. *Tertullian. de idololatria, p. 12.*

Martyres quærunt saluare animam suam, propterea perdunt vt saluent eam. Qui verò saluare volunt animam suam, vt non perdant eam, & animam & corpus & animam pariter perdunt in gehennam. *Origen. hom. 35. in Lucam.*

Si quis amator vitæ præsentis, & eam putans esse optimam, parcit animæ suæ timens mori, & putans animam suam per hanc mortem perire, iste volens hoc modo saluare animam suam, perdet illam, aliam faciens eam à vita æterna. Si quis autem contemnens vitam præsentem, propter Christi verbum, & confidens de vita æterna, quę ad mortem pro veritate certauerit, perdet quidem animam, sam quantum ad vitam præsentem, tradens eam pro pietate in mortem, quæ abusiuè dicitur mors: sed quoniam propter Christum perdidit animam suam, magis eam facit saluam in vita æterna. Sic autem modo sic intelligimus textum. Si quis intelligit quæ est vera salus, & acquirere vult eam salutem animæ suæ; iste abrenuncians hanc vitam, & abnegans seipsum, & tollens crucem suam, & quens Christum, perdit quantum ad voluntates carnales animam suam propter Christum, & propter omnem doctrinam eius, perdens animam suam hoc modo, saluat eam per opera pietatis. *Idem, tract. 2. in Matth.*

Si intelligis quid sit alium abnegare, tunc rectè percipies quid sit abnegare teipsum. Qui alium abnegauerit, fratrem puta, aut seruum, aut quemuis alium, si cædi eum virgis videat, si arceri vinculis, quicquid aliud mali pati eum conspexerit, non occurrit, non auxiliatur, non flectitur, nec prorsus vllo modo mouetur, ceu penitus alienatus ab illo. Sic igitur nullo nos pacto corpori nostro parcere vult, vt neque si cæditur, neque si pellitur, neque si vritur, nec si quid aliud huiusmodi patitur, ei parcamus. Quid dixit non parcamus, cum id profectò sit verè parcere. Nam etiam tunc [illegible]

nerogabit, ne parcant. Sic ipse Christus non dixit, Tamen non [illegible] sed fugit, if cantiu. ac ressius; Denega te ipsum, pericula [illegible] subi, certaminibus te o[illegible] easi vlius hæc patiatur, sic assicia[illegible] Non dixit, neget, sed abneget, sic adiectiuncula plurimum addat: quum abnegare multò plus quàm negare profectò sit. *D. Ioannes Chrysostomus in Matth. hom.*

Tunc nosipsos reliquimus, unc nos ipsos abnegamus, cùm vitamus, quod per vetustatem huius, & ad hoc nitimur, quò per notitiam vocamur. Pensemus quomodo Paulus se abnegauerat, qui dicebat, Viuo autem iam nego. Extinctus quippe fuerat sæuus ille persecutor, & viuere cœperat pius prædicator. Si enim ipse esset, pius profectò non esset. Sed se viuere denegat, dicat, vnde est quòd sancta verba per doctrinam veritatis clamat? Proinde subdit, Viuit verò in me Christus; a parte dicat, Ego quidem à memetipso extinctus sum, quia carnaliter non viuo: sed tamen essentialiter mortuus non sum, quia Christo spiritualiter viuo. *Gregorius Magnus in Euangel. homil. 3.*

Nullus à semetipso desit, ad eum qui super ipsum est non appropinquat, nec valet apprehendere, quod vltra ipsum est, si nescient maciare quod est. Si lerum plantæ transponuntur, vt proficiant; atque, vt ita dixerim, radicantur, vt crescant. Sic semina rerum in terræ admixtione efficiunt, vt in reparatione sui generis vberiùs assurgant. Vnde en videntur perdidisse quod erant, inde incipiunt apparere quod nescirant. *Idem ibidem.*

Cum S. Andrea vt simul crucifigamur & nos, attentius auribus cordis audiamus vocem dicis, Qui vult venire post me, abneget semetipsum: actu dicat, Quæ desiderat, se despiciat: & qui vult facere voluntatem meam, cat frangere suam. *D. Bernardus. sermon. de S. Andrea.*

Exempla.

Christus Dominus & uator noster, quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo: Sed seipsum exinanuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus homo, humiliauit se ipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. *Philipp. 2. versicul. 6. 7. 8.*

Paulus Apostolus Ie Christi, vincula, mortem & aduersa quæque nauci faciens dicebat Discipulis, Spiritus Sanctus per singulas vrbes testificatur dicens, ncula & afflictiones me manere. Sed nullius rei habeo rationem, neque vita mea mihi ipsi chara est, vt peragam cursum meum cu gaudio, & ministerium quod accepi à Domino, ad testificandum Euangelium gratiæ Dei. *Actorum 20. vers. 24.*

Capit. 5. Eiusdē historiæ Apostolicæ de Paulo & Barnaba dicebant discipuli eos se homines qui pro nomine Domini nostri Iesu Christi exposuerint suas animas. Ab abnegatione sui laudantur, quod nulla pericula pro Christi nomine refugerint.

Idem Apostolus, epist. vigesimo secundo, eiusdem libri Actorum, ardentissimum suum affectum erga Christi Euangelium explicuit, animum quparatum ad ferendam crucem demonstrat, quippe qui seipsum negasset, dicens discipulis, Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego non solum alligari, sed & mori paratus sum Hierosymis pro nomine Domini Iesu. Et ad Galatas, capit. sexto, Mihi non sit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesv Christi, per quem mundus mihi crucifixus est, & ego mundo.

Abraham, Mos, Iob, Dauid, Prophetæ, Martyres innumeri seipsos abnegarunt vt Christum sequerentur. *Hebræorum capite vndecimo.*

Vide Mortificatio.

Absolutio.

Absolutio dupliciter sumitur: vel pro rei inchoatæ perfectione, Græce τέλωσις. Hebr. סוף *Soph*, finis: vel pro liberatione. Hebr. חרצת *hirsdik*, Græc. ἀπόλωσις. De hac posteriore significatione hic agimus, forense vocabulum est, condemnationi oppositum. Illi enim dicuntur absolui, qui coram iudicibus pertracti, causa cognita dimittuntur, iustificantur, accusationum, legum obligationum variarum vinculis soluuntur.

Coram hominibus Absolutio illa dupliciter consideratur: vel respectu Absoluentis vel respectu Absoluti. Agens absoluit inducias vi precio, & irer auaros locum meretur: vel gratia & amore, & ad amicitiam pertinet: vel æquitate, & iusti appellationem subit. Patiens vel absoluitur: primo quidem à crimine, de quo fuerat accusatus: secundario autem à pœna tùm animi, tùm corporis, (à quouis supplicio) tùm fortuna, à multa quauis.

Coram Deo, est liberatio à peccatis seu reatu, ab ira Dei, pœnis æternis, denique tum à satanæ, tum à conscientiæ accusatione. Hæc fit in terris & in cœlis, eo modo quem Theologi prolixè declarant. Tantum dicta quædam S. Scripturæ quæ vocem Hebræam *Hirsdik* respiciunt, & absolutionem illam indicant apponimus, cum aliquot Patrum sententijs. Hæc vox igitur fluit à verbo *Tsadhak*, quod in prima coniugatione significat iustus fuit, iustificatus est. Psalmo centesimo quadragesimo tertio, versiculo secundo. Non erit iustus in conspectu tuo omnis viuens. In terria verò coniugatione *Hitseddik*, fecit esse iustum, iustificauit, declarauit iustum: Deuteron. cap. vigesimo quinto, versiculo primo. Exodi cap. vigesimo tertio, versiculo septimo. Psalmo octuagesimo secundo, versiculo tertio. Prouerbiorum cap. decimo septimo, versiculo decimo quinto. Isaiæ capit. quinto, versiculo 23. Væ ijs qui iustificant impium propter munus, id est, absoluunt impium. Hinc de apharesin δικαιόω, iustum puto, iustifico: δικαίωμεν, iustificor: δίκαιος, ἔνδικος, iustus: δικαίωσις & δικαίωμα iustificatio, δικαιοσύνη, iustitia; item δικάζω, δικαίωσις & δικαίωμα iudico causam, δίκη, causa, &c. quæ voces in Sacris libris noui Testamenti frequenter occurrunt.

Absolutio autem distinguitur in diuinam, Ecclesiasticam & politicam.

De Ecclesiastica, quæ fit Christi nomine & mandato. vide Matth. cap. decimo sexto, versiculo decimo nono. & cap. 18. vers. 18. Ioann. c. 20. v. 23.

De Absolutione diuina vide, quæ de remissione peccatorum occurrunt dicta in S. Scripturis: item de iustitia hominis peccatoris coram Deo. Exempla sunt iustificati & Absoluti omnes à peccatis, nempe Adam, Abel, Patriarchæ, post & Christiani omnes ante & post Christum in carne manifestatum.

Absolutionis humanæ, tum Ecclesiastica tum politica plurima in historijs occurrunt exempla. Quasdam veterum Theologorum sententias de absolutione nostra coram Deo subijciamus.

Peccatis contraximus chirographum culpæ, pœnam sanguinis debebamus, Venit Dominus Iesus, suum pro nobis sanguinem obtulit. *D. Ambros. de virginit. lib. 3.*

Non gloriabor, quia iustus sum, sed gloriabor, quia redemptus sum. Gloriabor, non quia vacuus peccati sum, sed quia mihi remissa sunt peccata. Non gloriabor, quia profui, neque quia profuit mihi quisquam: Sed quia pro me aduocatus apud Patrem Christus est; Sed quia pro me Christi sanguis effusus est: propter me Christus mortem gustauit. Qui pro te mortuus est, aduocatus est tibi, & sanguinis sui merces te seruat. *Idem de Iacob & vita beata, lib. 1. cap. 6.*

Quod tegitur non videtur: quod non videtur, non imputatur, quod non imputatur, nec punietur. *D. Hieronymus in Psalmo trigesimo primo.*

Dominus noster descendit ad nos, vt fieret nobis mortalibus & peccatoribus proximus. Ille duo bona habebat, iustitiam & immortalitatem: nos duo mala, iniquitatem & mortalitatem: vnum est culpa, alterum pœna. Culpa est quod iniustus es, pœna quia es mortalis. Ille vt esset proximus suscepit pœnam tuam, non suscepit culpam tuam, nisi delendam. Suscipiendo pœnam, & non suscipiendo culpam, & culpam deleuit & pœnam. *D. Augustin. de Verb. Dom. in Lucam, serm. 37.*

Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: non in quibus non sunt inuenta peccata, sed quorum tecta sunt peccata. Cooperta sunt peccata, tecta sunt, & abolita. Si texit peccata Deus, noluit aduertere. si noluit aduertere, noluit animaduertere: si noluit animaduertere, noluit punire, noluit agnoscere, maluit ignoscere. *Idem in Psalm. 31.*

Iam olim contra superbos clamatum est, beatus cui non imputauit Dominus peccatum: non enim imputat ijs qui fideliter dicunt, Dimitte nobis debita nostra. *Idem libr. de perfect. iustitiæ.*

Nemo sibi dat quod non habet. Ergo cum sis iniustus, non petis esse iustus, nisi conuertendo te ad quandam iustitiam manentem, à qua si recedis iniustus es, ad quam si accedis, iustus es. Te recedente non deficit, te accedente non crescit. Vbi ergo est ista iustitia? Quæres in terra? Absit. Respice ergo, transcende, vade illuc vbi semel loquutus est Deus, & ibi inuenies fontem iustitiæ, vbi est fons vitæ. *Idem in Psalm. 61.*

Opus erat sanguine iusti ad delendum Chirographum peccatorum. Quanta bona egit passio Domini. *Idem, ibid.*

Dauid, ad misericordiam, inquit, confugio, ad communem peccantium portum. Vides & iustum misericordia saluatum. Vbi misericordia, pœnæ locus non est. Quid contulit Deus saluti latronis? Remissionem peccatorum. Quid verò intulit latro? Confessionis fidem grandem, excelsam, cœlum tangentem. *D. Ioan. Chrysost. in Psal. 50.*

Illumina oculos meos, Domine, & sapiens sum: delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, & iustus sum: deduc me, Domine, in via tua, & sanctus sum. Verumtamen misi interpellet sanguis tuus pro me, salvus non sum. Non modò iustus, sed & beatus, cui non imputabit Dominus peccatum. *D. Bernardus, sermon. 22. in Cantic.*

…d omnium iustitiam solum habere propitium cui … Omne quod mihi ipse non imputare decreuerit, sic est non fuerit. Non peccare Dei iustitia est: hominis iustitia, in… fulgentia Dei. *Idem serm. 23. in Cantic.*

Abstemij.

ABstemius dictus est qui vino abstinet: Græcè, ἄοινος. Gellius, libr. 10. capit. 23. Qui de victu atque cultu populi Romani scripserunt, mulieres Romæ atq; in Latio ætatem abstemias egisse, hoc est, vino semper, quod Temetum prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt. Chaldęi vinum aqua dilutum תמד *temed* appellarunt, à quo quodcunque vinum Latinis veteribus dictum est: inde temulentia, temulentus ebrij, sobrijs abstemij oppositi, & μέθη Græcis, ebrietas, vnde temetum, vt nonnulli existimant, quamuis ex articulo & nomine conflata compositio non ita conueniat. Ouidius Metamorph. libro decimo quinto. *Clitorio quicunq; sitim de fonte leuarit, Vina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis.*

Alimenta & necessaria sunt pro conseruatione humani individui, & iucunda. Abstinentia igitur qualiscunque, siue necessitati, siue voluptati tantum detrahat, vel in nobis sita non est; sed à natura morbóue prouenit (sic quidam ab ortu, quidam ex morbo redduntur abstemij: sunt & qui nihil omninò cibi potúue assumant) vel in nobis sita est. Abstinent proinde ab alimentis tam necessarijs quàm iucundis alij quidem sponte, alij coacti. Et sponte quidem ijs vt præsentibus vti, sic absentia comparare recusant, sine vel inhoneſto (vt qui fermè seipsos vitæ tædio, aut desperatione acti enecant) vel honesto atque bono.

De cibi potusue vsu vel abstinentia, regulas Ecclesiæ tradidit Apostolus sequentes.

Qui manducat (qui bibit) non manducantem (non bibentem) haud spernat: & qui non manducat (abstemius) manducantem (vinum bibentem) non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Qui manducat (bibit) Domino manducat (bibit) & qui non manducat (qui non bibit) Domino non edit (non bibit) & gratias agit Deo. *Roman. cap. 14. vers. 3. 6.*

Non est regnum Dei esca & potus: sed iustitia, pax & gaudium in Spiritu S. *Rom. 14. 17.*

Itaque si mortui cum Christo liberi estis ab elementis mundi, quid vt viuentes in mundo ritibus oneramini? Ne attigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris. *Coloss. 2. 20. 21.*

Ne amplius esto abstemius: sed vino pauculo vtere, propter stomachum tuum, & crebras tuas infirmitates. 1. *Timoth. capit. 5. vers. 23.*

Vt naturæ ductu quidam à vino abstinent, & propriè dicuntur Abstemij, sunt & qui ex diuino vel honesto instituto, aut saltem non turpi vinum nullo modo gustant.

Dicta et Exempla Biblica.

Dominus de Nazaræis loquens, Vir (inquit) siue mulier, cum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino & omni quod inebriare potest abstinebunt, nempe toto Nazaræatus sui tempore. *Numer. 6. 1. 2. &c.*

Samsonis Nazaræi matri edixit Angelus, caue ne vinum bibas aut siceram. *Iudic. 13. 4. 7.*

Ioannes Baptista Abstemius declaratur. Vinum & siceram non bibet, inquit Angelus. *Luc. 1. 15.* Venit Ioannes, non bibens vinum. *Luc. 7. 33.*

De Rechabitis abstemijs ex patris instituto, Hieremias, Posui, (inquit) ante filios familiæ Rechabitarum scyphos, atque calices plenos vino, & dixi eis. Bibite vinum. Qui dixerunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis, dicens, Ne bibatis vinum & vos & filij vestri in æternum. *Hierem. 35. vers. 5. 6.*

Aaroni & sacerdotalis ordinis viris reliquis dicit Dominus, Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis tabernaculum testimonij, ne moriamini: vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea, quæ locutus sum ad eos per manum Mosis. *Leuit. capite decimo, versiculo 9. 10*

Vinum non bibet vllus sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. *Ezech. 24. 41.*

Cogitaui (inquit Salomon) in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. *Eccles. 2. 3.*

Abstemiorum laudes in ebrijs detestatione & vini … vide *Esai. 5. 11. 12. 22. & 22. 13. & 28. 1. & 56. 12. Daniel. 1. 8. Ioel. 3. 3. Amos. 2. 8. 12. & 6. 6. Habac. 2. Roman. 14. 21. Ephes. 1. Timoth. 3. 8.*

Sententiæ Patrum.

Ne propter pabulum, inquit Apostolus, solueritis op… quod opus? de quo ait, Bonum carnem non edere, & non potare. Nam qui in istis seruit placabilis & propitiab… non est. Quidam credit omnia manducanda esse, quidam infirmus olera vescitur: qui manducat, ne nullificet non… cantem. Tu quis es, qui alienum seruum iudicas? Et qui… cat, & qui non manducat, Deo agit dtias. Cum autem … arbitrio vetet controuersiam fieri, quanto magis diuino? … bat quosdam castigatores & interdictores victus inculare … fastidio, non qui ex officio abstinere, probare verò qui … non qui in conuitium creatoris. Et claues macelli tibi … permittens esui omnia ad constitudum idolothytorum … ptionem, non tamen in macello regni Dei inclusit. … inquit, esus aut potus est Dei regnum &c. Esca nos Deo … mendat, non vt de arida dictum puteret potius de vncta & … ta. Siquidem subijciens, nec si manducauerimus abund… nec si non manducauerimus deficiens: tibi magis inso… abundare te existimas si edas, & deficet si non edas, & ideo … tractas. *Tertullianus de Ieiunijs adv. Psychicos, capit. sexto.*

Clamat Apostolus, Non est regnum Dei cibus & potus … stitia, & pax, & gaudium. Item alio loco, Esca ventri, & ven… Deus autem & hunc & hanc euacuabit. corpus autem n… cationi, sed Domino, & Dominus corpori. Deus ventre … tur, nec cibis, quos Dominus dixit perire & in secessu natu… purgari. Nam qui per escas Dominum colit, prope est vt De… habeat ventrem suum. Cibus, inquam, vus, & sanctus, & … est fides recta, immaculata conscientia, & innocens anima… sic pascitur, Christo conuescitur, talis epulor conuiua est … sunt epulæ quæ Angelos pascunt, istæ sumptuosæ quæ ma… ciunt. Hinc est vox illa legis, Non in pane tantum viuit ho… in omni verbo quod proficiscitur ex ore Dei. Hinc illa Chri… esca est, vt faciam voluntatem eius qui misit, & vt consu… opus eius. Hinc, Quæritis me, non quia siga vidistis, sed qu… ducastis de panibus meis, & saturati estis. Operamini aut … escam quæ perit, sed escam permanentem in vitam æ… quam filius hominis vobis dabit, hunc enim signauit Deus … tia, inquam, & continentia, & reliquis virtutibus. Deus colit … & Zacharias refert (capite septimo,) Si manducetis, inqui… batis, nonne vos manducatis aut bibitis? eximens cibos … non ad Deum pertinere, sed ad hominem: ie enim carne … est, vt carne placetur; nec in has voluptatcattonitus, v… gaudeat cibis. Deus sola gaudet fide nostra, sa innocentia … ritate, solis virtutibus nostris, quæ habitant in in ventre, … nimo, quasque nobis acquirit diuinus timor: cœlestis mo… terrenus cibus. Ex quibus congruenter instatus est A… superstitionibus Angelorum seruientes, inflos à sensu ca… caput Christum non tenentes, ex quo omne corpus pe… concatenatum, & sibula charitatis membrimutuis inni… que concretum, crescit in Deum; sed illa seruntes, Nete… neque contrectaueritis, quæ imaginem quidem videantu… religionis, dum corpori non parcitur; nullus tamen em… tum omnino iustitiæ, dum ad elementa, quibus per baptis… tui sumus, voluntaria seruitute reuocamur. *Nuatian. e… Cibis Iudaicis, apud Tertullian. cap. 5.*

Vinum bibere non turpe est, absit: (hæc sunt hæreticor… cepta) sed Apostolus Timotheum nolens propter multa… dines prorsus esse abstemium, vini modici vsum ei concessit… dedecus esse non putaret non posse absque illius auxilio … borans membrum erigere. *Chrysostomus homil. ad popul… tiochen.*

Essæi, quos Iosephus & Philo Iudæus describerunt, à … ab esu carnium) abstinuére, quod vinum dementiæ vene… irritamentum esse dicerent. Hæc scribens Phib, inquit *Soz… libro 1. capit. 12.* significare voluit illos Hebræos, qui sua æ… gionem quidem Christianam profitebantur, adhuc tamen … Iudæorum in vita fuisse sequutos, & eorum instituta seruas… repetit *Nicephorus*, & *Sophronius* quoque testatur in … ci. Philo (inquit) videns primam Ecclesiam Alexandri… zantem, quasi in laudem gentis suæ de eorum conuersati… psit.

Ex Tatiani Schola circa annum Domini 181. progressi … cratitæ, quos *Epiphanius* depingit libro secundo, tomo prim… in mysterijs quidem vino vti noluerunt, sed aqua, vnde e… ὑδροπαραστάται, quasi dicat, aquæ patroni. Ede Seueria… dicit, ὅτι πανταχοῦ ἀπέχονται, id est, à vino prorsus abstinen… nem abstinentiæ à vino istorum hæret sorum vinum turb…

ces hominis, & iam ad libidines, iam ad iram, iam ad insaniam excitare. Atqui distinguendus fuerat modus usque fuit abusus à sobrietate, nec temperantibus bonis viris intemperantium & ebriorum culpa imputanda.

Monasteria item vino abstinuerunt, Tertulliano teste, libro de ieiunio contra Psychicos. Maichæi, vt scribit Augustinus ad Casulanum, vinum nō bibunt, tanquam fel esse principum tenebrarum, cum vescantur vuis, nec illi aliquid vel recentissimi sorboant. Tuta permulti à vino absent.

Ethnorvm *Abstemij*.

De abstemiis veterum sacrificiis vide quæ in loco de Sacrificiis & libationibus dicuntur. Palos autem nonnullos legimus vinum ad sacrificium prohibuisse illo effœminarentur, ac feueris legibus atque pœnis ebrietate coercere fuisse solitos.

Apud Locrenses Epizephyrios, si quis iniussu medici, & non recuperandæ valetudinis ca, vinum bibisset, capite plectebatur, quod lege à Zaleuco sancita est. Apud Massylienses lege autum, abstemios vt sint mulieres apud Milesios de hac re legem extare scribit Theophrastus. Apud Romanos nec famuli, nec ingenuæ mulieres vinum bibunt, atqadeo nec adolescentes ingenuiante trigesimum annum. *Athen. dipnosophist. lib.* 10.

Vide Aqva.

Plato lib. 11. de legib. adolescentes abstemios esse vult vsque ad 18. ætatis annum. *Aristot. lib.* 7. Politic. cap. 17. vinum teneroribus corporibus accommodatum esse pernegat, & propter morbos pueriem ætatem arcet ino.

Cœlius Rhodiginus quærit cur nonnulli sint abstemii? & respondet problematicen stomachi malæ constitutioni acceptum referri oportet, quæ calo cum siccitate conttariam aquæ requiret qualitatem? an adiut & stomachi debilior contextus, nocumentis vini calentis obxius? quia suapte vi, dissecandi quodammodo potestatem vim retinet? Suffragatur & cerebri oblæsio facilisac vini multum aporantis ictus, ex vtriusque partis sympathia: quam tertio intorum comprobat Galenus. *Lect. ant. put. lib.* 2. cap. 28.

Poarvm Sententiae.

Τίνι δὲ βροτῶν πλὴν δυοῖν μόνοι,
Δημητρὸς ἀκτῆς ὥματός θ' ὑδρηχόοι;
λέντ' οὐχὶ καὶ φυχ' ἥμας τερφθεν.

Quid sit a poste, nisi duo, mortalium?
Cereale munus, & liquorem fluminis?
Hinc lere natura il potis passim obuius.

Menander apud Stobæum, serm. 5.

Disite quam pareliceat producere vitam;
Et quantum natura petat. Non erigit agros
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus:
Non auro myrrha, bibunt: Sed gurgite puro
Vita redit: satisq; populis fluuiusq; Ceresq;

Lucanus, Pharsal. lib.

quim tuuat nuda manu
Captasse fontem celerius somnus premit.
Secura duro membra dersantur thoro.

Seneca tragicus in Hippolyto.

Apophthegmata.

Fridericus III. imperator quum intellexisset Leonoram coniugem, ex qua nilam prolem sucitauerat, facile fœcunditatem consecuturam, modo vino (à quo semper abhorruerat) præsertim in Germania frigida regione, vteretur: Esto, inquit: sed malim vxorem sitientem, quàm vinosam. *Aenias Syluius, lib.* 2. *Comment. de gestis Alphonsi.*

Succedat Augusto Friderico sua Augusta Leonora: quæ, tantum abest iniquo animo sui mariti responsum acceperit, vt etiam palam professa sit. Et si domini mei (Fridericum appellans) iussioni tam libens pareo quam vuo: si tamen vin vsum mihi mandauerit, mori optarim potius, quàm parere. *Idem*

Hieroglyphica.

Longa ieiunia, diuturnæ sitis tolerantiam per camelum significari, ex eo manifestum est, quod nullum animal tanta insigne magnitudine tam exigua cibi paucitate nutritur, neque dies plures sitim tolerat: cum fere constet Cameles in duodecimum vsque diem sine potu perdurare. *Pierius Val. lib.* 22. *c.* 39.

Ægyptii homiem sibi ab ebrietate cauentem significare volentes, Noctuam aut sua defugentem effingebant: quando memorant oui Noctuæ a vi pollere, vt si per triduum ebriosis in vino dentur radium ei sadducant, & abstemios homines reddant: quod etiam asserunt Philostratus, qui abstemium scribit ita reddi puerum, vt donec vixerit vini odio teneatur, si priusquam vllum vini gustum nouerit. Noctuina oua, leuiter cocta, illi sorbillanda propinentur: vini enim odium inde subrepit, quia temperatio hic fiat naturalis calor. *Item, lib.* 20. *c.* 21.

Emblemata.

Alciatus emblem. 23. proponit ἄγαλμα Bacchi & Palladis in eodem altari, vt nimirum significetur prudentiæ incrementum esse aliquod, si studiosi homines non sint prorsus abstemii.

Sequenti vero, nempe embl. 24. Arbor Oleæ, quam vitis arctissime complectitur, exclamat,

Quid me vexatis rami? sum Palladis arbor.
Auferte hinc botros. Virgo fugit Bromium.

Vini vsus (inquit Valerius Max. lib. 2. cap. 1.) olim Romanis fœminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerem esse consueuit. Et libro 6. cap. 3. Egnatius Metellus vxorem, quod vinum bibisset, fuste interemit. Idque factum non accusatore tantum, sed etiam reprehensore caruit, vnoquoque existimante, optimo illam exemplo violatæ sobrietatis pœnas pependisse. Et sane quæcunque fœmina vini vsum immoderate appetit, omnibus & virtutibus ianuam claudit, & delictis aperit.

Abstinentia.

Varia sunt voluptatum obiecta, varii moderandarum voluptatum habitus, vniuersim quidem trito illo Stoicorum apophthegmate, ἀνέχε καὶ ἀπέχου, comprehensi: quorum hoc in iucundis, illud in tristibus potissimū locum habet: in specie vero obiectorum distinguendi varietate: sic vt de voluptatibus corporis prius, de voluptatibus animi posteriore loco agatur. Temperantiam (moderationis, abstinentiæ, continentiæ, modestiæ, grauitatis, frugalitatis, verecundiæ, pudicitiæ, sororem natu maiorem & altricem) σωφροσύνην, sapientum instituto, populi vsu, ὅτι φρόνησιν σάζει, quod prudentiam conseruet, testantur Etymologici. Prudentia animi oculus quidam practicus est. Animus corporis famulitio vtitur. Corpus vt puta mortale, ad sui conseruationem externis multis indiget, quæ sensuum organis ceu manibus apprehensa, partim indiuiduo, partim speciei humanæ conseruandæ propagandæque inseruiunt.

Ad vtramque curam voluptatis corporeæ illecebra, contrariique doloris fuga, ceu esca quadam, natura mortales accendit incitatque. Voluptas omnibus connata sensibus, in gustu & tactu communissima vehementissimaque, in visu, auditu, olfactu, vt hominis propria, ita quoque remissior. Appetitum vtrumque recta moderatur ratio, vehementiorem maiore, remissiorem minore vi edomans: alias alio, hic σωφροσύνης Temperantiæve insignita nomine. Et quidem circa alimenta & Venerea κυρίως: circa visus vero, auditus, odoratus obiecta ἀκράτως vertitur Temperantia, mediocritatis vbique studiosa.

Ab ea exorbitans vitiosus habitus, ἀκολασία dictus, hominem à statu excellentiæ suæ propemodum diuinæ, ad quem natura duce, comite Temperantia, peruenerat, ad brutorum Libidinem ingluiemque deiicit. Ab eadem deficiens vitiosus habitus, vt nomine caret, ita rarus inuentu, superstitionis contumaciæ desperationis, similiumque vitiorum quæ comitatur, naturam nomenq; frequenter induit.

Alimenta autem & necessaria sunt pro conseruatione humani indiuidui, & iucunda. *Abstinentia* igitur qualiscunque, siue necessitati, siue voluptati tantum, detrahat: vel in nobis sita non est, sed à natura morbove prouenit (sic quidam ab ortu, quidam ex morbo redduntur abstemii, sunt & qui nihil omnino cibi potusue assumant) vel in nobis sita.

Abstinent proinde ab alimentis tam necessariis quam iucundis alii quidem sponte, alii coacti: & sponte quidem iis vt præsentibus vti, sic absentia comparare recusant, fine vel inhonesto (vt qui fame seipsos vitæ tædio enecant) vel honesto atque bono. Quæ abstinentia huius sectionis est propria quatenus à cibo abstinet, & voluptatem moderatur, vel vt malum aliquod compescat, aut euitet. Ita quidam pœnitentes ieiunare solent, alii abstinent ab alimentis ad corporis morbos edomandos aut præcauendos: vel ad animi vitia cohibenda, Luxuriam puta & inobedientiam. Alii à cibo abstinent, ad bonum aliquod impetrandam: puta vel animi illustrationem in theorica sapientia, aut practica pietate, vel corporis fœcunditatem & robur: vel fortunæ bona, diuitias, honores, victoriam, &c.

Iam vero coacti abstinent illi quibus alimenta eripiuntur, vel diuinitus, tempestate, frigore, rerum necessariarum ad victum penuria: vel humanitus, puta ab hostibus obsidentibus, vel à Magistratu reos ad esuriem tolerandam cogente.

Abstineo, abstines, penult. breui, abstinui, abstinere, ex abs & teneo, est ab aliqua re omnino se cohibere, & quasi se tenere procul neo, est ab aliqua re omnino se cohibere, & quasi se tenere procul à re illa, vt abstinet furto, quirem proximi non attingit: abstinet

alimentis, voluptatibus, qui cibis, potu, venere non vtitur. Abstinuit cœna, qui non cœnauit. ἐγκράτειας nomine Græcis in genere, temperantia in specie castitas, continentia, moderatus & interdum parcus atque admodum adstrictus & tenuis alimentorum vsus, & modestia item in omni conuersatione significatur. Xenophon apomn. lib. 1. ἐγκράτειαν dicit ἀρετῆς εἶναι κρηπίδα. & Aristoteles hic & lib. 7. cap. 4. καὶ (inquit) ἡ ἐγκράτεια ἠτὸ σώφρονος. Cum genitiuo frequenter occurrit, sicut & ἐγκρατὴς: & tum exponitur etiam Abstinentia.

Moses. Genes. 45. cap. 1. vers. de Ioseph fratres suos singulari quodam intimoque cordis affectu complectente dicit, eum non potuisse vltra se cohibere, multis coram adstantibus, vtitur vocibus *Lehithappek*, quæ significant, quod Galli dicunt, *Il ne peut plus se tenir, ou retenir*. *Apak*. impetum fecit: in quarta coniugatione *hithappak*, continuit se cum violentia quadam. Sicuti Ioseph, Gen. 43. 31. Lauit faciem suam, & egressus est, & *Iithappak*, continuit se vi quadam, *il se fit force*. Inde nonnullorum iudicio fluit *Mithappek*, Abstinens, qui vim sibi quandam infert ne rebus, quas attingere recusat, tandem vtatur.

Abstinentia à cibo in genere à Græcis appellatur Νηστεία, à νὴ particula priuante & σθένω, quod est validum & firmum esse: quoniam inedia & cibi abstinentia corporis vires eneruat. Sunt qui νηστεῖαν & νηστεύειν à νὴ & ἔσθιειν siue σιτεῖσθαι volunt esse deductum. Ieiunus siue à cibo abstinens, inediaue laborans, ἄσιτος, ἄκοτος, νήστις, ἄπαστος, ἀγάστος, &c. Hebraice appellatur *Tzom*. 1. ieiunauit: quod vt literarum transpositione, ita modo tantum significandi variat à verbo *Motz*, 1. emunxit, emulsit, quod ieiunium emungat, & emulgeat vel exhauriat vires atque corporis pinguedinem.

A cibis *abstinentia* quadruplex esse videtur: nempe *Naturalis*, voluntaria, miraculosa, violenta siue coacta. Naturalem vocamus, quando quis natura vel sana ac bene constituta, vel morbo aliquo vitiata atque corrupta à certis cibis abhorret, ac proinde ab iis abstinet,

voluntaria, quæ certa ratione & consilio suscipitur. Aut pro diuerso fine varia est atque multiplex: nempe ciuilis, politica, religiosa, superstitiosa: de quibus prolixe differendum est.

Miraculosa vires humanas superat & à Deo nonnunquam ratione ad veræ doctrinæ confirmationem, atque collationem Sanctis viris concessa fuit. Eiusmodi fuit Mosis, Christi ieiunium 40. dierum, quod minime non imitamur.

Violenta seu coacta vigetin annonæ penuria, famisque tempore. Et hæ quidem de vocis & rei definitio & varia acceptione.

Abstinentia est à cibo & potu, non tam à qua Dei creatura sit, sed pro sola corporis castigatione sumpta. *Secundum Augustinum de fide ad Petrum.*

Abstinentia est cohibitio gulæ, luxuriæ, cupiditatis, ambitionisque, & superbiæ, *secundum commentatorem Ethic.*


Abstinentia (vt quidam volunt) sic differt à continentia: continentia est, cum nos à voluptatibus continemus. Abstinentia autem pro iustitia accipitur, cum videlicet abstinemus malis, nullivim inferentes, nihil cuiquam eripientes. Continentia poteris dare nomen abstinentiæ potius, quam econtra. Continentia enim quid specialius est: Abstinentiverò generalius. Nam temperantia putatur sub iustitia esse, veb ea non posse separari, illa verò sine hac frequenter est. Quare de continentia & abstinentia.

Omnis abstinentia, omnis innocentia, apud Græcos vsitatissimum habet nullum, sed habere potest, ἐυλάβειαν. Nam innocentia talis affectio animi, quæ noceat neminireliquas enim virtutes frugalitas continet. *Cicero lib. 3. qu. Tusc.*

Vide plures definit. inter sententias Philosoph. loci.

¶ Divisio.

Abstinet, Aeger, Egens, Cupidus, Gula, Simia, Virtus.



¶ Sententiæ Biblicæ.

…ierint cum fecerit votum, vt sanctificetur, & se vo…
…o consecrare, à vino, & omni, quod inebriare potest, ab…
Num. 6.
…lium suum ab infantia timere Deum docuit, & absti…
…m peccato. *Tob. 1.*
…mebit, & replet animam suam, venter autem impiorum
Prouerb 13.
…aturata alcat fauum: anima esuriens amarum pro dul…
Proverb. 27.
…or & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus
…estus habebit. *Eccles. 3.*
…ia, cuius principes vescuntur in tempore suo ad refici…
…non ad luxuriam. *Eccles. 10.*
…uæ hominis aqua & panis. *Eccl. 29.*
…pia bono frugi, his quæ tibi apponuntur. *Ibid. 31.*
…vbi est: in omni epulatione: & non te effundas super o…
…im: in multis enim escis erit infirmitas: & auiditas ap…
…bit vsque ad cholerам. *Eccl. 37.*
…timens deum, adijciet sibi vitam. *Ibidem.*
…timam eius diligit, labores huius magnas habent virtu…
…tem etiam & sapientiam docet & iustitiam & virtutem,
…hil est vtilius in vita hominibus. *Sapient. 8.*
…ngulis quæ vescetis, erit in pondere. *Ezech. 4.*
…ulciantur, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabun…
…s. 5.
…manducat, non manducantem non spernat. Et qui non
…manducantem non iudicet. Qui enim manducat, Do…
…dicat: gratias enim agit Deo, Et qui non manducat:
…non manducat: & gratias agit Deo. *Rom. 14.*
…s creatura Dei bona est, & nihil reijciendum est, quod cum
…actione percipitur. *1. Tim. 4.*
…ctiam alteri inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt va…
…uetis. *1. Cor. 7.*
…is enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. &
…lem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incor…
…1. Cor. 9.
…igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi
…verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redi…
…forte cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. *Ibidem.*
…ambulate, & desideria carnis non perficietis: caro enim
…dit aduersus Spiritum. *Galat. 5.*
…autem qui Dei sumus, sobrij simus. *1. Thess. 5.*
…omni specie mala abstinete vos. *1. Thess. 5.*
…sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. *1. ad Tim. 4.*
…ones hortate, vt sobrij sint. *Ad Tit. 2.*
…ste & pie viuamus. *Ad Tit. 2.*
…ersum obsero vos, tanquam aduenas & peregrinos, absti…
…os a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.
…1.
…ite estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tan…
…Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite for…
…dati. Petri 5.
…os autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide ve…
…rtutem, in virtute autem scientiam, in scientia abstinentiam.
…1.

Vide pleraque in titulo Ieiunium.

¶ Patrum Sententiæ

…num est in cibo, cum gratiarum actione percipere quicquid
…edendum præcipit. Abstinere autem ab aliquibus non quasi
…, sed quasi non necessarijs, non est malum. *August. de diffini…*
…ne fidei.
…on interest omnino scilicet ad veritatem, quid alimentorum
…quantum quis accipiat: dummodo id faciat pro congruentia
…ni, cum quibus viuit, & personæ suæ, & pro valetudinis suæ
…ilitate, sed quanta facilitate & serenitate animus his valeat,
…m oportet, vel necesse est carere. *Aug. in lib. de qu. euang.*
…Quam suaue mihi subito factum est à suauitatibus nugarum
…here, & quas mittere metus fuerat, iam dimittere gaudium est,
…ctas enim eas à me: tu verò summa suauitas intrabas pro eis,
…is voluptas dulcior, sed non carni & sanguini: omni luce cla…
…& omni secreto interior, omni honore sublimior, sed non sub…
…tus in se. *Aug. 9. confessionum.*
…Vtantur diuites coniuetudine infirmitatis suæ, sed doleant se ali…
…non posse. Melius enim possent, si aliter possent. Si ergo non ex…
…tur pauper de mendicitate: tu quare extolleris de infirmitate?
…ere cibis electis, pretiosis: quia si consueuisti, aliter non potes:
…ui consuetudinem mutas, ægrotas: conceditur tibi, vtere su…
…ribus, da pauperibus superflua. Vtere pretiosis, da pauperibus.
…ug. de ver. de. ca. 5.
…Qui tibi à cibis temperant, vt alias escas difficilioris præpara-

tionis & pretij maioris inquirant, multum errant. Non enim est hoc suscipere abstinentiam, sed imitari luxuriam. *Aug. in serm. de dominic. 4. in aduentu.*

Abstinentia est à cibo & potu, non quia aliqua Dei creatura mala sit, sed pro sola corporis castigatione cessatio. *Aug. de fi. ad Pe.*

Quisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quam sese habent mores eorum cum quibus viuit: aut intemperans aut superstitiosus est. Quisquis verò sic eis vtitur, vt meras consuetudinis bonorum inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido in culpa est. Quid igitur locis & temporibus & personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temerè flagitia reprehendamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens vtatur, insipiens autem fœdissima gulæ flamma in vilissimum olus exardescat: & sanus quisque maluerit more domini, piscе vesci, quam lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut hordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt plæræque bestiæ, quia vilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiusce modi rebus non ex earum rerum natura quibus vtimur, sed ex causa vtendi & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum est quod facimus. *Augustinus de doctrina Christiana.*

Abstinentia tua atque ieiunium tuum eo magis Deo grata sunt, quod cum moribus sanctis offeruntur: vt quæ in alijs sunt vmbracula vitiorum: in te sint ornamenta virtutum. *Hier. in epist. ad Demetr. virginem.*

Nonnulli vitam pudicam appetentes in medio itinere corruunt, dum solam abstinentiam carnium putant, & leguminibus onerant stomachum, quæ moderatè parceque innoxia sunt: & vt quod sentio loquar, nihil sic inflammat corpora, & titillat membra genitalia, sicut indigestus cibus victusque conuulsus. *Hieron. in Epist. ad Furiam.*

Mater sanitatis est abstinentia, mater ægritudinis voluptas, sine enim carne & vino citò friget Veaus: & à patre Libero ad inconcessam Venerem gradus est proximus intemperantiæ. *Hier. in Ep.*

Modicus ac temperatus cibus carni & animæ vtilis est. *Hiero. ad Rusticum.*

Ante annos robustæ ætatis, periculosa est teneris abstinentia grauis. *Hier. ad Letam.*

Quid prodest tenuari corpus abstinentia, si animus intumescit superbia? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira & odio inebriari? *Hier. ad Celantiam.*

Non mediocriter errant, qui bono magno præferunt mediocre bonum. Nonne rationabiliter homo dignitatem amittit, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert sensus integritati. *Hieron. in ep. & hab. de consec. dist. 5.*

Abstinentiæ virtus nulla est, si tantum quisque corpus non edomat, quantum valet: aut valdè inordinata est, si atterit plus, quàm valet. *Greg. lib 20. moral.*

Per abstinentiam non caro sed carnis vitia extinguenda sunt. Sic necesse est, vt artem continentiæ quisque teneat, quatenus non carnem, sed vitia occidat. Sæpè enim dum in illa hostem insequimur, etiam ciuem quem diligimus trucidamus: & sæpè dum quasi concui parcimus, ad prælium hostem nutrimus. *Gregor. libr. 20. moralium.*

In abstinentia discretio seruanda est. *Ibidem.*

Eisdem alimentis vitia superbiunt, quibus nutritæ virtutes viuunt: & cum virtus alitur, plerunque vires vitijs augmentantur: quum verò immensa abstinentia vitiorum vires extenuat, etiam virtus deficiens anhelat. *Ibidem.*

Incassum per abstinentiam corpus atteritur, si inordinatis moribus dimissa mens vitijs dissipatur. *Greg. in pastoral.*

Non cibus, sed appetitus in vitio est. Vnde & lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, & abiectiores non sine reatu concupiscentiæ degustamus. *Greg. lib. 30. moral.*

Plerumque dum plus iusto caro restringitur, etiam ab exercitatione boni operis eneruatur, vt ad orationem vel prædicationem non sufficiat, dum incentiua vitiorum in se funditus suffocare festinat. *Greg. in ho. & 30. moral.*

Per sermonem, qui signantur, nisi abstinentes, qui foris carnem afficiunt, interius tamen fructum abstinentiæ non acquirunt. Crucem igitur Domini Simon in angaria portat: quia cum ad bonum opus sine bona voluntate ducitur, rem bonam sine fructu operatur. Simon ergo crucem portat, sed in cruce non moritur: quia abstinentes exterius per abstinentiam corpus afficiunt, sed interius per desiderium mundo viuunt. *Greg. super euang. par. 5.*

Solus in illicitis non cadit, qui se aliquando & à licitis cautè restringit. *Greg. 5. moral.*

Abstinentia est, quando quis pro amore Dei & salute propria, non ab illicitis tantum, imò interdum & à licitis atque concessis se cohibet. *Ibidem.*

Abstinentia est, quæ edendi horam non præuenit, vt fecit Ionathas in fauo mellis: non lautiora quærit edere, vt Israelitæ in deserto: non accuratius parare, vt filij Eli in Silo: non ad superfluitatem, vt Sodomitæ; non vile quodlibet, vt Esau edulium in fame concupiuit. *Greg. in hom.*

Chorda in cithara si minus tenditur, non sonat: quia nimirum tanto quisque sibimet debet moderamine praesse, vt ad culpam caro non superbiat: & inde ad effectum rectitudinis in operatione subsistat. *Greg. 15. mox super illud, Versa est in luctum cithara mea.*

Magnus discretionis labor est exactori, & aliquid impendere, & aliquid denegare: & non dando gloriam restringere, & dando naturam nutrire. *Greg. lib. 30. moral.*

Et, Conuiuia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla abstinentium vita mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec in eis inanes secularium negotiorum fabulae, sed verba sacrae lectionis audiuntur: cum non plus quàm necesse est, seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercendae virtutis habeatur. Haec si vos in vestris conuiuijs agitis, abstinentium (fateor) magistri estis. *Gregor. Natal. Epist.*

Sic abstinere vel ieiunare debemus, vt non nos necessitati ieiunandi subdamus, vt iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. *Prosper. l. 2. de vita cont.*

Qui cibis abstinent, & mala agunt, dæmones imitantur, quibus culpa adest, & cibus deest. *Isid. super Amos Prophetam.*

Ciborum saturitas carnis luxuriam suscitat: edacitatis vitio crescit carnis tentatio. Saturitati semper libido adiuncta est. At contra ieiunio libido restringitur, ieiunio luxuria superatur. *Isid. l. 2. Solilo.*

Nihil sic iucundum est, vt cibus bene digestus ac decoctus. Nihil sic ad salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, vt moderata refectio. Sufficientia quippe cum nutrimento & sospitate, simul etiam procreat voluptatem, exundantia verò morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Quod etiam facit fames: hoc etiam facit plenitudo ciborum, magis autem peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat ex hac vita pœnali; excessus verò ciborum consumit & putrescere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna, & tunc cum morte crudeli coniumit. *Chrys. super Epist. ad Hebr. serm. 29.*

Abstinemus magis propter sanitatem quàm propter beatitudinem. *Idem super Matth. hom. 32.*

Moderantia est nimium ciborum appetitum rationis imperio reuocare. *Hug. de S. Victore.*

Semper virtuti cibus ieiunium fuit: de abstinentia quoq; prodeunt castæ cogitationes, rationabiles virtutes, salubria consilia, & per voluntarias afflictiones caro concupiscentijs moritur, & virtutibus spiritus innouatur. *Leo Papa in ser. de ieiun. decis. mensis.*

Melior est rationabilis quotidiana cum moderatione refectio, quàm per interualla arduum longumq; ieiunium. Nouit immoderata inedia non solum mentis labefactare constantiam, sed etiam orationum efficaciam reddere, lassitudine corporis eneruatam. *Ioan. Cassian. de inst. mo.*

Ipsis fit grauior consuetudo subtracti cibi, qui se escis alijs nesciunt consolari. *Cassi. super Psal. 130.*

Non solum crapula vini mentem inebriare consueuit, verum etiam cunctarum escarum nimietas vacillantem ac mutabundam eam reddit, omniq; integritatis ac puritatis contemplatione dispoliat. *Cassi. de inst. mon.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Hor. 2. Serm. 2.

Accipe nunc, victus tenuis quæ quantaque secum
Afferat, imprimis valeas bene. nam variæ res
Vt noceant homini, credas, memor illius escæ,
Quæ simplex olim tibi sederit. at simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem, vertent, stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita. vides, vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia? quin corpus onustum
Hesternis vitijs animum quoque prægrauat vna,
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.
Alter, vbi dicto citius curata soporis
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.

Ouid. 15. Met.

Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestoq; auidum pinguescere corpore corpus,
Alteriusque animantem animantis viuere letho!

Et infra.

Ergo ne pietas sit victa Cupidine ventris,
Parcite, vaticinor, cognatas cæde nefanda
Exturbare animas nec sanguine sanguis alatur.

Iuuenalis.

Adspicimus populos, quorum non sufficit ira
Occidisse aliquem, sed pectora, brachia, vultum
Crediderint genus esse cibi: quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret
Pythagoras: cunctis animalibus abstinuit qui
Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen!

Virg. Opusc.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore:
Vno namq; modo sine Venus, q; nocent.
Vt Venus enervat vires: sic copia Bacchi

em paratu,

ῆς δ' ἐπιθυ-
n est, quod

τῶν λόγ ομῶν
tinent est
cupiditatem

ος, καὶ πρὸ-
τὰ ἐξαιρολυ
usculum, a-
am ipsarum
d. Epicurus.
αὐτὴν αὐξῶ-
τοτε οὐδεμίαν
ἐξωθεν, ἀλλ'
is voluptate,
in tranquil-
ite opus est.
us nobis ac-
a vero lædit,

plenis & ni-
. Aristot. de

ὧν πεῖσαι δεῖ
utum, vt ra-

lis, nihil est,
isque natura
ere, aut iniu-
. de prof. 5. de

biles morbos,

o pascitur vix

i. Ibidem.
am & salubrem formam vitæ tene, vt corpori tantum
uantum bonæ valetudini satis est. Cibus famem sedet,
extinguat, vestis arceat frigus, domus munimentum sit
esta corporis. Hanc vtrum cespes erexerit, an varius la-
enar, nihil interest. Scito te hominem tam culmo quam
Cogita in te præter animum nihil esse mirabile, cui ma-
agnum est, Seneca Epist. 8.
æcepta non audit, Poscit, appellat, non est tamen mole-
, paruo dimittitur, si modo das illi quod debes, non
Seneca ad Lucil. Epist. 21.
do implendus est venter. Quid enim ad rempertinet
n, perditurus quicquid acceperit. Ibidem.
paucissimorum iugerum pascuis impletur: vna sylua
phantis sufficit: homo & terra pascitur & mari. Quid
atiabilem nobis natura aluum dedit, cum tam modica
disset, vt vastissimorum edacissimorumque animalium
vinceremus? Minimè. Quantulum enim est quod natu-
aruo illa dimittitur. Non fames nobis ventris nostri ma-
, sed ambitio. Homines itaque ventri obedientes ani-
o numeremus, non hominum: quosdam vero ne ani-
idem, sed mortuorum. Epist. 60.
rmentum est vino carere, & prima luce excitari. Non est
citatis nostræ in carne ponenda. Idem Epist. 75.
einde transeo, quorum profunda & insatiabilis gula
rutatur, hinc terras, alia hamis, alia laqueis, alia retium
ibus cum magno labore persequitur. Nullii animali-
idio pax est. Idem Epist. 75.
estis, qui intelligitis vos famem maiorem habere, quam
idem.
nis stomachi est, multa degustare, quæ vbi varia sunt &
ginant, non alunt. Idem Epist. 92.
s animi ciborum copia impeditur. Ibidem.
ultu natura contenta est. Etenim quis hoc non videt, de-
conditi omnia. Darius in fuga cum aquam turbidam,
bus inquinatam bibisset, negauit vnquam se bibisse
nunquam videlicet sitiens biberat, Cicero in Tuscula-

iendum est nobis tanquam in acie quadam cum volu-
s, cumque ista vini licentia cominus deceriandum, vt
s non fuga, nec absentia simus tuti, sed vigore animi &
præsentia, moderatoque vsu temperantia continentiaque
Macrob. l. 1. Saturnal.

mum causæ fuerunt, propter quas tot numero leges de
moribus ad populum ferebantur. Et imperari cœptum
ibus ianuis pransitaretur & cœnaretur. Sic oculis ci-
uxuriæ modus vt fieret. Prima autem omni-
populum Orchia peruenit. Summa autem e-
us numerum conuiuarum. At nisi pessimis

effusissimisque moribus viueretur, profecto opus ferendis legibus non fuisset. *Idem lib. 3. Saturn. c. 17.*

Ita etiam vitanda est ciborum varietas, vt varia solent vina vitari. Nam pulmentorum varietas recipit varia condimenta, quibus gula vltra quam naturæ necesse est, lacessitur. Et fit inde congeries, dum pruritu desiderii amplius, vel certe de singulis parua libantur. Sic Socrates suadere solitus erat illos cibos potusve, qui vltra sitim famemque vitandam producunt appetentiam. *Idem lib. 7. ca. 4. Saturnal.*

¶ Apophthegmata.

Socrates eum qui virtutem, tanquam patriam, intueri desiderabat, admonebat, vt abstinentissimam vitam agens voluptates omnes, veluti Sirenes, fugeret. *Stob. serm. 15.*

Idem, Quosdam hospites suos quum satis tenui cœna excepisset, cuidam quærenti respondit: Si boni sunt, æquanimiter ferent: si mali, non est curandum: *Laertius.*

Idem, Suadere solitus erat illos cibos potusve vitandos, qui vltra sitim famemque vitandam producunt appetentiam. *Xen. Macrob. Saturnal. lib. 7. c. 4.*

Plato, Extat præclara epistola Platonis ad Dionis propinquos in qua scriptum est, his fere verbis: Nullo modo placuit bis in die saturum fieri. *Cic. lib. 5. de Tusc.*

Bias Prieneus, Beatum quidem eum esse dicebat, qui & diues esset, & cupitis potiretur. Sed eum qui nihil concupisceret, longe beatiorem fore. *Maximus ser. 3. de Castitate.*

Aristides, Quum Græcis tributa indixisset, tanto pauperior rediit, quantum absumpserat in peregrinatione. Atqui in tali genere functionis solent alii messem opimam metere. Eo magis ille cauit, ne quid suspicionis eiusmodi conflaret sibi, proinde suis impendiis rem gessit. *Plutar. in Græc. apoph.*

Idem, Quum Themistocles irrisisset Aristidis consilium, hoc agentis, vt census esset in tuto dicens eam laudem non esse viri, sed scrinii tuto seruantis aurum: deinde summam boni ducis laudem definiret, scire ac præscire hostium consilia: Et itthuc, inquit, ô Themistocles, faciendum est: sed in primis oportet habere manus abstinentes, atque hæc egregii ducis præcipua laus est. Hoc sermone notauit Themistoclis rapacitatem, & ostendit, à publico bono abstinendum esse omnibus. *Plut. in vita Aristidis.*

Anacharsis, eius statuis atq; imaginibus inscribebatur, γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κρατεῖν, id est, linguæ, ventri, pudendis temperãdum. Quod maximorum malorum causa sit lingua effrenis, luxu nil turpius, libido pecudem ex homine reddat. *Laertius. l. 1. cap. 9.*

Zeno Citticnsis; Ne per morbum quidem cibo magis delicioso fruendum opinatus est. Igitur medico columbinum pullum consulente ipse consilii impatiens, non secus quam Manem seruulum, si ægrotaret, curari se iussit. Nimirum volebat, non ie mollius tractandum, quam ægrum aliquem seruum. Si enim absque preciosis alimentis recuperare sanitatem seru: possunt, quid idem nobis futurum prohiberet? sane indignum est, virum bonum vllo se seruo molliorem præstare. *Musonius in libro de alimentis.*

Aristippus: moderatur voluptati, non qui penitus abstinet, sed qui hoc mundo vtitur, vt non abripiatur cum ipsa: vt nãui & equo imperat haud qui non vtitur, sed qui, quo libuerit, ducit. *Stobæus.*

Democritus dicere solebat: Fortis est, non tantum hostium, sed & voluptatum victor. *Stobæus ser. 7.*

Idem, quemadmodum vnctio non quæ suauis est, aut longa, bona est, sed quæ sanat: sic cibus, non qui suauis aut multus, bonus est, sed qui valetudinem tuetur. *Max. monach ser. 27.*

Idem, in capiendo cibo omnis celeritas ablit: hoc enim caninum est, bestiamque magis quam hominem decet. *Maximus serm. 27.*

Epictetus solitus est dicere, duo esse vitia omnium teterrima ac grauissima intolerantiam & incontinentiam: cum aut iniurias, quæ sunt ferendæ, non toleramus, neque ferimus: aut à quibus rebus voluptatibusq; nos tenere debemus, non tenemus. Itaque, inquit, si quis hæc duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque obseruando curet, is erit pleraque impeccabilis, vitamque viuet tranquillissimam. Verba duo hæc dicebat, ἀνέχου καὶ ἀπέχου. id est, Sustine & abstine. *A. Gellius lib. 17. c. 19.*

Epicurus, interrogatus, qua quis arte ditesceret: Non si præsentibus adiecerit, respondit, sed vsum ac necessitatem sibi pertualam circunciderit. *Stobæus serm. 17. Non augendæ sunt opes, sed minuendæ cupiditates.*

Demosthenes dicebat, hoc esse perpetuum sapientis institutum, vt rationem cupiditatum dominam constituat. *Stob. serm. 17.*

Cyrus Persarum rex, hi qui repentinis abstinent voluptatibus, non id agunt vt lætentur nunquam, sed vt per hanc continentiam multo maiore in posterum tempus lætitia afficiantur. *Brusonius lib. 3. c. 9. ex Xenophonte.*

Darius fugatus ab Alexandro cum aquam turbidam & cadaueribus inquinatam bibisset, negauit se vnquam bibisse iucundius. Nunquam videlicet sitiens biberat. *Cicero Tuscul. quæst. vlt. libro.*

Alexander Macedo, ob aquarum defectum in itinere siti laborabat: igitur cum forte oblata esset galea aqua plena, vbi galeam in manus accepit, circumspiciens quos circa se habeat equites demisso

missō capite & fixis in potum oculis, ingustatam reddidit aquam, probatisque viris dixit: Si solus bibero, hos mœror instigabit. *Brusso. lib. 1. C. 9. ex Q. Curtio.*

Cato maior quamuis complures vrbes cepisset, nihilominus tamen dicebat, hisce diebus quos in castris fuisset, nihilo plus accepisse, quàm quæ ex hostium agris comedisset ac bibisset. *Plutarchus.*

Idem, neque, inquit, mihi ædificatio, neq; vas, neq; vestimentum vllum in manu pretiosum, neq; pretiosus seruus, neque ancilla. Si quid est quo vtar, vtar: si non est, ego sum, quo cuique per me vti atq; frui licet. *Brusonius lib. 1. cap. 9.*

Tiberius Cæsar ab amicis interrogatus, Cur non tam facilè magistratus & præfecturas suas mutaret? respondit se data opera hoc fecisse semper. Natura enim omnes qui administrationi præsint pecuniæ esse cupidos, plurimumque studii ad rem magis magisq; augendam eos collocare. Cæterùm si diutius in magistratu versentur, segniores ad quæstum faciendum fieri. Muscas enim, si longius corporum vlceribus insideant, minus graues, & molestas fieri: quippe saniq; vlcerum ad satietatem vsq; refertas: & eum qui vlceribus scateat durius acceptum afflictumq; iri, si saturis iam repulsis, famelicas alias ad vulnera admittere velit. *Nicephorus Ecclesiast. histor lib. 1. cap. 17.*

Iultanus Imperator, eunuchos, coquos, tonsores eiecit è palatio. Rogatus quam ob causam: negauit sibi esse opus eunuchis cum vxor decessisset: nec opus esse coquis, quod simplicissimis cibis vescerentur. De tonsoribus dixit, vnum multis sufficere. *Erasm. lib. 8. apoph.*

Alexander Seuerus, cursore nunquam vrebatur, nisi seruo suo, dicens: Ingenuum currere nisi in sacro certamine non debere. Cocos item, piscatores, fullones, & balneatores non habuit nisi seruos suos: nolens quenquam ingenuum sordidis ministerijs dehonestare. *Ælius Lampridius.*

Rodolphus Imperator, quum in bello, quod contra Ottacarum Bohemiæ regem gessit, potu laboraret cum toto exercitu, ferunt rustico (qui messoribus potum ferret) ablatam hydriam sicera plenam: atque imperatori oblatam. Quam cum ille vidisset, reddite, inquit, homini vasculum suum. nam ego exercitui, non mihi sitiebam. Sicque sua abstinentia partim exercitum eo potu refocillauit, partim ad sitis patientiam inuitauit suo exemplo. *Æneas Syluius lib. 3. commentariorum, in res gestas Alphonsi.*

Alphonsus rex, quum fugato Iacobi Caudolæ exercitu sine tentoriis ac commeatu (siquidem ex insperato aduenerat) pernoctare sub dio cogeretur, & Ioannes Esenitanus, Alphonsi studiosus raphanum vnum, in tam magna militum inopia, & panem vnum cum dimidio caseoli Balearici, regi misisset, recusauit: Non decere, inquiens, Imperatorem ieiuno exercitu mandere. *Panorm. libr. 3. de rebus gestis Alphonsi.*

Pyrrhiniculus Vasco, is peregrè iter faciens, cum ad meritoriam tabernam venisset, & apposita esset cœna omni ex parte olitoria, cum vino dilutissimo, omniaque administrarentur quàm parcissimè, finita cœna iussit ad se vocari medicum, ad mercedem capiendam. Igitur caupo, cum respondisset: Ecquid, malum, in viculo maximè agresti medicum requiris? Ibi ille: Num, ô bone, ipsum ignoras? quo sit igitur merces operæ suæ par: medici pretium accipe, non cauponis. Sensit autem, frugalitatem sobrietatemq; optimam hominis esse medicinam. *Adrianus Barlandus.*

¶ Similitvdines.

Xysti Philosophi. Quemadmodum solent homines abscindere aliqua membrorum suorum, pro sanitate reliquorum: Ita etiam ex malis affectibus ac temperantiæ contrarijs, abscindenda sunt, quæ animum in deterius rapiunt. *In Enchiridio.*

Plutarchi. Vt qui sacrum exhibent, ipsi nihil inde gustant: Ita quidam alios alliciunt, ipsi abstinentes. *In Moralibus.*

Thrinieri. Vt rosæ iucundissimum odorem spirant, licet minimo nutrimento fruantur: Sic & abstinentia ad omnem virtutem magnum habet momentum & compendium: etsi pauci sint qui curent. *Apophtheg. s. 108.*

¶ Adagia.

Acolo non ficui. Ἀκόλῳ τὰ χείλη ἀβύσῃ.

Prouerbium hortatur ad victum tenuem. Nam ἀκόλα Graci vocant minutas offulas. Suidas.

Μυκαιφί.

Qui durè ac sicci viuerent. Vox videtur ficta à mure & palea.

Allium in retibus. σκόροδον ἐν δικτύοις.

De sordido commeatu dicebatur.

Phormionis tori. στιβάδες φορμίωνος.

De stratis sordibus ac frugalibus, minimeq; delicatis, qualia sunt exubia militaria.

Cilicij Imperatores. Κιλίκιοι στρατηγοί.

Dicebantur homines hirsuti, & pilis obsiti.

Vita doliaris. ζωὴ πίθου.

Id est: Vita dolij. Prouerbio dicitur vita frugalis, parca, ab omni strepitu atque ambitione semota. Poterit torqueri & in eos, qui nimium sordidè, nimis durè, atque immunde viuunt.

Tanquam in phiditijs. ὡσανεὶ ἐν φειδιτίοις.

Vbi quid parcius, nimiumq; frugaliter actum significabimus.

Hecatæ cœna. Ἑκάτης δεῖπνον.

Veteres cœnam perparcam ac impendio frugalem, hecatæ manducare dicebant, quod apud inferos tenui simoque cibo eoque vilissimo vescatur.

Oliuam ne comedas, cum vrticam habeas hyberno tempore: μὴ ἔσθιε ἐλαίαν ὅταν ἄκαλφην ἔχῃς χειμῶνος ὥρᾳ.

Adagij vsum non video, nisi quando significabimus extremam victus parsimoniam, vt nec vrtica quicquam adhibeatur condimenti.

Sicyon arrodens vxor lacernam texe.

Τὸν Σικυῶνα τρώγοντα γυνὴ τὸν χλαῖναν ὕφαινε.

Arrodens Sicyon, vxor subtexe lacernam.

Verba mariti iubentis, vt vxor tenui contenta victu, peragat opus suum.

Thymbra victitans. Θυμβροφαγῶν.

Adagio dicebatur, vel qui tutius ac liberius vitam ageret, vel qui moribus essent parum blandis, vel qui hilariter citraq; solicitudinem parue contenti viuerent, quod Thymbra herba genus sit.

Salem lingere. ἅλας λείχειν.

Dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. Plautus.

Si caseum haberem, non desiderarem obsonium. εἰ τυρὸν εἶχον, ἐν ἀνδρὸς ἐσθιεν ὄψου.

Dicendum vbi quis minimis, vilissimisq; contentus est. Plutarchus. Bey Käß vnd Brot will ich nicht hungerleiden.

Xenocratis caseolus. Ξενοκράτους τυρίον.

De cibo, qui perquam diu durat, priusquam absumatur. Appositè dicitur in sordidos quosdam, quibus hic mos, omnem pœnum eo vsque seruare, quoad fuerit corruptus. Stobæus.

Aspera vita, sed salubris.

In vitæ rationem durius culam quidem, sed tamen ad rectam morum institutionem idoneam, conuenit illud Homeri ex Odyss. 1.

Τραχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος.

Id est,

Aspera sed iuuenum nutrix bona.

Salem & caseum edere.

Consimile hoc cum præcedentibus. Plinius.

¶ Biblica Exempla.

Abstinentiæ ciborum exempla: Adam, *Genes. 2. v. 16. 17.* Moses, *Exod. 24. v. 18.* Manue vxor, *Iudic. 13. v. 4.* Israelitæ, *20. v. 26. 1. Sam. 14. 26.* Dauid, *2. Sam. 23. v. 16.* Achab, *1. Reg. 21. v. 27.* Rechabitæ, *Ierem. 35. v. 6. 14.* Ezechiel, *Ezech. 4. 9.* Esdras, *Esd. 8. 21.* Nehemias, *Nehem. 1. v. 4.* Israelitæ, *9. v. 1.* Iudith, *Iudith. 4. 8. 10.* Dan. *Dan. 1. & 9. 3. 10.* Iosaphat, *2. Par. 20. v. 6.* Iechonia & populus, *Baruch. 1. v. 5.* Esther, *Esth. 4. 16.* Ioannes Baptista, *Matt. 3. 4. & 11. 18.* Anna Prophetissa filia Phanuel, *Luc. 2. 37.* Iesvs Christvs, *Matth. 4. 2. Luc. 4. 2.* Apostoli, *Luc. 10. Vers. 7. & 24. v. 24. Ioan. 21. 13.* Paulus & Barnabas, *Actor. 14. 23.*

Abstinentiæ præceptum violare nolentium exempla: Rechabitæ, *Ierem. 15. v. 6.* Eleazar, *2. Macc. 6. v. 19.* Septem fratres, *7. v. 1. &c.*

Continentiæ exempla: Ioseph, *Genes. 39. v. 8.* Thamar, *2. Sam. 13. v. 12. 13.* Iob, *Iob. 31. v. 1.*

Profana Exempla.

Carolus Magnus ieiunijs etiam cum periculo valetudinis corpus suum exercuit. *Mutius lib. 8.*

Otho Magnus Imperator, cum Hungaris conflicturus, ieiunium in castris indixit. Deique auxilium inuocauit. *Vitichindus lib. 3.*

Demosthenes orator insignis, sobrius & aquam potans, Æschinem aduersarium suum bene potum vicit. *Athenæus l. 2. c. 2.*

Marcus Cato potabat in expeditionibus aquam, extra quam si immenso æstu sitiret, tum potabat acetum, aut satis centibus vitibus posthemo loco parum vini sumebat. *Plutarchus in Catone.*

Persæ, natalem diem festum etsi summo semper honore, studio & conuiuijs celebrârint, filijs tamen indulgentissimi etiam parentes vinum prohibebant. *Alexand. ab Alexandr. lib. 2. c. 25.*

Apud Romanos vinum ante annum trigesimum bibere, viris quoque ciminosum fuit: seruo vero interdictum penitus: nisi sacrorum causâ, & solennibus festisque diebus. *Idem ibidem.*

D. Hieronymus annos ferè sexaginta durauit incredibili abstinentia.

Hilarion modicis ficubus aridis & exiguo pane, decrepitam soluit senectutem.

Nicolaus quidam apud Heluetios à Valden, sistinam exercens, sine vllo penitus cibo, multis annis durauit inter vastas solitudines, incredibilis sanctitatis fama celeber. Huic cum Episcopus Constantiensis cogisset ad sumptionem Eucharistiæ, renuit, id quod fore prædixerat.

Columba Virgo Perusina, solis fructibus repressis fames.

Demetrius Chidonius vir Græcus, Abstinentia singulari, multos dies perstitebat ieiunus.

Socrates, minimo victebat sumptu, vescebatur pane & lacte.

Anacharsis apud Ciceronem, Mihi, inquit, pulpamentum fames, cubile solum, vestis Scytharum tegmen.

Zeno crudis duntaxat vescebatur, & pallium pertenue ferebat. Aquam bibebat loco vini, vt discipulos suo exemplo ad

Philosophi & *grauissimi Sophistæ Athenienses*, tota vita hydropotæ fuerunt, ijsque heis desiderio ventris satisfecerunt.

Ladislaus filius sancti Stephani regis Pannoniæ, vinum tota vita non degustauit.

Nouelli Zephyri, vinum vti capitale ducebant.

Parentes Indorum, aqua & pane vixit contentus.

Posidonius rex Numidarum, iam nonagenarius semel tantum in die vescebatur, sine condimento.

Mithridates Rex Pont., iam senex cibum capturus non accumbebat, nisi stans vesceretur.

Perdiccas Princeps Lusitaniæ, vbi bellum aliquod mente concepit, non prius accumbebat mensæ aut in lecto acquiescebat, quàm prius potissimum absolusisset.

Augustus breuissimi vbi fuit, ad medias interdum epulas satiatam conuictoribus accedebat, primusque surgebat mensa.

Lacedæmonij nullam disciplinam abstinentia habuerunt potiorem. Pueros & obæsi veteris adolescentes inedia macerabant.

Agrigentini iuuentutem, masis edicto, non prius cibum capiebat, quàm eam octogintà stadia percurrisset.

Plumbei frugales erant cœnæ, propterea dicebat Timotheus, bene cum illis fore, quos Plato excepisset conuiuio. Delicatiores epulas reprehendit contania, viuebat contentus oliuis Academicis, potentilla liquia.

Talmachus Acarnensis victitabat fabis.

Socrates tanta fuit temperantia, vt omnia ferè vitæ suæ tempora sine vlla offensa vixerit.

Aquilianus Senator semel tantum interdiu dabat operam cibo.

Festus Magnibil in cibum præter farinà & olera recipiebat.

Indorum Gymnosophistæ alebantur pomis & farina.

Aegyptiorum Sacerdotes carnibus & vino abstinebant, pane etiam non vescebantur, ne onerarent stomachum: oleum tantum in cibis inquerant, oam & lac vitabant.

Diuites nunquam pendebat de crastino, sed in præsentem modum sibi corrogat cibum, ob id αὐτάρκους dictus, id est, qui bonis.

Emmundus Theanus victu fuit adeo paruo & tenui, vt à vicinis amicis inuitatus, cum dapsilem & affluentem delitijs mensam intrasset, irato recessserit, dicens: Ego te opinabar rei diuinæ operam dare, non de ontumelia cogitare. Sic infestus extitit obesis & opulentis, vt quendam aqualiculo portentoso submouerit ab excessu, quod ad rem agendum eius corpus vix clypei tres sufficerent.

Agesilaus dicere solitus est, non esse vtendum maiore cibo, quàm qui pellendam imem sufficeret, amota crapula.

Scribit Marcellinus, *Constantinum Imperatorem* nunquam gustasse pomum, nunquam nares in publico exterssisse, nunquam expuisse. Idem fuisse Persis, frusto panis à quacam vetula porrecto diem putat.

Viri Athenienses à cœnarum & conuiuiorum apparatibus abhorrebat adeò, vnec apud amicos cœnitaret.

Viri sapientes sitiborans, è puteo hauriebat aquam, iterumque effundebat, vt ita ciuditatem castigaret.

¶ Hieroglyphica.

Longi ieiunij, diuturnæ sitis tolerantiam per *Camelum* significari, ex eo manifestum est: quod nullum animal tanta insigni

Eblemata.

Andreæ Alciati.

Emblema xxxi.

Marmorea in tumulis vna stat parte columna
Vrceus, ex altera cernere mallua rum est.
Ius hac forma mori dictum sine sordibus esse,
Defunctum fras atque habuisse manus.

Eblema eiusdem xxxiv.

Ανέχου καὶ ἀπέχου.

Et tolerãda homini tristis fortuna ferenda est,
Et nimium lætis sæpè timenda fuit.
Sustine (Epictetus dicebat) & abstine oportet,
Multa pacillicitis absque tenere manus.
Sic ducis impium vinctus fert poplite taurus.
In dextro sic se continet agrauidis.

¶ Fabvla.

De Vulpe & Vua.

Vulpes sublimem Vuam dependentem de vite conspicata iam subsilijt iterum atque iterum, omnes vires corporis adhibens, si forte attingere posset. Tandem defatigata inani labore, discedens ipsa sese quasi consolans: At enim acerbæ nunc etiam, inquit, vuæ sunt, & ista imprimis austera, neque si in via reperiatur, videtur tollenda esse.

De ijs fabul dicitur, qui necessitati obsequuntur, & libenter abstinent ab ijs, uæ obtinere non possunt. *Ioach. Camerar. fabul. lib. p. 157.*

Plura de hac materia si desideras, consule tum cognatos, tum contrarios titulos; Continentiæ, Ieiunij, Temperantiæ, Ebrietatis, Intemperantiæ, &c.

Abusio, Abusus.

¶ Definitiones et Etymol.

Abusio siue abusus dicuntur, cum aliqua re per licentiam male vtimur. Nam abuti est perperam vti, siue nimis licenter vti. Vnde Cicero: *Noli abuti nimis patientia nostra.*

Abusio Græcis, κατάχρησις, εως, ἡ, & κατάχρημα, abutor dicitur.

Abusio & Abusus, Adiunctum huius vocis significationem aperit, vt non solum pro licentiori morum corruptela accipiatur, sed & ad vsum illicitum cuiuscunque rei. *Insulanus.*

Abusus pariter, nisi aliquid adijciatur significationi, in bonam sumitur partem: Simpliciter verò prolatum in malam. *Rebuffus. l. bona ciuitatis. ff. de verb. signific. Lucas. l. vsum aquæ. C. de aquæ ductibus.*

Abusus & Vsus contrária iudicantur. Nam, authore Boetio, vtimur ijs, quæ nobis vtentibus permanent: ijs verò abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt. *Iacobus Spiegelius in Lexico iuris ciuilis.*

¶ Divisio.

- Iuramenti, iurando
  - Thom. secunda secundæ qu. 89. art. 2.
    - *Sine necessitate, quia videtur Deo paruam exhibere reuerentiam, qui ex leui causa Deum testem inducit, quod non præsumeret de aliquo viro honesto.*
    - *Sine debita cautela, deficiente aliqua comitum, quæ sunt*
      - *Iustitia,*
      - *Iudicium,*
      - *Veritas.*
    - *Imminente periurij periculo. Vnde Eccles. 23. Iuramento non assuescat os tuum.*

Rebone est peccatum. B. Thom. 3 sent. dist. 38. art.

Priuilegium ad regendum alios est pessima, sicut bonus vsus est optimus. Vnde & priuilegium meretur amittere, qui sibi concessa abutitur potestate. de Regulis in libro 6.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea. Abominabilis enim apud Deum est, qui facit hoc. *Deut. 22.*

Non decent stultum delitiæ: nec seruum dominari principibus. *Proverb. 19.*

Tria mouentur terra, & quartum, quod non potest sustinere, puer cum regnauerit: per stultum cum satiatus fuerit cibo: & [illegible] cum in matrimonio fuerit assumpta: & rum: pauperem superbum: diuitem mendacem: & senem fatuum & insensatum. *Eccles. 25.*

¶ Patrvm Sententiæ.

Magna abusio parcitas putatur auaritia: sobrietas austeritas creditur: silentium tristitia reputatur. Econtra remissio discretio creditur: tristitia silentium reputatur: loquacitas affabilitas: cachinnatio, iucunditas: mollicies vestimentorum & equorum fastus honestas: lesorum superfluus cultus munditia. *Bernhard. in apolog.*

Mira abusio, domus ardet, igni stat à tergo, & fugienti prohibetur egredi, & hoc ab his, qui in incendio positi sunt. *Bernh. in ep.*

Cæco lumen, surdo sermonem, sentiam bruto offerre, labor irritus, *Cyprianus.*

Duodecim sunt abusiones claustri quibus tota religionis summa corrumpitur, scilicet prælatus negligens, discipulus inobediens, iuuenis otiosus, senex obstinatus, monachus curialis, religiosus cauidicus, habitus pretiosus, cibus exquisitus, tumor in claustro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreuerentia iuxta altare. *Hug. libr. 1. claustr. animæ.*

Inter abusiones huius seculi sola mala est, senis obstinatio: qui morti proximus mortis non horret aduentum: qui quasi ad ostium huius mundi positus, foris spectat, nec unquam vitæ præsentis attendit egressum, nec futura considerat. *Ibid.*

Duodecim sunt abusiones seculi, scilet sapiens sine operibus, senex sine religione, adolescens sine obedientia, dies sine eleemosyna, fœmina sine pudicitia, dominus sine virtute, Christianus contentiosus, pauper superbus, rex iniquus, Episcopus negligens, plebs sine disciplina, populus sine lege. *Augustin. 12. Abusion.*

Ridiculosa res est aut magis periculosa speculator cæcus, doctor insicus, præcursor claudus, prælatus negligens, præco mutus. *Gilbert.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Billius l. 2. Anthologiæ

In rebus mundi non est idem omnibus vsus,
Nec cuncti paribus cuncta ferunt animis.
Namq; bonos non blanda inflant, non aspera frangunt,
Sed fidei inuictæ gaudia vera iuuant.
Terræ autem & sceni breuiter florentis amator,
Seu caret optatis, seu fruitur, miser est.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

ὥστε ἐκ τῆς ὀρθῆς κρίσεως τούτων τῶν πραγμάτων ἐστὶν, ἑαυτὸν μὲν ἀσκεῖν πρὸς τὴν πλεονεκτησειν ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων, τῶν περὶ ταύτας ἐξαμαρτανόντων ἢ τοῖς λόγοις ἐξαπατώντων, καὶ μὴ δικαίως ὀνειδιζομένων αὐτοῖς.

hoc est. Quare non accusandæ res illæ sunt, per quas cum virtute alijs præstare possis: sed homines potius, qui aut res illas malè tractando corrumpunt, aut eloquentiam ad fallacias & iniurias conferunt. *Isocr. ad Nicoclem.*

Non debet ea mulier, cui vir bonorum suorum fructum legauit, cellis vinarijs & olearijs plenis relictis putare sibi ad se pertinere. Vsus enim non abusus legatus est. Ea sunt intelligenda contraria. *Cicero in Topicis.*

¶ Apophthegmata.

Aristippvs delectatus aliquando insigni vngiento: male sit, inquit, malis cinædis, qui rem tam bellam infamaunt: sentiens, multa per se bona reijci culpa vtentium malè. *Laertius libro secundo.*

Theodorvs Atheniensis objicientibus quod doctrina ipsius multi redderentur deteriores, respondit, id aliorum vitio accidere, qui doctrinam ipsius sinistrè exciperent, cum ipse dextrâ porrigeret. *Plut. lib. de animi tranquill.*

Diogenes aliquando Platoni occurrit, caricas edens, eique offerens dixit. Licet participem esse: cum acceptas edisset, Participem esse dixi, inquit, non deuorare. Μεταλαχεῖν, εἶπον, οὐ καταφαγεῖν. Hic jocus ad rem seriam potest accommodari, videlicet in eos, qui principis præceptoris aut parentum permissu abutuntur ad inconcessa. Veluti si quis admonitus, non esse inutile degustare dialecticam, totam vitam ei impendat studio. Dictum ita refertur à Laertio, vt dubites vter alteri obtulerit caricas. *Laertius lib. 6.*

Epictetus conspiciens quendam impuris moribus audacem, confidenti lingua, improbo tamen studio Philosophiæ disciplinas contrectare, inclamabat, Deum atque hominum fidem, his verbis increpans hominem: O homo, vide quo mittas, num purgatum sit vas. Nam si ad arrogantiam ista immiseris, interierint: si compuerint, in vrinam aut in acetum vertentur, aut si quid his deterius. Sensit eruditionem esse pernitiosam, si in animum inciderit prauis affectibus corruptum, & quo quæque disciplina sanctior, hoc fit pernitiosior, si contigerit improbo. Velut bono theologo nihil melius, malo nihil pestilentius. *Erasm. libr. 7. apoph. ex Gellii libr. 17. cap. 19.*

Prometheus quum ignem è cœlis in terra deportasset, cumque primum visum Satyrus complecti vellet & exosculari: Heus, inquit, ni caues hirce, profecto dolebit tibi mentum. Admonens, etiam quæ natura pulcherrima sunt maximeque non necessaria, tamen fieri pernitiosa, nisi recte vtaris. *Erasm. 8. Apoph. ex Plut.*

¶ Similitvdines.

Origenis. Quemadmodum Iudæi peccantis circumcisio pro præputio habebitur, contra gentilis rectè agentis præputium pro circumcisione: sic & quæ pura creduntur: pro impuris imputabuntur ei, qui non vt oportet neque quantum oportet neq; vnde oportet illis vtitur: Sed quæ dicuntur immunda, omnia sunt munda mundis, *in c. 15. Matth.*

Eiusdem. Vinum sanos & commodè degentes iuuat, & (sicut scriptura loquitur) cor hominis duntaxat lætificat: febricitantibus

Nazianzeni. Siquidem & mel [illegible] quamuis sit mel. Breuiter vt Salomon ait, sicut mihi [illegible] suum quique negotio destinatum esse tempus. Et videmus per se bona sunt, si non bene quoque tractentur [illegible] mittere, non aliter atque hybernis mensibus sunt intempestiues. Nec mulieres virilis nec viros muliebris ornatus decet, nec luctui conuenit musica, nec in potum lachrymæ. *Li. Theologia.*

Theodoreti Episcopi. Rerum humanarum natura quidem sunt, prudentia, & temperantia, & iustitia, & animi magnitudo liæ partes virtutis: mala autem, imprudentia, & intemperantia, iniustitia, & timiditas, & alia quæ sunt his similia. Diuitiæ & paupertas, & seruitus, & dominium, & finitas, & aliæ vitanæ prosperitates & aduersitates, sunt cuiusdam mediæ sortis ditionis. Sunt enim veluti quædam instrumenta hominis posita. Et qui sunt quidem ex hominibus optimi & præstantes per vnumquodque eorum quæ dicta sunt sibi seruituten rant. Tam enim eos qui se propter diuitias efferunt, quã paupertate degunt, videre licet virtutis cuam gerentes, ctorum in sanitate laudantes, & in morbo se toleranter gerentes: & seruos, qui propter temperantiam & iustitia uadunt: & rursus alios, qui in paupertate quidem vitiu ctuntur, & non solum furantur, sed etiam mortuorum n ta diripiunt, & sacrilegia committere non erentur: alios diuitias iniustitiæ instrumentum efficiunt. & in sanitat superbi sunt & insolentes, in morbis autem maledicta & verba eructant. Per quæ facile sciri potest quod eorum qui vtuntur, diuitiæ & paupertas, & seruitus & dominiu sunt his similia, nunc quidem laudanda, nunc verò v sunt. Quemadmodum & ferrum nunc quidem homi pem ferre dicimus, vt quod per aratrum, vbalium & l ram colat, per falcem autem putet arbores, per dolab ferram, & domorum & variorum instrumentorum & appellectilis constitutionem præbeat: nunc autem nonn illi insidiari dicunt, dum vident enses, & cides quæ per co Sed neque ensis cædium causa est, sed is qui ense male vsus est que diuitiæ & paupertas, aliæque vitæ prosperitates & aduer reprehendi & accusari merentur, sed qui vnoquoque eorum ter leges vtuntur. *In Epitome Diuinorum decretorum. Tit. D. Vidential.*

Augustini. Neque propterea pro patriation est miles armatus, quia contra patriam nonnulli arma sumserunt; aut ideo non debent boni doctiq; medici ferramentis medicinalibus ad lutem; quia his ad perniciem etiam indoctissimique vtuntur. Quis enim nescit, sicut vtilia vel inutilia fuerint quæ quæruntur ita eloquentiam, hoc est, peritiam facultatemue dicendi, si vtilem vel inutilem, vt fuerint vtilia vel inutiliquæ dicuntur? *bro v. contra Cresconium. c. 1.*

Plutarchi. Prometheus, Satyrum cum primum videns ig vellet amplecti admonuit eum exurere contigeatem, at o præbere lumen. Calefacit, inquiens, & seruit arbus. Sic eadem vtcunque vteris, ita pernicosa est & vtilis. *In Moralibus.*

Si multi inebriantur vino, non ob id incidetæ vites, ita vt Lycurgus, sed propius admouendi fontes: Itsi multi abutu poetica, non protinus abijcienda, sed adhibenecautio, vt fiat taris. *In Moralibus.*

Plinij. Vt in rerum natura quæ spectatissima florent, celer marcescunt, veluti rosæ, lilia, violæ, cum alia orent: Ita in h num vita quæ florentissima sunt, citissimè ve untur in diuer *Lib. 9. c. 15.*

Polypus, stupidum alioqui animal, in capta lis cunctis inc bili vtitur solertia: Ita quidam ad solum quæ um suum sap alibi pecudes meræ. *Lib. 9. c. 29.*

Vina vasis infusa è taxo factis, mortifera sunt. Ita salutaris quin eruditio, si inciderit in hominem pestilentem, moribus reddit ur noxia. *Lib. 16. c. 11.*

Roterodami. Vt aqua marina ad potum inutis, melius sus nauem quàm futuralis dulcis & potui aptior: Itsuum vnaqua res vsum habet, si quis vtitur ad id quod oporte *In similibus.*

Vt Philosopius missa lingua victimæ, rem snul & optima pessimam misit: Sic opes optimæ sunt, si rectè vtris: pessimæ, cus. *In Proverl. Lingua quo vadis.*

¶ Emblemata.

Andreas Alciatus rerum abusum eleganter doingit Emblete 73.

Rupibus aereis, summiq; crepidine saxi
Immites fructus ficus acerba parit:
Quos eorus comedunt: quos deuorat improba cornix,
Qui nihil humanæ commoditatis habent.
Sic facinorum opibus parasiti & scorta fruuntur:
Et nulla iustos vtilitate iuuant.

Idem Alciatus in Emblemate 91. Oeni effigie.

Ne quid cessat funem contexere Sparto,
Mendax, artifici iungere fila manu.
Sed quamlibet multis vir torquet strenuus horis,
Deficit ingenuus ventris asella Sorat.
Femina vix animal facilis congesta marito
Sustinet, accipit mundum prodigus inde suum.

¶ FABULA.

De Satyro & igni.

Ab Ioue in terras, quem Hesiodus scribit Prometheum Iouis furto ignem apportasse mortalibus: tum igitur Satyrum delectum splendore & claritate flammæ, voluisse aiunt, ignem amplecti deosculari. Sed Promethea monuisse, futurum hoc cum detrimento ipsius. Aduret enim hanc, inquit, & cum cruciatu exanimabit nencum. Ibi ferunt Satyrum reprehendisse factum Prometheo, quæ malum splendidum mortalibus attulisset. Prometheū vero dicisse malum non esse. Nam vrere quidem ignem, sed lucem esse atque calorem suppeditare, cum ad vitæ iucunditatem, tum omnium artium vsum & opificia, si quis illo vti recte sciat. Edoctus docere, exquirendum vsum verum in rebus omnibus, ne per vanam imputatione damna nobis ac nostris accersamus.

¶ AVCTORES.

De abusu legendi.

Prouerbia, & quemadmodum hic cùm iuuenes tùm senes cornua, inde prolixum sermonem apud Stobæum, *Serm.* 114. *ex libro de Senectute.* De duodecim gradibus Abusionum scripsit egregium librum D. Aur. Augustinus, qui habetur *Tom. 9. eius operum*, Germanice quoque idem est excusus Augustæ apud Sigismundum Grimm. Anno 1521. in quarto.

Acceptio personarum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ACCEPTIO personarum Græce προσωποληψία, ας, ἡ, & προσωποληπτεῖν, τὸ acceptor personarum dicitur. Est iniustitia, qua persona personæ præfertur in conferendo ei aliquid, quod exhibendum alteri est conferendum, ratione alicuius conditionis, quæ non congruentis ad ipsam rem, existentis circa personam, qua diuitiarum, potestatis terrenæ, vel cognationis carnalis: vel non meritum eius ad rem ipsam. *Secundum Alexandrum de Ales, secunda, tractatu de accept. personarum.*

Acceptio personarum, est attendere ad conditionem personæ nihil ad rem ad illud negotium.

vel sic:

Acceptio personarum, est inæqualitas iustitiæ distributiuæ, in quorum aliquid attribuitur alicui præter proportionem. *Secundum D. Thomam, secunda secundæ q. 63. art. 4.*

¶ DIVISIO.

Acceptio Personarum in octo maxime prohibetur.

Penitentiæ impositione d. 26. q. 7. Sacerdos.
Sententia definitione d. 3. q. 9. Necesse.
Fidei predicatione d. 96. q. vbi.
Hospitum receptione. d. 42. q. quiescamus.
Electione prælatum largitione d. 63. q. 1. si cupis.
Disputatorum prouisione. d. 40. Multi.
Iudicium declaratione. de reg. iur. l. 6.
Honoris exhibitione. d. 8. q. 1. nihil sit.

SENTENTIÆ BIBLICÆ

[illegible] ad faciendum malum: nec in iudicio plu[illegible]
[illegible] à vero deuies. Pauperis quoque
[illegible]. 23.
[illegible] ecant sapientes. *Exod.* 23.
[illegible] peris: nec honoresvultum potens
[illegible] t. 19.
[illegible] ui reus est sanguinis. *Num.* 35.
[illegible] n: ita paruum audies vt magnum.

[illegible] ibilis, qui personam non accipit,
[illegible] lo & viduæ, *Deut.* 10.
[illegible] munera: quia munera excæcant oculos
[illegible] istorum. *Deut.* 16.
[illegible] a. *Deut.* 27.
[illegible] t Dominus Samueli de Eliab filio
[illegible] uoniam abieci eum, nec iuxta in
[illegible] 7. 16.
[illegible] x Iudicibus) apud Dominum no
[illegible] a acceptio, nec cupido munerum.

[illegible] orum, qui munera libenter acci

[illegible] inclinet te. *Iob.* 36.
[illegible] em, & facies peccatorum accipitis?

Amici diuitum multi propter dona. *Prou.* 14.

Qui odit munera, viuet. *Prou* 15.

Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicii. *Prouerb.* 17.

Accipere personam impii in iudicio, non est bonum, vt declines à veritate iudicii. 18.

Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. 19.

Victoriam & honorem acquiret, qui dat munera: animam autem aufert accipientium. 22.

Cognoscere personam in iudicio non est bonum. 24.

Qui arguunt impium, laudabuntur, venietque super eos benedictio. *Ibid.*

Qui agnoscit in iudicio faciem: non bene facit iste, & pro buccella panis deserit veritatem. *Prou.* 28.

Non subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. *Sapient.* 6.

Non sit manus tua porrecta ad accipiendum. *Eccles.* 4.

Noli quærere fieri iudex, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. *Eccles.* 7.

Bona excæcant oculos iudicum. *Eccl.* 20.

Est qui perdet animam suam præ confusione, & ab imprudenti persona perdet eam, personæ acceptione perdet se. *Ibid.*

Nec accipias personam vt delinquas. 42.

Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. *Isai.* 1.

Væ, qui iustificatis impium pro muneribus. 5.

Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. 33.

Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. *Io.* 7.

Non est acceptio personarum apud Deum. *Roma.* 2.

Non est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. *Rom.* 10.

Expoliantes vos veterem hominem, cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum, vbi non est Gentilis & Iudæus, Circũcisio & Præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. *Coloss.* 3.

In veritate deprehendo (ait Petrus) quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, is acceptus est illi. *Act.* 10.

Væ illis, qui in viam Cain abierunt, & deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt. *Iuda.*

Mirantes personas quæstus causa. *Ibidem.*

Fratres mei, nolite in personam acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi glorioſi. Etenim si introierit in cœtum vestrum vir annulum aureum habens in veste splendida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & attendatis in eum, qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei, tu sede hic bene: pauperi autem dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: diliges proximum tuum, sicut teipsum, bene facitis: si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quasi transgressores. *Iacob.* 2.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Si hanc distantiam sedendi & standi ad honores Ecclesiasticos referamus, non est putandum leue esse peccatum, in personarum acceptione habere fidem Domini gloriæ. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto paupere instructiore & sanctiore? *Augustinus, & est in glossa Iacobi 2. super illud: Fratres mei nolite peccare.*

Quis est qui non iudicat personaliter? qui diligit æqualiter. Dilectio æqualis facit non acceptari personas: nam cum homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, tunc timendum est, ne personas accipiamus. *August. tract. 30. in Ioan.*

Absit Domine, vt in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiantur personæ diuitum: aut præ ignobilibus nobiles, quando potius infirma mundi elegisti, vt confunderes fortia. *Augustinus in sermon.*

Quicunque consanguinitate aut amicitia, vel è conuerso hostili odio, vel inimicitiis in iudicando ducitur, peruertit iudicium Christi, qui est iustitia. *Hieronym. in Origen. super Amos.*

Multa nos facere cogit affectus, dum propinquitatem respicimus corporum, & corporis & animæ, offendimus creatorem. *Hiero. ad Fabiolam.*

Nec bonis aduersariorum, si honestum quid habuerint, detrahendum: nec amicorum laudanda sunt vitia: & vnumquodq; non personarum, sed rerum pondere iudicandum est. *Hieron. ad Pammachium.*

Alienum te à personis omnium redde iudicio, ac propter iniustitiam in iudicio pauperem ne defendas, nec propter gratiam diuiti indecenter afflictas: aut si non potes facere, cognitionem respue causarum. *Hieron. epist. ad Damasum Papam.*

ens.

præsertim, Amos, Michæas, N
ensionibus se personarum

egis personam minime respe
licet tibi fratris tui habere

s (cap. 11. vers. 3.) dixerat, no
Nullius equidem personam
im principibus sæpius dixit
poetis, Auferetur a vobis regnum Dei, &c. Hero
nium perstringens, vulpem appellat. Quum ei tribueretur
quod non esset personarum acceptor, respondit aduersari
me tentatis, hypocritæ?

Historia Eccl. referta est Martyrum, Confessorum, Episc
exemplis, qui Regum & Imperatorum personas minime
runt, quo minus honorem diuinum; fidei veritatem, Ecc
gnitatem constanter vsque ad mortem defenderent.

Iudicare digne de subditis nequeunt, qui in subditorum causis non merita, sed odium vel gratiam consequuntur. *Idem in Hom.*

Iudices iniqui errant à veritate sententiæ, dum intendunt qualitatem personæ, & exulcerant sæpe iustos, dum improbe defendunt iniquos. *Isid. lib. 4. de summo bono.*

Diues citò muneribus corrumpit iudicium: pauper autem dum non habet quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. *Isidorus ibidem.*

Vos non attenditis merita causarum, sed personarum: non iura, sed munera. Non quod ratio dictet, sed quod voluntas affectet; non quod sentiat, sed quod mens cupiat: non quod liceat, sed quod libeat. Nunquam in vobis est ita simplex oculus, vt totum corpus lucidum sit: sed aliquid semper dimittitis fermenti, quo totam massam corrumpitis. *Innocentius lib. 2. de vtilitate conditionis humanæ.*

Pauperum causam cum mora negligitis, diuitum causam cum instantia promouetis. In illis rigorem ostenditis, in istis ex mansuetudine dispensatis: Illos cum difficultate respicitis, istos cum facinore tractatis. Illos negligenter auditis, istos subtiliter auscultatis. *ibidem.*

Si forte pauperum causam suscipitis, illos remisse fouetis. Quum autem diuitum causam suscipitis, illos pertinaciter adiuuatis. Pauperes despicitis, diuites honoratis: istis reuerenter assurgitis, illis despicabiliter communicatis. *ibidem.*

Clamat pauper & nullus exaudit: loquitur diues & quilibet applaudit. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad vrbem perducunt. Pauper locutus est, & dicunt, quis est hic? & si offenderit, subuertent eum: clamat vim patiens, & nullus exaudit: vociferatur, & non est qui iudicet. Diuiti dicunt: Tu sede hic bene: pauperi vero, tu sta illic, vel sede sub scabello pedum meorum, *ibidem.*

Nescit personas respicere, qui meram cogitat æquitatem. *Cassiod. lib. 2. epist. 13.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Homer. 1. Iliados.

——— ἀντὶ νυ πολλῶν
Λαῶν ἐσθλὸν ἀνῆρ ὃν τε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ.
Instar multorum est, quem æquus Iuppiter amauit.

Iuuenalis Satyr. 7.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Ouid. Amor. l. 3.

Curia pauperibus clausa est: dat census honores:
Census amicitias: pauper vbique, iacet.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Prorsus persuasimus, quod multi furto non erubescunt, quod multi adulterio gloriantur. Nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. *Seneca ad Lucilium epi. 88.*

Amor & odium, & proprium commodum sæpe faciunt iudicem non cognoscere verum. *Arist. l. 1. Rhetoricorum.*

Interrogatus Solon, quid esset lex? respondit: Araneæ tela. Quia, si in eam inciderit quid debile, retinetur: graue autem pertransit tela rescissa. *Laert. Diogenes de vita & moribus Philosoph.*

Xenocrates videns quendam latronem ad patibulum duci, subrisit dicens: Quod magni fures minores morte damnabant. *ibidem.*

Plura multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua promotione mentis: quam veritatis aut præscripto, aut in eis norma aliqua, aut iudicii formula, aut legibus. *Cicer. lib. 2. de Oratore.*

Quam porro subtiliter Anacharsis leges aranearum telis comparabat. Nam vt illis infirmiora animalia retineri, valentiora transmitti: ita his humiles & pauperes constringi, diuites & præpotentes non alligari aiebat. *Valerius Maximus lib. 7. tit. Sapienter dicta ac facta.*

Exempla Sacra.

Eliasincrepat regem Achabum, 1. *Reg.* 18. 17. Elisæus Ionamum 2. *Reg.* 3. 13.

Nathan sapienter admodum regem Dauidem turpissimo adulterio & nefario homicidio pollutum ad resipiscentiam pertrahit. 2. *Sam.* 12. 1. *&c.*

Elias, Ieremias, Ezechiel, populi Iudaici, magnatum, principum, regum scelera luculenter describunt & damnant, sine personarum acceptione. Deique comminationes expressis verbis denuntiant.

Daniel Nebucadnezaris, & Balsazaris potentissimorum regum Babylonicorum scelera grauiora. *cap.* 4. 24. *&* 5. 22. *&c.*

Exempla Ethnica.

Traianus Imperator, cum Tribunum militum renuntia
ctum ensem ei porrigens, dixit. Cape ferrum hoc, & si quid
imperium gessero, pro me; sin aliter, contra me hoc vtere.
Traiano.

Mulier quædam, quum aliquando eum ad audiendum
ille vero per otium sibi non licere respondisset, subiunxit,
imperes. Quo audito de mulieris causa Traianus cognou
De Philippo Macedonum rege eadem referuntur.

Cum à Themistocle Simonides poeta præter æquum
postulasset: Neque tu, inquit, bonus poeta esses, si modos co
res & numeros inter canendum: neq; ipse bonus prætor, si
amici legibus præferrem. *Plutarch. in Themist.*

Papinianus ab imperatore Caracalla iussus parricidiu
fratris in Senatu & apud populum diluere recusauit, dice
tam facilè parricidium excusari posse, quam patrari.

Phocion Athenensis genero suo Charilao, repetundar
causamque coram iudicibus dicturo, adesse noluit, dicen
dem mihi generum te hominem iustum & probum optat
dicto defectoque genero, inde se proripuit. *Plutarch.*

Epaminondas, Thebanorum dux, filium coronadonatu
de securi feriri iussit, quod præcepti paterni contemptor cu
constituisset, eumque vicisset. *Plutarch. in Paral.*

Brutus Consul & Manlius Torquatus liberorum siorti
sonas minime respexerũt, imo capite mulctarunt, vt patriæ
tem conseruarent. *Valer. Max lib. 5. c. 8. & l. 6. c. 3.*

Zaleucus Locrensis, cum legem tulisset de adultero exc
eiusque filius in adulterio deprehensus esset, se vno, filiu
priuauit oculo, ne ob acceptionem personæ lex lata viola
dem, lib. 6. cap. 5.

*Apophthegmata, Similitudines, Adagia, cæter
hunc locum nonnihil illustrandum facientia, vide
Tit. Diuitiæ. Fauor. Paupertas. Potentia. Potestas
stratus, &c.*

Accessio, Incrementu

A D A G I A.

Accessio pusilla aut nimia.

Crœsi pecuniæ teruncium addere.

*Teruncij nummi, à tribus vncim dicti, vilitas prouerb
fecit. Crœsus Lydorum Rex inter prodigiose diuites celebra*

Holerum appositio. ἀπὸ τῶν λαχάνων τοῦτο ἔλεγεν.

De re nullius momenti.

Gleba aruum. βῶλος ἀρούρης.

Vbi quis exigua maximis apponit, credens sese nonnihili

Gutta vini. σταλαγμὸς οἴνου μικρὸς χεόμενος ὑδατος πολλοῦ

*Quum paululo boni nimia mali vis admiscetur: dilut
& euanescit, si pauxillum vini plurima corrumpas aqua.*

Ne maior thylaco accessio.

*Hoc vtri licebit prouerbio, quum digressio longior est, qu
psa. Basilius idem alijs verbis expressit, lib. de Spiritu sa
γένοιτο ὑπερῳδὸν ὠδῆς πολλαπλάσιον εἰς τὴν κεφαλήν. id est, A
loqui modum accessorium, multo maius esse ipso principali*

Vide Infra Tit. de Vtilitate.

Accidens.

¶ DEFINITION. ET ETYMOLOG

ACCIDENS Græce συμβεβηκὸς, τὸ Nam συμβαίνω, a
citur, quod adest & abest præter subiecti corruptio
cundum Arist. libr. Prædicament.

d adest & abest, sine eius rei, in qua situm est,
duo sunt, alterum quod separari potest, alte-
t. *Proph. c. 6.*
d fit quidem non semper, nec necessario, nec
Lib. 10. c. 7.
nihil horum est, nec genus, nec definitio, nec
a conuenit: & quod cadere in rem vnam ali-
on cadere, veluti sedere, & conuenire eidem,
est. *Top. l. 1. c. 4.*
lum varium est, ac multiplex: quippe quo-
continentur: tum non necessarium: denique &
Aristot. lib. 1. Post. Anal. cap. 3.
Accidens dicitur quod alicui conuenit, & vere dicitur, non ta-
men semper: *Met. l. 8. c. 30. Tit. 35.*
Accidens est quod inest alicui, & vere dicitur de eo, non ta-
men semper: nec in pluribus, & non tantum quoad esse, sed
quandoque, & in aliquo, & in hoc tempore: & huius causa non
est determinata, sed contingens & indeterminata. *Aristotel 5. Me-*
taph.
Accidens dicitur illud, quod inest alicui, non secundum se, non
tamen sine essentia rei. *Idem ibidem.*
Accidens, & esse in subiecto conuertuntur *Porphyr.*
Accidens, & esse in subiecto conuertuntur *Porphyr.*
Accidentia per se, sine aliquo subiecto esse non potest.
Idem.
Accidens est, quod adest, & abest, præter subiecti corruptionem.
Idem.
Accidens est, quod nec genus, nec species, nec differentia, nec
proprium est, semper autem in subiecto est. *Idem.*
Accidens, quasi cum alio cadens, appellatur. *Simpli. 1. de a-*
nima.
Accidens, tam vniuersale, quam particulare, in subiecto existit.
Auerroes in predic.
Accidens dicimus, quod in substantiam non conuertitur
Boetius in cap. 6.
Accidens, fieri ei cui accidit esse nequit. *Idem.*
Accidens inseparabile est, vt cæcitas oculorum, nasi curuitas, ci-
catrix cum exulnere oculi uerit. *Porphyr. in 5. voc.*
Accidens nihil prohibet, & quando & ad aliquid proprium fieri,
vt febre, cum in accidens, solo aliquo sedente, proprium erit; sim-
pliciter tamen proprium non erit. *Arist. topic. 1.*
Accidentalia duplex continet accidens, vnum quod accidit
rei subiectæ: alterum quod assignatur rei subiectæ. *Albert. Mag. in*
1. Elench.
Accidentium captiones omnes vna solutio diluit, dicendo quod
non est accidentium. *Arist lib. 1. Elench.*
Monet, quod accidens est, quod potest separari, de homine & e-
quo dicitur, sed ita vt primum de individuis, secundo autem loco
de his, quæ individua continent. *Porph. c. 7.*
Cum contrariæ differentiæ misceri iungique inter se non pos-
sint; tamen contraria sæpe accidentia coniunguntur. *Porphy.*
cap. 7.
Accidentia attributæ sunt rerum omnium inter se comparatio-
nes, tradi accidente ducuntur: vt vtrum expetendum magis,
quod honestum est, an quod vtile. *Top. l. 1. c. 4.*
Accidentia, quæ non ita insunt per se, quemadmodum supra de-
finitum, non possunt sub scientiam demonstratiuam cadere: eo
quod in ea conclusio necessaria esse non potest. Nam quod accidens
est, potest non inesse. Ego enim sic accipio hoc loco nomen acciden-
tis. *l. de Demonst. 2. c. 7. T. 18.*
Omnia accideas facillimum est ad probandum. Cum enim
ceteram solum conuenire docendum sit, satis est ostendere con-
uenire, & inesse accidens: difficillimeque accidens refellitur, pro-
pterea quod perpauca complectitur: neque enim declaratur in ac-
cidente, quomodo conueniat, *Top. l. 7. c. 3.*
Accidens est quiddam, quod haud procul abesse ab eo quod non
est videtur. *Meta. l. 5. c. 2. T. 4.*
Cur insidens non sit ars & scientia, hinc perspici potest, quod
ens omnis, & scientia in eo, quod semper, vel plerunque est,
versatur, neutro horum est accidens. *Meta. l. 10. c. 7.*
Et quia accidunt, omnia duobus modis diuidi possunt, per for-
mas, & per accidens. Per formas, vt colorum alius albus est, alius
niger: per accidens, vt si id, cui color conuenit, diuidi potest, *l. 3. de*
anima. T. 9.
Accidentia non per se ac vi sua, sed in singulis rebus simpliciter
dicuntur. *Metaph. l. 4. 9. T. 15.*
Ratione accidens toto prius est: vt musica præditum homine
musico. *Metaph. l. 4. c. 11. Tit. 16.*
Id quidem, quod vt accidens, & quod vt verum, omittendum est:
præsertim cum illius incerta & infinita causa sit: huius quædam a-
tem artificio: & vtrunque in reliquo eius quod ex genere cerna-
tur, naturam quandam eius quod est extra esse declarat. *Meta.*
l. 5. c. 7. T. 8.
Verisimum est, accidens ad quoddam tempus & cum aliquo
obtinuisse proprii nomen obtinere posse. *Top. l. 1. c. 4.*

Accusatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ACCVSATIO, Græce κατηγορία, ας, ἡ. Nam & κατήγορος accusator dicitur. Est in causam tractio, hoc est, apud iudicem vel alium quemlibet, aliquem peccasse ostensio. Plerunq; pro reprehensione accipitur. Hinc & accusator & accusatrix deducuntur, & accusatio, & accusatiuncula eius diminutiuum.

Accusator vocatus quasi adcausator, qui ad causam vocat eum quem appellat. *Isidor. l. 18. origin.*

Accusator is dicitur, qui aliquem coram iudice accusat & criminalem sibi quæstionem mouet. *Iacobus Spiegelius in Lexico iuris ciuilis.*

Accusatori interdum præmium debetur: vt cum famosi libelli auctorem indicauerit, *l. lex Cornelia in fin. de iniur.* reumve impietatis, hoc est, hæreseωs arguerit. *Secundum Albericum in leg. 1. C. Quibus ex caus. ser. pro præm. libert. accip. Idem Spieg. ibid. in voce Accusare & accusator.*

Accusare est aliquem quasi apud iudicem percutere, & quasi malleo ad incudem pertundere, vt in quam velit is qui accusat formam redigatur. Vnde proprie est apud iudicem, vel alium, & aliquando apud illum, quem accusas, ostendere quempiam peccasse. *Idem Spiegelius ibidem.*

Accusatio, vox media, tum in bonam, tum in malam partem sumitur: vt plurimum in malam, præsertim in sacris literis. Hebræis, *Sitnah*, Genes. 26. 21. & Eidr. 4. 6. aduersatio, accusatio, inimicitia, rixa, odium, à verbo *Satan*, aduersatus est, accusauit: vnde Satan, aduersarius, accusator, & tam de diabolo quam de homine dicitur. De diabolo, Iob 1. 6. de homine, 1. Sam. 29. 4. & 2. Sam. 19. 23. & alibi accusator est frequenter aduersarius, odiis impulsus, & rixas quærens. Accusator ab iisdem *Malschim* appellatur, à verbo *Lascham*, id est, linguax fuit, obiectauit, detulit aliquem lingua sua, falsa accusatione detraxit. Psalm 1. v. 5. Prouerb 30. 10. Græcis κατηγορία, accusatio. κατήγορος, accusator. Vide Luc. 6. 7. Ioann. 18. 29. Tit. 1. 6. Satan vero, humani generis aduersarius, κατήγορος, accusator dicitur fratrum, quos indefinenter accusat coram Deo: Apo. 12. sicuti constat ex Histo. Iob Iobi. cap. 1. & 2.

Quid inter ſit inter accusationem & maledictionem, docet Cicero, orat. pro Cœlio. Accusatio crimen desiderat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Martial. lib. Spectaculorum, ad Cæsarem, quod expulerit delatores Epi. 4.

Turba grauis paci, placidæq; inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes.
Traduxit Getulis, nec cepit Arena nocentes:
Et delator habet, quod dabat exilium.
Exulat Ausonia profugus delator ab Vrbe:
Impensis vitam principis annumeres.

Idem Martialis in Vacerram delatorem lib. 11. Epi. 67.

Et delator es, & calumniator,
Et fraudator es, & negotiator:
Et sallator es, & lanista: miror
Quare non habeas, Vacerra, nummos.

¶ ETHNICORVM SENTENTIAE.

Queri apud amicos de ipsorum erratis honestum est: accusatio vero, inimicorum est. *Thucyd. lib. 1.*

Iniquum videtur insimulare eum qui absit: maxime quum fieri possit, vt si quæ crimine se obiecta sint, præsenti refutatione diluantur. *Dictys de bello Tr. lib. 1.*

Carere debet omni vitio qui paratus est in alterum dicere. Is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. *Cicer. in Sallust.*

Nulla salus Reipublicæ maior est: quam eos, qui alterum accusant, non minus de laude, de honore & fama sua, quam illos qui accusatur de capite ac fortunis suis pertimescere: Itaque semper hi diligentissime laboriosissimeque accusarunt, qui seipsos in discrimen existimationis veniri arbitrati sunt. *Ex Diuin. in Verr.*

Multa esse oportet in eo, qui alterum accuset: primum integritatem atque innocentiam. Nihil est enim quod minus ferendum sit, quam rationem ab altero vitæ reposcere eum, qui non possit suæ reddere. Accusare enim debent ii, qui nullo suo peccato impediuntur, quo facilius alterius peccata demonstrare possint. *Ex Diuin. in Verr.*

Omnes qui alterum in iudicium vocant, prouidere debent non solum quid oneris in præsentia tollant: sed etiam, quantum in omnem vitam negotii suscipere conentur. Legem enim sibi ipsi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutumq; omnium, qui ab altero

rationem vitæ reposcunt: atq; eo magis, si id faciunt nulla re commoti alia, nisi vtilitate communi. Nam qui sibi hoc sumpsit, vt mores corrigat aliorum, ac peccata reprehendat: quis huic ignoscat si qua in re ipse à religione officii declinarit? 5. *Act. in Verr.*

Postulatur ab omnibus, vt ab iis se abstineant maxime vitiis, in quibus alterum reprehenderunt. Furem aliquem aut rapacem accusaris: vitanda tibi semper erit omnis auaritiæ suspicio. Maleficum quempiam adduxeris aut crudelem: cauendum erit semper, ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse videaris. Corruptorem, adulterum: prouidendum diligenter, ne quod in vita vestigium libidinis appareat. Omnia postremo quæ vindicaueris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modo accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipso deprehenditur. 5. *Act. in Verr.*

Nihil est tam inhumanum quam eloquentiam, &c. 2. *Offic.*

Nihil est tam alienum ab eo, qui alterum coniurationis accuset, quam videri coniuratorum pœnam mortemque lugere. *pro Syll.*

Sine summo scelere non potes, quod maleficium in aliis vindicaris, idem in illorum socio, cum scires, defendere. *Pro Sylla.*

Danda est opera, ne quid contra æquitatem contendas, ne quid pro iniuria. 2. *Offic.*

Hoc præceptum officii diligenter tenendum est: ne vnquam innocentem iudicio capitis accersas. Id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. 2. *Offic.*

Innocens, si accusatus sit, absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. *Pro Rosc. Am.*

Vtilius est absolui innocentem quam nocentem causam non dicere. *Pro Rosc. Amerin*

Impediri bonam rem est melius, quam concedi malæ. 5. *de Leg.* Χρὴ δὲ κατηγορεῖν μὲν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπὶ βλάβῃ λοιδορεῖντας: νεῦστέον δὲ τοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ τοιαῦτα πράττοντας. τὸν γὰρ αὐτὸν λόγον ἔχ ὁμοίως ὑπολαμβάνειν δεῖ μὴ μιᾶ τῆς αὐτῆς διανοίας λεγόμου.

Nam accusare putandi sunt, qui lædendi causa conuitia dicunt: admonere, qui propter audientium vtilitatem idem faciunt. Nec enim de eadem oratione sentiendum est idem, si animo non eodem dicatur. *Isocr. in panegyr.*

Ἀνάγκη δὲ τοὺς νεστέντας καὶ τοὺς κατηγορεῦντας, τοῖς μὲν λόγοις χρῆσθαι παραπλησίοις, τοὺς δὲ δυνάμεις ἔχειν ἀλλήλαις ὡς διαντι ἐναντιωτάτας, ὥστε περὶ τῶν αὐτῶν λεγόντων & ὠφέλειαν ἡμῶν ὑμᾶς γνώμην ἔχειν. ἄλλα τοὺς μὲν ἐπὶ βλάβῃ λοιδορεῦντας μισεῖσθαι κακοὺς ὄντας τῇ πόλει. τοὺς δὲ ἐπ' ὠφελείᾳ νεστέντας, ἐπαινεῖν, καὶ βελτίους τῶν πολιτῶν νομίζειν, καὶ τούτων αὐτῶν μάλιστα τὸν ἐνεργίσαντα δυνάμενον δηλῶσαι τὰς τε πονηρὰς τῶν πράξεων, καὶ τὰς συμφορὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γινομένας. Fieri certe quidem non potest, quin & qui monent & qui accusant, verbis vtantur non fere dissimilibus, cum vis vtriusque orationis quam longissimè discrepet. Quare vos non decet de his qui eadem dicunt, eodem modo sentire: sed qui nocendi animo conuiciantur, vt qui rempub. euertere cupiunt, digni odio sunt: qui autem vestræ vtilitatis causa monent, laudandi, & optimi ciues iudicandi: atque inter hos is maxime qui euidentissime posuit malas actiones, & ortas inde calamitates suis quasi coloribus depingere. *Idem in Seciali.*

¶ Apophthegmata.

Demosthenes, iussus ab Athenienses, vt quendam accusaret, recusauit: sed iacta in eum populi acclamatione, surgens dixit, Vos me, viri Athenienses, consultorem habebitis etiam inuiti: calumniatorem vero, ne si velitis quidem. *Brusoni. l. c. 6.*

Cicero, in Cælium melius dissentem ac accusantem, quam defendentem crimina, vrbanissime bonam dextram, malam vero Cælium sinistram habere dicebat. *Brusoni. l. 1. c. 16.*

M. Grassus, cum leui de causa nunc accusator, nunc patronus in vna eademque causa esset, Sicinius homo mordacissimus interrogatus, cur Grassum non obiid reprehenderet? Non facio, inquit, quandoquidem fœnum in cornu habet. *Brusoni. lib. 1. cap. 16. ex Plutarcho.*

¶ Adagia.

Τενέδιος ἀνὴρ τὸς Id est, Tennedius tibicen. *Dicebatur testis falsus & calumniator. Hinc natum, quod Philonome tibicinem suum subornauit, qui testaretur apud Cygnum, ipsam a Tenne de stupro fuisse interpellata ac & etiam tentata. Steph. in catalogo vrbium.*

¶ Exempla Biblica.

Falsò accusatorum exempla: Ioseph. *Genes.* 39. 14. Abimelech, 1. *Sam.* 22. 9. Mephiboseth. 2. *Sam.* 16. 3. & 19. 26. Naboth, 1. *Reg.* 21. 6. Amos, *Amos.* 7. 10. Christus, *Matth.* 26. 61. *Marci* 14. 58. & 15. 3. *Luc.* 23. 2. Stephanus protomartyr. *Act.* 6. 11. Paulus & Silas, *Actor.* 16. 20. Iason. *Actor.* 17. 7. Paulus, 18. 13. & 21. v. 21. 28. & 24. 5. & 25. 7. Accusationis falsæ pœna & exempla: Aman, *Est.* 7. 10. & 8. 7. Duo senes, *Daniel.* 13. 36. Accusatores Danielis, *Daniel* 6. 23. & 14. 41. Alcimus cum iniquis, 1. *Macchab.* 7. vers. 5. 6. Simon, 2. *Mach.* 4. vers. 5. 6.

¶ Profana Exempla.

Tennes Cynices Colonis regis filius, falso à nouerca apud Patrem de incestu oblato accusatus fuit. Cum illa potius priuigni amore incensa, repulsam ab eo stupri tulisset. *Pausan. l. 10.*

Nero Imperator intimos & familiares quoque curauit interfici ex sermone morientium: qui tamen nihil aliud inter se spectabant, quam vt de aduersariis vltionem sumeret. *Bodin. lib. 4. Dæmonom. 4.*

M. Cato Maior à pop. Rom. prudens appellatus maximorum odiis exercitus est: quadragies enim sexies reus exstitit, semperque absolutus est. *Sabellicus, l. 1. c. 6.*

Bellerophon, à Stenebæa Prætiorum regis vxore pudicitiæ falso accusatus fuit: cum illa eum ad stuprum frustra prouocasset. *Homer. Iliad* 3. *Natal. Com. Mythol.*

Tiberius Cæsar causa quæstus tantum delatoribus fidem abrogaret, siue quid veri, siue vani referret.

Vitellius quoque Imp. delatos Mathematicos inaudito punituit.

Domitianus dum rapinis intendit animum, ita aures detegentibus patefecit: vt nihil cuiquam tutum esset.

Quod de Constantino Imp. idem traditur: vt delatores eo tempore admitteret, eosque ingenti studio foueret. *Alexandro l. 4. c. 22.*

P. Scipio Africanus iniuste à QQ. Petilius Trib. plebis tus fuit, quasi pecunia corruptus esset ab Antiocho, vti cobus gratiosis & mollibus pax cum eo pop. Rom. nomine *Aerodius ex T. Liu. Decad.* 4.

Aristogiton Atheniensis, cum à lictoribus per tormentum tur, vt conciosproderet: consciorum neminem indicauit, vero amicos Hippiæ participes insidiarum esse dixit. Cum te mulctasset Hippias tyrannus, tum Aristogiton amicorum gema ei exprobrauit. *Polyænus, l. 1.*

¶ Hieroglyphica.

Apud Ciceronem in oratione pro S. Roscio: Anserem pro accusatore Hieroglyphice positum: qui obstrepat tamceat tamen nihil. Cum Canis non tantum aliatret, sed demordeat. Eius verba sunt non importune repetenda. Anserib publice locantur, & Canes aluntur in Capitolio, vt significes venerint, at fures internoscere non possunt, significans qui noctu in Capitolium venerint, & quia id est suspicmetsi bestiæ sunt, in eam partem potius peccant, quæ Quod si luce quoque Canes latent, cum Deos salutatum nerint, opinor his crura suffringantur, quod acres sintcum suspicio nulla sit. Simillima est accusatorum ratio: Anseres sunt, qui tantummodo clamant, & nocere non lii Canes, qui & latrant & nocere possunt. *Tiet. Val. l. 24.*

¶ Fabula.

Boues & Ilex.

Trabem ligneam trahebant boues, adiuncti ad illam tem indignari, & queri, atque boues accusare vt ingratoita raptaretur, cum frondibus suis sæpe illos pauisset: Cum nos in hac opera stimulis incitari videas, & gemitu helitus audias, debet profecto in mentem tibi venire trahere.

Fabula docet, quemque iniuriæ & damni sui auctorem libet temere accusare debere.

Vidè Calumnia, Delatio, Detractio.

Acedia.

¶ Definitio et etymol(

Acedia, quæ & Græce ἀκηδία.ας, ἡ. dicitur est tristino diuino, in quantum divinum, de quo Charit

Ἀκηδία ἐστὶ πάρεσις ψυχῆς, καὶ νόος ἔκλυσις ὅλης μίσες τὲ ἐπιγγιλματος, κοσμικῶν μακαρῆσια, Θεῖ δ' ὡς πλάγχνε καὶ ἀφιλανθρώπε, ἀτονία ψαλμῳδίας, ἐν ἀσθσα, ἐν διακονίᾳ σιδηρᾷ, ἐν ἐργοχείρῳ μόχθος, ἐν ὑποκοῇ δὲ ἀκοὴ

cedia est remissio animæ, & resolutio mentis, pusillanimitationis, odium professionis, mundanorum beatificatiDei quasi inuisceroſi & existentis sine benignitate, attomodia, infirmans in oratione, in ministerio ferrea, inuum non pigra, in obedientia improba. *Hæc ex Iocho.*

Acedia est tædium bene operandi, & tristitia de re spirecessus mentis à bono spirituali diuino, cui oportet mrere ex necessitate. *Hæc ex B. Thom. secunda secunda. q.*

Acedia est ex confusione mentis nata tristitia, siue omaritudo animi immoderata. *Vt ait Hugo lib. 2. de Sacr.*

Acedia est torpor mentis, bona inchoare negligentis *Richardum.*

Acedia est de virtutum laudabili exercitio vtriusq; languida deiectio. *Secundum Gregorium in Homilia.*

Acedia est tristitia aggrauans mentem: vt nihil boni beat. *Secundum Ioan. Damasc. lib. 2.*

Acedia est pigritia, & inertia, & fatigatio animi, q

bhoatum fastidit. *secundum Ciceronem lib. Tuscul. quæst.* dia ab inuidia differt. Quia inuidia est de bono alieno. | Acedia vero de proprio. Nec placet opinio eorum, qui scribunt per c. geminatum, cum breuiet primam syllabam.

¶ Divisio.

rimo modo est, tristitia de bono spirituali. & sic est generale peccatum, & non vnum de septem. Quia omne peccatum refugit bonum spirituale, virtutis ei opposita, vt superbia refugit bonum spirituale, quia est actus humilitatis, & luxuria bonum castitatis, & sic de aliis. B. Thom. secunda Secundæ, q. 35. art. 2.

Secundo modo est horror spiritualis boni, in quantum est laboriosum, vel molestum corpori aut impedimentum delectationis eius, & sic a vitijs carnalibus non separatur, quibus quis quietem & delectationem corporis quærit, & sic non est vnum de septem.

Tertio modo est tristitia de bono spirituali in quantum huiusmodi, & sic est speciale peccatum, & vnum de septem, quia oppositum speciale virtuti, quæ est charitas, cuius est gaudere de bono diuino, & sic est peccatum mortale.

- Capitale, quia ex ea promptum est, vt alia vitia oriantur secundum rationem causæ finalis, & hæc diuersimode assignatur, art. 4.
- Mortale, quandocunque talis tristitia pertingit vsque ad consensum rationis, quam consentit in fugam, & horrorem & detestationem boni diuini, carne contra spiritum omnino præualente, art. 3.
- Veniale, quandocunque non contingit, vsque ad consensum rationis, sed est in sola sensualitate, propter repugnantiam carnis ad spiritum, ar. 3.

Secundum B. Gregor. 31. mor. ex acedia oriuntur 6. sc. desperatio, pusillanimitas, torpor, rancor, malitia, euagatio, quia ex tristitia spirituali & diuinorum fastidio eueniunt tria, scilicet.

Secundum Isid. li. de summo bono ponuntur 11. qui distinguit tristitiam ab acedia. Nam secundum eum proprie dicitur.

- Recessus vel fuga spiritualium contristantium quæ sunt finis, vel ea quæ sunt ad finem, & sic oriuntur ex acedia filia 3. sc.
  - *Desperatio*, qua receditur ab vltimo fine.
  - *Pusillanimitas*, qua receditur ab his, quæ sunt ad finem scilicet ab arduis, quæ subsunt consilijs.
  - *Torpor*, quo receditur à spiritualibus pertinentibus ad institiam communem, quæ subsunt præcepto.
- Impugnatio spiritualium contristantium, & sic oriuntur secundum B. Greg. ex acedia filia dua, scilicet.
  - *Rancor*, qui est indignatio in personas inducentes ad bona spiritualia, vt hic sumitur.
  - *Malitia*, quæ est, quando quis in tantum tristatur super spiritualibus, & diuinis, vt etiam ea detestetur.
- Accessus ad delectabilia, non delectabilia & sic oritur secundum B. Gregorium.
  - *Euagatio mentis illicita*, quæ est, quando propter tristitiam spiritualium quis se transfert ad delectabilia exteriora, fastidio spiritualium, quia secundum Philos. 8. Ethicor. Homo diu nequit esse sine delectatione.

- Tristitia inquantum receditur à graui & laborioso opere, & ab Isidoro assignantur oriri 4. scilicet.
  - *Desperatio*,
  - *Pusillanimitas*,
  - *Rancor*,
  - *Amaritudo*, quæ non est speciale vitiũ, sed quidam effect. rancoris.

  } De quibus sup.
- Acedia, inquantũ quis accedit ad debitã quietem laboris tædio, & sic oriuntur septem filiæ, scilicet.
  - *Otiositas*, cum prætermittuntur præcepta.
  - *Somnolentia*, cum negligenter implentur præcepta.

  } Hæc duo sub torpore comprehenduntur.
  - *Importunitas mentis*, cum vagatio mentis circa illicita residet in ipsa arcementis volentis se diffundere ad diuersa.
  - *Curiositas* cũ indebite vel immodice se diffundit ad diuersa cognoscenda.
  - *Verbositas* cum indebite & immoderate vagatur in verbis.
  - *Inquietudo corporis*, cum per immoderatos membrorum motus euagationem mentis indicat.
  - *Instabilitas*, cum diuersorum fit locorum mutatio vel propositi.

  } Quæ quinque ad mentis euagationem pertinent, quam ponit Beat. Gregorius supr.

Sententiæ Biblicæ.

Acedia vel tædium, homini est causa impatientiæ, & carnalis defectus, & causa multiplicis mendacij. *Num.* 11.

Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. *Prou.* 6.

Vsquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo? *Ibid.* 10.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserũt eum in via. *Prou.* 10.

Vult & non vult piger, anima autem operantium impinguabitur. *Prou.* 13.

Pigrum deficit timor: animæ autem effœminatorum esurient. *Prou.* 18.

Abscondit piger manum sub ascella, nec ad sinum applicat eam. *Prou.* 19.

Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei. 20.

Omnis piger semper in egestate est. 21.

Desideria occidunt pigrum, noluit enim quicquam operari. *Ibi.*

Sicut ostium vertitur in cardine, sic piger in lectulo suo. *Prou.* 26.

Non deseris laboriosa opera, & rustificationem creatam ab altissimo. *Eccl.* 7.

In lapide luteo lapidabitur piger, & omnes loquentur super æstimationem eius. 22.

De stercore boum lapidabitur piger, & omnis qui tetigerit eum, mœrore conteret. *Ibidem.*

In omnibus operibus esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. 30.

In omnibus operibus tuis præcellens esto, & ne dederis maculam in gloria tua: otium enim multa vitia docuit. *Ibid.* 33.

Maledictus qui opus Dei facit negligenter. *Ierem.* 48.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *Matth.* 7.

Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Matth.* 11.

Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus, & stridor dentium. *Ibid.* 25.

Ille seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. *Luc.* 12.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittetur & ardet. *Ioh.* 15.

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. *Iacob.* 4.

¶ Patrvm Sententiæ.

Πάντα τ' ἀλλα πάθη ἤτε θυμικὰ μέρους τῆς ψυχῆς, ἤτε ἐπιθυμητικὰ μοναι φαίνεται, καὶ τὰ λογιστικὰ, ὡς ἠλιθιότης καὶ ἀγνοια. ἡ δὲ ἀκηδία, πασῶν τούτων τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἐπιδέχεται πάντα σκότου ὁμοιότητα. διὸ καὶ τὰ πάθη ἐκ πάντων τῶν μερῶν πάσας ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκυσεν. καλῶς οὖν ἐκινεῖτο τὸ κατ' αὐτὸ φάρμακον ἐνδοκιμοῦν ἐν τῇ ὑποκειμένῃ ὑμῶν (λέγει) κλίσει σὺν τῇ ψυχῇ ὑμῶν.

Omnes alij affectus, aut iracundiam in anima attingunt, aut concupiscentiam, aut partem animæ rationalem, cuius generis est obliuio, aut ignorantia. At Acedia omnes animæ vires depopulans, omnes vere vnanimiter affectus commouet. Quapropter omnibus aliis quoque affectibus est grauissima. Probe itaque Christus aduersus hanc nobis præstitit pharmacum. In patientia, inquit, vestra

possi de'bitis animas vestras. *Maximus de Charitate, Centura prima.*

Deleta Carthagine, magno videlicet terrore Rom. Reipublic. extincto, tanta de prosperis rebus mala secuta sunt, vt corrupta concordia, prius sæuis cruentisque seditionibus, deinde mox malarum connexione curarum, bellis ciuilibus tantus sanguis effusus est, vt crudeliora paterentur à ciuibus, quam ab hostibus. *August. lib. 1. de Ciuitate Dei.*

Torpor & ignauia dicunt, si lectioni continuato studio semper insistis, oculorum caliginem incurris. Si indesinenter lacrymas fundis, ipsos etiam oculos amittis. Si protelatis vigiliis psalmorum censum persoluis, insaniam capitis acquiris. Si quotidiano labore te conficis, ad opus spirituale quando consurgis? *Aug. in lib. de conflictu vitiorum & virtutum. 9.*

Nemo securus esse debet in hac vita, quæ tota tentatio nominatur, vt qui potuit fieri ex deteriore melior, non fiat ex meliore deterior. *August. confession. lib. 10.*

Nullus fructus otii, imo magis dispendium. Otiosus Esau amisit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere, quam quærere. *August. epist. ad Vercellenses.*

Nihil in sancto proposito deterius est otio, quod non solummodo non acquirit noua, sed etiam peracta consumit. Sanctæ vitæ ratio processu gaudet, & crescit, cessatione torpescit & deficit. Quotidianis ac recentibus virtutum incrementis instauranda mens est, & viuendi hoc iter non de transacto, sed de reliquo metiendum. *Hier. epist. ad Demetriadem.*

Facito aliquid operis, vt semper Diabolus inueniat te occupatum. *Hieron. ad Rusticum monachum, & habetur de consecr. dist. 5. Nunquam.*

Radix desperationis est ignauia; & non solum radix, sed nutrix eius & mater. Nam sicut vestimentum & tineam generat & nutrit, ita ignauia non solum gignit ex se desperationem, sed alit & fouet. *Ioann. Chrysost. lib. de lapsu.*

Per torporem vires & ingenium defluunt. *Isidorus Soliloquiorum lib. 2.*

Fugienda est otiositas, mater nugarum, nouerca virtutum: Inter seculares nugæ, nugæ sunt. In ore sacerdotis blasphemiæ sunt. *Bernhardus de consideratione lib. 2.*

Non dormientibus prouenit regnum cœlorum, nec otio & desidia torpentibus beatitudo æternitatis repromittitur. *Leo in sermone de Apparitione.*

Experimento probatum est, acediæ impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam. *Ioannes Cassian. de institut. Monachorum lib. 10.*

Acedia est solitariis magis experta, & in cremo commorantibus infestior hostis ac frequens. *Ibidem.*

Sicut in vnoquoque opere mater inuenitur constantia, ita vniuersæ doctrinæ & disciplinæ nouerca est negligentia. *Boetius lib. de scholastica disciplina.*

Vult & non vult piger. Pigri vocabulo denotatur, qui vult regnare cum Deo, & non laborare pro Deo. Delectant præmia, cum pollicentur: deterrent certamina, cum iubentur. *Beda super Prou. lib. 2.*

PHOLOSOPHICAE SENTENTIAE.

Male mihi esse malo, quam molliter. Si mollis es, paulatim effœminatur animus, atque in similitudinem otii sui & pigritiæ, in qua iacet, soluitur, dormio minimum, & breuissimo somno vtor, satis est mihi vigilare desiisse. Aliquando dormisse scio, aliquando suspicor. *Sen. 33. epist.*

Nullus mihi per otium dies exit. Partem noctium studiis vendico. Non vaco somno, sed succumbo, & oculos vigilia fatigatos cadentesque in opere, detineo. *Seneca ad Lucilium epist. 8.*

Gloriari otio, iners ambitio est. Vitam in odium otium adducere solet. *Senec. ad Lucil. Epist. 69.*

Generosos animos labor nutrit. *Seneca ad Lucil. Epist. 30.*

Dormio minimum, & breuissimo somno vtor. Satis est mihi vigilare desiisse, aliquando non dormiuisse scio, aliquando suspicor. *Seneca ad Lucil. epist. 33.*

Demetrius vitam securam, & sine vllis fortunæ incursionibus mare mortuum vocat. In otio inconcusso iacere non est tranquillitas, malitia est. Attalus Stoicus dicere solebat: Malo vt me fortuna in castris, quam in deliciis habeat. *Seneca ad Lucilium epist. 68.*

Luxurioso, frugalitas pœna est: pigro supplicii loco labor est: delicatus miseria est: desidioso studere, torqueri est. *Idem epist. 27.*

Non putant desidiosi fieri, quicquid facere non possunt. Ex infirmitate sua de virtute ferunt sententiam. Eodem modo hæc, ad quæ omnes imbecilles sumus, dura atque intoleranda credimus, obliti quam multis tormentum sit vino carere aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura, sed nos fluidi & enerues sumus. *Ibidem.*

Diu delibera, cito facito. Nil curare, hoc est insanum esse. Nil posse, hoc mortuum viuere. *Idem in Prouerb.*

Quies tibi, nō desidia sit. Et cum ab aliis luditur, tu sancti aliquid, honestique tractabis. *Seneca ibidem.*

Nil agere semper infelici est optimum. *Ibid.*

Pigritia est nutrix egestatis, *Ibidem libro de beneficiis.*

Nullum beneficium dand
beneficiis.

Pestis est mortalibus ignau

Nullum ens naturale na
nimalibus.

Corrumpunt operantem p

Impossibile est negligenti
dem libro Oeconomicorum.

Etenim ignauia nemo imi
parens liberis, vt æterni fierer
honesti vitam suam agerent. *Sallustius in Iu*

Summam lætitiam atque lasciuam diut
Sallustius in Catilinaria.

Non votis neq; suppliciis muliebribus au
sed vigilando, agendo, bene consulendo o
Vbi socordiæ atque ignauiæ te tradideris, ne
rabis. *Sallustius ibidem.*

Pigritia, est animi inertia vel fatigatio, q
tum consummare fastidit. *Cic. in Tuscul. qua*

Vide, Desidia, Ignauia, Otium, Oti

Acquisiti

¶ DEFINITIO. ET ET

ACQVISITIO, emptio, res acquisita,
educatione, vario labore, & iure quoc
vel *Mikneh*, à verbo *Kanah*, id est, na
quisiuit generando, emendo, comparando,
alia ratione id fieri potest. Græ. κ῎τησις & κτᾶ
verbo κτασοφίζω. Hebræis etiam acquisiti
Rachasch, quod cum alio verbo conuenit, n
verbum significat acquisiuit, collegit faculti
cum tumultu: opes enim non sine dolore, t
plici congeruntur.

Acquisita res dicitur Hostiensi, vel empt
cratiuo habita. *Iacob Spiegel. in Lex. Iurid.*

Acquisitum in proprie dicitur, cuius dor
Idem in voce Acquirere.

Acquirere potest homo, donec viuit. l. 2. fi
separat. *Idem Spieg.*

Acquiri dicitur ei, ad quem commodum
in fin. ff. de iure dot. *Idem Spieg. in voce Acq*

¶ SENTENTIAE BIB

Colligat vnusquisque, quæ sufficiuntur
Non decipiat vnusquisque proximum si
Statera iusta & æqua sint pondera, iustu
tarius. *ibid.*

Quando vendes quidpiam ciui tuo, aut e
stes fratrem tuum. *ibid. 25.*

Non assumes & transferes terminos pro
priores in possessione tua. *Deut. 19.*

Non habebis in sacculo, diuersa ponder
erit in domo tua modius maior & minor. I
& verum: & modius æqualis & verus erit ti
pore super terram, quam Dominus Deus t
natur enim Dominus eum, qui facit hoc,
iustitiam. *Deut. 25.*

Maledictus, qui transfert terminos proxi
Mendaces filii hominum in stateris. *Isa.*

Sic semitæ omnis auari animas possi
uerb. 2.

Statera dolosa abominatio est apud De
voluntas eius. *Prou. 11.*

Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt.
semper in egestate sunt. *ibid.*

Substantia festinata minuetur: quæ aut
manu multiplicabitur. *Prou. 13.*

Qui calumniatur paupercm, vt augeat
ditiori, & egebit. *Prou. 22.*

Qui congregat thesauros lingua mendac
impinguetur ad laqueos mortis. *Ibid. 21.*

Qui festinat ditari, non erit innocens. *Pr*

Vir, qui festinat ditari, & aliis inuidet, ig
perueniet ei. *Ibidem.*

Peccatori autem dedit Deus afflictionen
vt addat, & congreget, & tradat ei, qui placu

Quid necesse est homini maiora se quæ
conducat sibi in vita sua? *Ibid. 7.*

Æstimauerunt lusum esse vitam nostram
tæ compositam ad lucrum, & oportere vnd
acquirere. *Sap. 15.*

Non sit porrecta manus tua ad accipiend
lecta. *Eccles. 4.*

js congregat, & in bonis il-

palus figitur: sic & inter
ıtiab:tur peccatis. *Eccles.*27.
um, & agrum agro copula-
habitatis vos soli in medio

ıberis? *Esa.*33.
quo aggrauat contra se den-

ı domui suæ, vt sit in excelso
ät de manu mali. *Ibidem.*
nensura minor iræ plena. *Mich.* 6.
is thesauros in terra. *Matth.*6.
lucretur vniuersum mundum: seipsum

ltus modos acquirendi complectitur,
bis acquir.lib.2. Institut.iuris ciuil. tit. 9.
iurisgentium esse,aut iuris ciuilis. Iuris-
tuordecim: nempe donationem,hostium
arisinuentos,id est, pretiosas gemmas,a-
tus, alluuiones, insulam in mari aut flu-
alueum à flumine desertum habere, alie-
speciem quæ in pristinam redire nequeat,
materia speciem fecisse, duorum materias
tis voluntate dominorum, aut fortuito
ia aliena in solo suo ædificasse, alienam ar-
, conseuisse in alieno fundo bona fide pos-
inuenisse.
isitiones dicit duplices, vel singularium re-
stratem: singulares, vsucapionem, ius accre-
immissum. Per vniuersitatem, quando vna
ed multa nobis sub vno acquiruntur, tales
ones, hæreditas, bonorum possessio, arroga-
onorum addictio.
agistri de acquisitione tradiderunt, compen-
*regorius in Syntagmate iuris vniuersi, par.*3.

blicas, sed & priuatos homines decet, dum
nt, ea acquirere quæ illis aliquando vsui esse
cessitas ingruerit, paratum quo refugiant ha
*oph. de rebus gestis Græc. lib.*6.
ntia. Labor, Studium, Vtilitas.

---

ctor, Actio.

TIO ET ETYMOLOGIA.

ὁ πράκτης, dicitur: Is est, qui aliquid agit: &
ctus: vnde actionem Iurisconsulti vocant ius,
debetur in iudicio prosequendi. Propter quod
esse actionum genera: in rem, quę dicitur ven-
am, quæ appellatur condictio. In rem actio est,
um, quæ ab alio possidetur, petimus. In perso-
im eo agimus, qui obligatus est nobis ad faci-
dandum.
udium, molimen, opus, Hebr. *Halila*, & num.
Sed obseruandum est, quum in actionibus hu-
trunt inconsideratè admodum & deprauato
amissa, radicem huius nominis esse *halal* ver-
at, infantiliter loquutus est, insipienter cogitata
aliquid infantium more. Hinc *holal*, insans.
n trilingue, Lugduni editum, Anno 1607.
ractor & author sic, quod actor est, qui recitat:
citopus. Quare scriptores poematum & alio-
ntur, & ita authores pacis, authores belli. Quo-
or scribatur, vide infra in dictione Authoritas.

ENTENTIÆ POETICÆ.

Iacob Bill. sacra Anthol.
nostri Deus est & rector & author,
o affectu quæ bona sunt gerimus.
n specie clarebunt intima cordis,
hominis mentem spiritus intus alit.
nim sanctos facit, & de lumine lumen
ur: nullus sit bonus absque bono.

ILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

in actione consistit. *Cic.* 1. *Offic.*
nobis solum, sed fruenda etiam sapientia est. 1. *de*

ate linguæ vita sordes eluuntur. *Cic. in Sal.*
llis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpe-
tuitate atque constantia: resque spectari oportet, non verba. 5. *Tusculan.*

Virtus, integritas, probitas in homine: non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. *Pro Planco.*

Ea magna voluptas est, æqualem ac parem verbis vitam agere: atque ita viuere, vt omnis oratio moribus consonet. *Cic. in Sal.*

Misera est senectus, quæ se oratione duntaxat defendit. *Cato Maior.*

Ita viuunt quidam, vt eorum vita refellatur oratio: atque cæteri existimantur dicere melius, quàm facere: quum sit melius facere, quàm dicere. 2. *de Finibus.*

Sunt, qui, quum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnent & impediant, oratione assequi volunt, vt populares esse videantur. Vt C. Gracchus, quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis defendebat ærarium. 3. *Tusculan.*

Epicurus tantummodo induit personam Philosophi, & sibi hoc ipse nomen inscripsit: quum non multum differret à iudicio ferarum, præsertim quum omne malum dolore definiat, bonum voluptate. 5. *Tusculan.*

Cum Philosophorum vita miserabiliter pugnat oratio. 2. *Tusc.*

Plus in negotijs gerendis res, quàm verba prosunt. 4. *Acad.*

Sunt facta verbis difficiliora. *Cic. ad Qu. Fratr.*

Est alienum viro, quod alteri præceperit, id ipsum facere non posse. 3. *Offic.*

Quid verba audiam, cum facta videam? 3. *Tusc.*

Qui suos casus aliter ferunt, atque vt alijs authores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quàm ferè plerique, qui auari auaros, gloriæ cupidos glorioſi reprehendunt. 3. *Tusc.*

Noli imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur, se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt. Sed potius quæ alijs tute præcipere soles, ea tute tibi subijce, atque apud animum propone. *Seruius Sulpit. Cic. fam.* 4.

Tu qualis es, talem te esse existimes: vt quantũ à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate seiungas. Deinde vt ea in alterum ne dicas, quæ cum tibi falsò responsa sint, erubescas. *Pro M. Cælio.*

Vita humana ex multis actionibus consistit: at felicitas actiones absoluit. Nam omnis actio virtute aut duce fortuna fit.

Virtus consideretur in ipso vsu, fortuna in successu. *Hippodam.*

Sunt autem actiones propter se expetendæ, ex quibus sola actio petitur: ex quo sunt genere virtuti consentaneæ actiones. *Aristoteles.*

Benè enim & præclarè facta omnia in ijs dicuntur, quæ vi sua, per & propter se expetuntur. *Aristot.*

In omnibus actio est optima eius, qui optimè ad id affectus est, quod & omnium quæ sensui subiecta sunt, nobilissimum, quæ eadem sit necesse est & absolutissima & suauissima. Vt autem quæq; actio plurimum habet iucunditatis, ita est perfectissima, at ea demum perfectissima est, quæ ab eo proficiscitur, qui bene affectus aptusque est ad eam rem gerendam, quæ omnium optima est earum, quæ propositæ sunt sensui. *Arist. Eth. l.*10. *c.*4.

Certè mentis & animi actio sapiens longè excellere videtur. quæ & cognitione dirigitur, & præter se nullum finem sibi proponit, & propriam habet oblectationem, quasi ipsa maximè augeatur.

Quocirca & quod satis est, & otium, & vacuitas defatigationis, quantum natura humana patitur, cæteraque omnia, quæ beato viro tribuuntur, hac ipsa actione continentur. Actiones autem multa desiderant, eoque plura & maiora, quo maiores & clariores. *Idem* 10. *Ethic. c.*7.

Quoniam non quiduis aptam ad faciendum & patiendum naturam habet: sed ea omnia, quæ vel contraria sunt, vel habent in se contraria: tam id quod facit, quàm quod accipit, & quasi patitur, similis sint eiusdemque generis necesse est: speciei verò dissimilis & contrariæ. Hoc enim natura comparatum est, vt corpus à corpore, succus à succo, color à colore, & vno nomine id quod eiusdem generis ab eo, quod est eiusdem, quid ferat. *libr.*1. *de Ortu, capit.* 7. *T.* 50.

Agere patique & repugnantiam recipiunt, & magis ac minus. *In Categorijs, cap.*9. *de agere & pati.*

Ea vicissim vltro citroque mouere mouerique possunt, quæ & facere possunt & pati. *lib* 1. *de Ortu, c.*6. *T.*45.

Quoniam quod patitur, & quod facit, eiusdem similisque generis, dissimilis verò speciei esse debent: hæc autem contraria sunt: perspicuum est, tam contraria, quàm ea, quæ ijs interiecta sunt, eam vim habere, vt eorum inter se quædam faciendi ferendique vicissitudo esse possit, præsertim quum in eis rerum ortus interitusque plane situs sit. *Lib.*1. *de Ortu & Interitu, c.*7. *T.*51.

Quod simile est, nullaque ex parte diuersum: id consentaneum est nihil à simili accipere, & quasi pati. *Libro* 1. *de Ortu, capit.* 7. *T.*48.

Quod patitur, id vel humidum est, vel durum, vel compositum ex his. *Lib.*4. *Meteorolog. cap.*5. *T.* 20.

Pati ne vno quidem modo dicitur: sed vnum genus est patiendi, cum aliquis interitus à contrario oritur: alterum, cum salus potius & conseruatio eius, quod vim habet, vt sit, ab eo pro-

curatur: quod & iam est in rerum natura, & ita simile est, vt vis agendi ad actionem similitudine accedit. *lib.2. de Animo, cap.3. T.57.*

Nihil quatenus coniunctum & copulatum est ipsum, à se patitur. *Metaph. lib.8. c.1. T.2.*

Si planè quod verum est, fatear: nec opera, quæ in docendo, & quæ in discendo ponitur, nec efficientia & perfectio idem sunt, propriè: sed id, cui hæc insunt, ipse, inquam, motus *libr. 3. de Natura, cap.3. T.22.*

Ea quidem, quæ copulata sunt, in se vicissim non agunt: quæ autem apta sunt inter sese, & se tangunt: ea quadam faciendi & ferendi vicissitudine tenentur. *lib.4. de Natura, cap.5. T.48.*

Neque facere & accipere ea propriè possunt, quæ se inter se non possunt contingere: nec vero permisceri primum possunt: quæ se inter se non certo quodam genere contingant & cohæreant. *libr. 1. de Ortu, c. 6. T.43.*

Contemplare velut in speculo tuas actiones: vt honestas quidem magis ornes, turpes verò abscondas. *Biantis, apud Stob. serm.22.*

Ad omnes in Republ. res & actiones perficiendas tria requiruntur, imperij administratio, obedientia & victoria. Administrare imperium ad meliores pertinet: obedire ad deteriores: vincere ad ambos. Etenim rationalis animæ vis imperat: quæ ratione caret obtemperat: simul autem ambæ vincunt affectus. Nam virtus virisque vt decet coniunctis inolescit: & mox à voluptatibus atque mœroribus tranquillum serenumque reddit animum. *Archytas Pythagor. de lege & iniustitia.*

Natura nos ad vtrunque genuit, & contemplationi rerum, & actioni. *Senec. de vita beata, cap.31.*

Quomodo res appetere sine vllo virtutum amore & sine cultu ingenij, ac nudas edere operas minimè probabile est (misceri enim inter se ista, & conferri debent) sic imperfectum ac languidum bonum est, in otium proiecta virtus, nunquam id quod dicit, ostendens. Quis negat illum debere profectus suos in opere tentare? nec tantum quid faciendum sit cogitare, sed etiam aliquando manum exercere, & ea quæ meditata sunt ad verum perducere? *Ibid. c.32.*

Omnes actiones totius vitæ, honesti ac turpis respectu temperantur: ad hæc faciendi & non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc dicam: vir bonus quod honestè se facturum putauerit, faciet, etiam si laboriosum erit: faciet, etiam si damnosum erit: faciet, etiam si periculosum erit. Rursus quod turpe erit, non faciet, etiam si pecuniam, etiam si voluptatem, etiam si potentiam. *Idem, epist.76.*

¶ Sententiæ Historicæ.

Ad prudentiam & iustitiam potentia & fortuna debent adiungi, vt ciuiles actiones pulchritudinem & magnitudinem adipiscantur. *Plutarch. in Dione.*

Actionum honestarum suum est tempus, sua ætas: & verò omninò bona à turpibus solo modo discernuntur. *Idem in Agesilao.*

Dum suppetit facultas & otium, & quamdiu mentis atque corporis sanitatem concedit Deus, benefaciendum est. *Philip. Cominaus lib.9.*

Est omninò periculosum actiones exemplis moderari, nisi eædem rationes non in vniuersum, sed singulatim omnes concurrant, deinde nisi eadem prudentia gubernentur: postremò, nisi præter cætera omnia, suas fortuna partes agat.

¶ Sententiæ Poetarvm.

Cum quid sanctum agis, bonam spem
Tibi propone, certus quod
Conatum iustum etiam Deus adiuuat.

Menander.

Ne ad vitam immortalem, ô dulcis anime,
Festines, sed opus tuis viribus par aggredere.

Pindarus.

Faxis vt libeat quod est necesse.

Publius.

Exerce studium, quamuis perceperis artem.
Vt cura ingenium, sic & manus adiuuat vsum.

D. Cato. lib. 4.

Autor abit operis, sed tamen extat opus.

Ouid.

Duo cum idem faciunt, sæpe possis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet:
Non quod dissimilis res sit, sed quod is qui facit.

Terent. in Adelph.

Quid est suauius, quam bene res gerere, bonoque

Plaut. in Capt.

—— ratio secretam gannit in aurem
Ne liceat facere id quod vis vitiabit agendo.

Persius.

Qui homo cum animo ab ineunte ætate depugnauit,
Vtrum id ita ne esse maluerit, vt eum animus æquum censeat,
An ita potius, vt parentem & cognati eum esse velint:
Si animus homine perpulit, actus est animo seruiunt non tibi.
Si ipse animum perpulit, dum vincit, victor victorem cluet.
Tu si animum vicisti, potius quam animus te, est quod gaudeas,
Nimio satius est, vt opus sit te ita esse, quàm vt animo lubet.
Qui animum vincunt, quam quos animus, semper probiores cluent.

Plaut. in Trinummo.

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Tu nihil admittes in te formidine pœna,
Horat. 1. epist. 16.
Vtinam neque turpia agas, neque patiare,
Hoc enim virtutis certissimum est periculum.

Theognis.

¶ Hieroglyphicvm.

Aloe, quod vulgo ob viriditatem semperuiuum quoq; vocatur, imprimis fouetur à sole, & cum eius radijs elegantissimi flores illius circumaguntur. Ita quoq; præclaræ laudabilesq; actiones à sole iustitiæ, Christo Deo Optimo Maximo conseruantur, semperque durant: nec à malis & inuidis hominibus, tanquam crassioribus nebulis, vnquam possunt obscurari vel labefactari. *In Collectaneis Hieroglyph. lib.1.*

Adiuratio.

¶ Definitio et Etymologia.

Adiuratio, Græcè, ἐξορκισμὸς, ὅ, ὁ: nam ἐξορκίζω, adiuro dicitur. Estque adiurare, per inuocationem diuini nominis, vel alterius rei sacræ obsecrando, vel imperando inclinare eas secundum se, vel in comparatione ad eas aliquid agendum vel patiendum. *Secundum Richard in 1.d.37. art.3.q.2.*

Adiurare, est ordinare aliquid ad aliquid per diuina, secundum B. Thom. 2. 2. 90. art. 1. Vtentes huiusmodi artibus à Iurisconsultis dicuntur Exorzitatores.

¶ Divisio.

ADIVRATIO est duplex, secundum B. Thom. secun. secun. q. 9.

- *Deprecatiua per modum deprecationis, cum scilicet non intenditur imponere necessitatem adiurato, sed tantum per inuocationem, vel ob reuerentiam diuini nominis, vel cuiusuis rei sacræ intendimus aliquid ab aliquo obtinere, & est duplex, scilicet*
  - *Licita, qua deprecando adiuramus*
    - *Deum.*
    - *Angelum bonum.*
  - *Illicita, qua deprecando adiuramus*
    - *Hominem tam superiorem quàm inferiorem.*
    - *Dæmones.*
- *Compulsa vel coacta, cum intendimus necessitatem imponere adiurato, & est dupl. e., scilicet*
  - *Licita, quando adiuramus per virtutem diuini nominis*
    - *Dæmones ne nobis noceant spiritualiter vel corporaliter.*
    - *Irrationalem creaturam, in quantum regitur malo spiritu.*
  - *Illicita, cum imperando adiuramus*
    - *Deum.*
    - *Angelum bonum.*
    - *Hominem non subditum.*
    - *Dæmones, vt doceant, auxilientur.*

¶ Biblici Loci.

Adiurare, est cum obtestatione diuini nominis aliquem ad aliud inducere. Alij sic: Adiurare, est interposito iureiurando, & Dei authoritate præcipere, vt intelligas te coram Deo consistere, & velut à Deo ipso rogari. Græcis tamen Scriptoribus significat iureiurando aliquem adstringere. Sicut etiam à Theologis accipi consueuit, pro eo quod coniurare dicunt, id est, per Dei nomen adhibitum præcipere. Vnde & Exorcistæ in illis primis Ecclesiæ incunabulis dicti, qui miraculorum dono pollentes, inuocato Christi nomine, Diabolos eijciebant.

Adiurare ergo primò significat iusiurandum ab aliquo exigere, vt tibi caueas, *Marc. 5.* 7. secundò imperare aliquid diuini nominis authoritate interposita, *Act. 19. 12. 1. Thes. 5. 27.* quæ posterior significatio ex illa priore fluxit.

Exempla Sacra.

Adiurationis exempla: Abrahæm seruum suum, *Genes. 24. v. 2.* Ioseph

js congregat, & in bonis il-

palus figitur: sic & inter
ıtiab:tur peccatis. *Eccles.*27.
um, & agrum agro copula-
habitatis vos soli in medio

ıberis? *Esa.*33.
quo aggrauat contra se den-

ı domui suæ, vt sit in excelso
ät de manu mali. *Ibidem.*
nensura minor iræ plena. *Mich.* 6.
is thesauros in terra. *Matth.*6.
lucretur vniuersum mundum: seipsum

ltus modos acquirendi complectitur,
bis acquir.lib.2. Institut.iuris ciuil. tit. 9.
iurisgentium esse,aut iuris ciuilis. Iuris-
tuordecim: nempe donationem,hostium
arisinuentos,id est, pretiosas gemmas,a-
tus, alluuiones, insulam in mari aut flu-
alueum à flumine desertum habere, alie-
speciem quæ in pristinam redire nequeat,
materia speciem fecisse, duorum materias
tis voluntate dominorum, aut fortuito
ia aliena in solo suo ædificasse, alienam ar-
, conseuisse in alieno fundo bona fide pos-
inuenisse.
isitiones dicit duplices, vel singularium re-
stratem: singulares, vsucapionem, ius accre-
immissum. Per vniuersitatem, quando vna
ed multa nobis sub vno acquiruntur, tales
ones, hæreditas, bonorum possessio, arroga-
onorum addictio.
agistri de acquisitione tradiderunt, compen-
*regorius in Syntagmate iuris vniuersi, par.*3.

blicas, sed & priuatos homines decet, dum
nt, ea acquirere quæ illis aliquando vsui esse
cessitas ingruerit, paratum quo refugiant ha
*oph. de rebus gestis Græc. lib.*6.
ntia. Labor, Studium, Vtilitas.

---

ctor, Actio.

TIO ET ETYMOLOGIA.

ὁ πράκτης, dicitur: Is est, qui aliquid agit: &
ctus: vnde actionem Iurisconsulti vocant ius,
debetur in iudicio prosequendi. Propter quod
esse actionum genera: in rem, quę dicitur ven-
am, quæ appellatur condictio. In rem actio est,
um, quæ ab alio possidetur, petimus. In perso-
im eo agimus, qui obligatus est nobis ad faci-
dandum.
udium, molimen, opus, Hebr. *Halila*, & num.
Sed obseruandum est, quum in actionibus hu-
trunt inconsideratè admodum & deprauato
amissa, radicem huius nominis esse *halal* ver-
at, infantiliter loquutus est, insipienter cogitata
aliquid infantium more. Hinc *holal*, insans.
n trilingue, Lugduni editum, Anno 1607.
ractor & author sic, quod actor est, qui recitat:
citopus. Quare scriptores poematum & alio-
ntur, & ita authores pacis, authores belli. Quo-
or scribatur, vide infra in dictione Authoritas.

ENTENTIÆ POETICÆ.

Iacob Bill. sacra Anthol.
nostri Deus est & rector & author,
o affectu quæ bona sunt gerimus.
n specie clarebunt intima cordis,
hominis mentem spiritus intus alit.
nim sanctos facit, & de lumine lumen
ur: nullus sit bonus absque bono.

ILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

in actione consistit. *Cic.* 1. *Offic.*
nobis solum, sed fruenda etiam sapientia est. 1. *de*

ate linguæ vita sordes eluuntur. *Cic. in Sal.*
llis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpe-
tuitate atque constantia: resque spectari oportet, non verba. 5. *Tusculan.*

Virtus, integritas, probitas in homine: non linguæ volubilitas, non ars, non scientia requiri solet. *Pro Planco.*

Ea magna voluptas est, æqualem ac parem verbis vitam agere: atque ita viuere, vt omnis oratio moribus consonet. *Cic. in Sal.*

Misera est senectus, quæ se oratione duntaxat defendit. *Cato Maior.*

Ita viuunt quidam, vt eorum vita refellatur oratio: atque cæteri existimantur dicere melius, quàm facere: quum sit melius facere, quàm dicere. 2. *de Finibus.*

Sunt, qui, quum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnent & impediant, oratione assequi volunt, vt populares esse videantur. Vt C. Gracchus, quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis defendebat ærarium. 3. *Tusculan.*

Epicurus tantummodo induit personam Philosophi, & sibi hoc ipse nomen inscripsit: quum non multum differret à iudicio ferarum, præsertim quum omne malum dolore definiat, bonum voluptate. 5. *Tusculan.*

Cum Philosophorum vita miserabiliter pugnat oratio. 2. *Tusc.*

Plus in negotijs gerendis res, quàm verba prosunt. 4. *Acad.*

Sunt facta verbis difficiliora. *Cic. ad Qu. Fratr.*

Est alienum viro, quod alteri præceperit, id ipsum facere non posse. 3. *Offic.*

Quid verba audiam, cum facta videam? 3. *Tusc.*

Qui suos casus aliter ferunt, atque vt alijs authores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores, quàm ferè plerique, qui auari auaros, gloriæ cupidos glorioſi reprehendunt. 3. *Tusc.*

Noli imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur, se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt. Sed potius quæ alijs tute præcipere soles, ea tute tibi subijce, atque apud animum propone. *Seruius Sulpit. Cic. fam.* 4.

Tu qualis es, talem te esse existimes: vt quantũ à rerum turpitudine abes, tantum te à verborum libertate seiungas. Deinde vt ea in alterum ne dicas, quæ cum tibi falsò responsa sint, erubescas. *Pro M. Cælio.*

Vita humana ex multis actionibus consistit: at felicitas actiones absoluit. Nam omnis actio virtute aut duce fortuna fit.

Virtus consideretur in ipso vsu, fortuna in successu. *Hippodam.*

Sunt autem actiones propter se expetendæ, ex quibus sola actio petitur: ex quo sunt genere virtuti consentaneæ actiones. *Aristoteles.*

Benè enim & præclarè facta omnia in ijs dicuntur, quæ vi sua, per & propter se expetuntur. *Aristot.*

In omnibus actio est optima eius, qui optimè ad id affectus est, quod & omnium quæ sensui subiecta sunt, nobilissimum, quæ eadem sit necesse est & absolutissima & suauissima. Vt autem quæq; actio plurimum habet iucunditatis, ita est perfectissima, at ea demum perfectissima est, quæ ab eo proficiscitur, qui bene affectus aptusque est ad eam rem gerendam, quæ omnium optima est earum, quæ propositæ sunt sensui. *Arist. Eth. l.*10. *c.*4.

Certè mentis & animi actio sapiens longè excellere videtur. quæ & cognitione dirigitur, & præter se nullum finem sibi proponit, & propriam habet oblectationem, quasi ipsa maximè augeatur.

Quocirca & quod satis est, & otium, & vacuitas defatigationis, quantum natura humana patitur, cæteraque omnia, quæ beato viro tribuuntur, hac ipsa actione continentur. Actiones autem multa desiderant, eoque plura & maiora, quo maiores & clariores. *Idem* 10. *Ethic. c.*7.

Quoniam non quiduis aptam ad faciendum & patiendum naturam habet: sed ea omnia, quæ vel contraria sunt, vel habent in se contraria: tam id quod facit, quàm quod accipit, & quasi patitur, similis sint eiusdemque generis necesse est: speciei verò dissimilis & contrariæ. Hoc enim natura comparatum est, vt corpus à corpore, succus à succo, color à colore, & vno nomine id quod eiusdem generis ab eo, quod est eiusdem, quid ferat. *libr.*1. *de Ortu, capit.* 7. *T.* 50.

Agere patique & repugnantiam recipiunt, & magis ac minus. *In Categorijs, cap.*9. *de agere & pati.*

Ea vicissim vltro citroque mouere mouerique possunt, quæ & facere possunt & pati. *lib* 1. *de Ortu, c.*6. *T.*45.

Quoniam quod patitur, & quod facit, eiusdem similisque generis, dissimilis verò speciei esse debent: hæc autem contraria sunt: perspicuum est, tam contraria, quàm ea, quæ ijs interiecta sunt, eam vim habere, vt eorum inter se quædam faciendi ferendique vicissitudo esse possit, præsertim quum in eis rerum ortus interitusque plane situs sit. *Lib.*1. *de Ortu & Interitu, c.*7. *T.*51.

Quod simile est, nullaque ex parte diuersum: id consentaneum est nihil à simili accipere, & quasi pati. *Libro* 1. *de Ortu, capit.* 7. *T.*48.

Quod patitur, id vel humidum est, vel durum, vel compositum ex his. *Lib.*4. *Meteorolog. cap.*5. *T.* 20.

Pati ne vno quidem modo dicitur: sed vnum genus est patiendi, cum aliquis interitus à contrario oritur: alterum, cum salus potius & conseruatio eius, quod vim habet, vt sit, ab eo pro-

curatur: quod & iam est in rerum natura, & ita simile est, vt vis agendi ad actionem similitudine accedit. *lib.2. de Animo, cap.3. T.57.*

Nihil quatenus coniunctum & copulatum est ipsum, à se patitur. *Metaph. lib.8. c.1. T.2.*

Si planè quod verum est, fatear: nec opera, quæ in docendo, & quæ in discendo ponitur, nec efficientia & perfectio idem sunt, propriè: sed id, cui hæc insunt, ipse, inquam, motus *libr. 3. de Natura, cap.3. T.22.*

Ea quidem, quæ copulata sunt, in se vicissim non agunt: quæ autem apta sunt inter sese, & se tangunt: ea quadam faciendi & ferendi vicissitudine tenentur. *lib.4. de Natura, cap.5. T.48.*

Neque facere & accipere ea propriè possunt, quæ se inter se non possunt contingere: nec vero permisceri primum possunt: quæ se inter se non certo quodam genere contingant & cohæreant. *libr. 1. de Ortu, c. 6. T.43.*

Contemplare velut in speculo tuas actiones: vt honestas quidem magis ornes, turpes verò abscondas. *Biantis, apud Stob. serm.22.*

Ad omnes in Republ. res & actiones perficiendas tria requiruntur, imperij administratio, obedientia & victoria. Administrare imperium ad meliores pertinet: obedire ad deteriores: vincere ad ambos. Etenim rationalis animæ vis imperat: quæ ratione caret obtemperat: simul autem ambæ vincunt affectus. Nam virtus virisque vt decet coniunctis inolescit: & mox à voluptatibus atque mœroribus tranquillum serenumque reddit animum. *Archytas Pythagor. de lege & iniustitia.*

Natura nos ad vtrunque genuit, & contemplationi rerum, & actioni. *Senec. de vita beata, cap.31.*

Quomodo res appetere sine vllo virtutum amore & sine cultu ingenij, ac nudas edere operas minimè probabile est (misceri enim inter se ista, & conferri debent) sic imperfectum ac languidum bonum est, in otium proiecta virtus, nunquam id quod dicit, ostendens. Quis negat illum debere profectus suos in opere tentare? nec tantum quid faciendum sit cogitare, sed etiam aliquando manum exercere, & ea quæ meditata sunt ad verum perducere? *Ibid. c.32.*

Omnes actiones totius vitæ, honesti ac turpis respectu temperantur: ad hæc faciendi & non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc dicam: vir bonus quod honestè se facturum putauerit, faciet, etiam si laboriosum erit: faciet, etiam si damnosum erit: faciet, etiam si periculosum erit. Rursus quod turpe erit, non faciet, etiam si pecuniam, etiam si voluptatem, etiam si potentiam. *Idem, epist.76.*

¶ Sententiæ Historicæ.

Ad prudentiam & iustitiam potentia & fortuna debent adiungi, vt ciuiles actiones pulchritudinem & magnitudinem adipiscantur. *Plutarch. in Dione.*

Actionum honestarum suum est tempus, sua ætas: & verò omninò bona à turpibus solo modo discernuntur. *Idem in Agesilao.*

Dum suppetit facultas & otium, & quamdiu mentis atque corporis sanitatem concedit Deus, benefaciendum est. *Philip. Cominaus lib.9.*

Est omninò periculosum actiones exemplis moderari, nisi eædem rationes non in vniuersum, sed singulatim omnes concurrant, deinde nisi eadem prudentia gubernentur: postremò, nisi præter cætera omnia, suas fortuna partes agat.

¶ Sententiæ Poetarvm.

Cum quid sanctum agis, bonam spem
Tibi propone, certus quod
Conatum iustum etiam Deus adiuuat.

Menander.

Ne ad vitam immortalem, ô dulcis anime,
Festines, sed opus tuis viribus par aggredere.

Pindarus.

Faxis vt libeat quod est necesse.

Publius.

Exerce studium, quamuis perceperis artem.
Vt cura ingenium, sic & manus adiuuat vsum.

D. Cato. lib. 4.

Autor abit operis, sed tamen extat opus.

Ouid.

Duo cum idem faciunt, sæpe possis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet:
Non quod dissimilis res sit, sed quod is qui facit.

Terent. in Adelph.

Quid est suauius, quam bene res gerere, bonoque

Plaut. in Capt.

—— ratio secretam gannit in aurem
Ne liceat facere id quod vis vitiabit agendo.

Persius.

Qui homo cum animo ab ineunte ætate depugnauit,
Vtrum id ita ne esse maluerit, vt eum animus æquum censeat,
An ita potius, vt parentem & cognati eum esse velint:
Si animus homine perpulit, actus est animo seruiunt non tibi.
Si ipse animum perpulit, dum vincit, victor victorem cluet.
Tu si animum vicisti, potius quam animus te, est quod gaudeas,
Nimio satius est, vt opus sit te ita esse, quàm vt animo lubet.
Qui animum vincunt, quam quos animus, semper probiores cluent.

Plaut. in Trinummo.

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Tu nihil admittes in te formidine pœna,
Horat. 1. epist. 16.
Vtinam neque turpia agas, neque patiare,
Hoc enim virtutis certissimum est periculum.

Theognis.

¶ Hieroglyphicvm.

Aloe, quod vulgo ob viriditatem semperuiuum quoq; vocatur, imprimis fouetur à sole, & cum eius radijs elegantissimi flores illius circumaguntur. Ita quoq; præclaræ laudabilesq; actiones à sole iustitiæ, Christo Deo Optimo Maximo conseruantur, semperque durant: nec à malis & inuidis hominibus, tanquam crassioribus nebulis, vnquam possunt obscurari vel labefactari. *In Collectaneis Hieroglyph. lib.1.*

Adiuratio.

¶ Definitio et Etymologia.

Adiuratio, Græcè, ἐξορκισμὸς, ὅ, ὁ: nam ἐξορκίζω, adiuro dicitur. Estque adiurare, per inuocationem diuini nominis, vel alterius rei sacræ obsecrando, vel imperando inclinare eas secundum se, vel in comparatione ad eas aliquid agendum vel patiendum. *Secundum Richard in 1.d.37. art.3.q.2.*

Adiurare, est ordinare aliquid ad aliquid per diuina, secundum B. Thom. 2. 2. 90. art. 1. Vtentes huiusmodi artibus à Iurisconsultis dicuntur Exorzitatores.

¶ Divisio.

ADIVRATIO est duplex, secundum B. Thom. secun. secun. q. 9.

- *Deprecatiua per modum deprecationis, cum scilicet non intenditur imponere necessitatem adiurato, sed tantum per inuocationem, vel ob reuerentiam diuini nominis, vel cuiusuis rei sacræ intendimus aliquid ab aliquo obtinere, & est duplex, scilicet*
  - *Licita, qua deprecando adiuramus*
    - *Deum.*
    - *Angelum bonum.*
  - *Illicita, qua deprecando adiuramus*
    - *Hominem tam superiorem quàm inferiorem.*
    - *Dæmones.*
- *Compulsa vel coacta, cum intendimus necessitatem imponere adiurato, & est dupl. e., scilicet*
  - *Licita, quando adiuramus per virtutem diuini nominis*
    - *Dæmones ne nobis noceant spiritualiter vel corporaliter.*
    - *Irrationalem creaturam, in quantum regitur malo spiritu.*
  - *Illicita, cum imperando adiuramus*
    - *Deum.*
    - *Angelum bonum.*
    - *Hominem non subditum.*
    - *Dæmones, vt doceant, auxilientur.*

¶ Biblici Loci.

Adiurare, est cum obtestatione diuini nominis aliquem ad aliud inducere. Alij sic: Adiurare, est interposito iureiurando, & Dei authoritate præcipere, vt intelligas te coram Deo consistere, & velut à Deo ipso rogari. Græcis tamen Scriptoribus significat iureiurando aliquem adstringere. Sicut etiam à Theologis accipi consueuit, pro eo quod coniurare dicunt, id est, per Dei nomen adhibitum præcipere. Vnde & Exorcistæ in illis primis Ecclesiæ incunabulis dicti, qui miraculorum dono pollentes, inuocato Christi nomine, Diabolos eijciebant.

Adiurare ergo primò significat iusiurandum ab aliquo exigere, vt tibi caueas, *Marc. 5.* 7. secundò imperare aliquid diuini nominis authoritate interposita, *Act. 19. 12. 1. Thes. 5. 27.* quæ posterior significatio ex illa priore fluxit.

Exempla Sacra.

Adiurationis exempla: Abrahæm seruum suum, *Genes. 24. v. 2.* Ioseph

...adias. Genes. 43. v 3. & 50. 25. *Exod.* 13. 19. Iacob sosephum, ...9. & 10. Iosue Achanem, *Ios.* 7 v 19. Achab Michæam. ...has CHRISTVM, *Matth* 26. & 53. Dæmon ... 7. Pharilæi cæcum natum, *Ioan.* 9. v 24. ...moniatos, *Actor.* 19 12. Paulus Thessalonicen... ...us Timotheum, 1. *Tim.* 5. 21.

...tor, Adiutorium, Adiuuare.

...FINITIO ET ETYMOLOG.

...*iuuator*, id est, firmus, auxiliator, opitulator, præsi... ...tamen suorum, Deus sæpissimè nominatur, præ... ...almis, 9. 10. 18. 19. 27. &c. & quidem immediatè. ...dicitur, idque Dei adiutoris beneficio, tum in Ec... ...vitæ nostræ casibus, Iob. 26. 2. & 29. 12. & 31. 35. Psal. ...9. 16. 3. 9. 21 & 2. Corint. 1. 24. & 8 23. Philip. 1. 24. & ...dem. 1. 2. Mulier adiutorium mariti dicitur. Gen. ...firmitatum nostrarum Spiritus S. Rom. 8. 26. Gr.

¶ PATRVM SENTENTIÆ

...es æquè diligendi sunt, sed omnibus si prodesse ...issimum subueniendum est, qui pro locorum & ...aturumlibet rerum opportunitatibus constricti, ti... ...ntur. *Aug. de doctrina Christian. lib.* 1. ...æ prouidentiæ, vt nemo à superioribus adiue... ...iam gratiam Dei, qui non ad eandem puro affe... ...uerunt. *Aug. de vera relig.*

...ium est, vt qui se à potentiori vult adiuuari, adiu... ...si est ipse potentior. *Aug. de serm. in monte. l.* 1. ...bat amicum, sicut onera amici portare. *August. de*

...ctum est, cum quis in puteum cecidisset, & aqua ...accessit alius, & eo viso admirans, ait, quomodo huc ...o, inquit, cogita, quomodo hinc me liberes, non ...ciderim, quæras. *Aug in quad. epist. ad Hier.*

...inueniuntur in aduersitate præsidia, quæ non fue... ...rulita. *Aug. in serm.*

...s aliorum, quantum possumus, iuuemus, & plus in... ...possumus. Nihil tam secundum naturam est, quam ...tem naturæ. *Ambr. de Offic.*

...est alteri subuenire, nisi aliter lædatur, commodius est ...ari, quàm gaudia alterum. *Ambr. de Offic. l.* 3.

...pus sæpius, à quibus referendæ gratiæ vicem speramus.

...unumquemque alterius angustias vt proprias senti... ...do sibi in tali tribulatione, si esset, subueniri sibi cupe... ...eri propter Deum subuenire non postponat. *Hier. in*

...postulatio tempore necessitatis & angustiæ ab eo quæ... ...m, quem in prosperitate contempseris. *Hieronym. super* ...:.

...oquendi locum apud diuitem, damnationem pro re... ...timeat. si non apud eum, sicut valet, pro pauperibus *Greg. in hom.*

...ectum, curet omninò ne taceat, habens raram af... ...misericordia non torpescat, habens artem, qua regitur, ...cum proximo partiatur, habens loquendi locum apud ...pauperibus intercedat: talenei enim nomine cuilibet ...quod etiam minimum accepit, *Greg. in quadam hom.* ...dam talenti.

...emendare, & negligit, partic ipem se procul dubio ...alterius bonum adiuuat, suum facit. *Greg. in regi.*

...roximum amare continetur, qui non cum eo in necess... ...ea, quæ sunt sibi necessaria, partitur. *Greg. in epist.*

...e imbecillem charitatis est, adiuuare velle potentem, *Greg. 7. mor.*

...ior tuus ad teipsum temperans erit, & iustus, si quod ...trahitur voluptatibus, fratris necessitatibus non nege... ...nor socialis efficitur, quum in communi protrahitur. *legendo Deo.*

...pietatis & miserationis vnguentum: quanto copiosius ...necessitates effunditur, tanto donis potioribꝰ augmen... ...tum. *in quadam epist.*

...aliud, vt tuum non obliuiscaris negotium, amicis ita e... ...esse debemus, vt nobis non noceamus. *Ibid.*

...bi fidelissime opus sunt arma, qui habere talia probaris ...se enim pro te pugnat, cui nullus resistit, ipse intequitur, ...lus declinat. *Cassiod. sup. Psal.* 55.

...n debet esse subsidium, cuius solutum magis soluenti cre... ...modum, quàm suscipienti proficiat in augmentum, & quod dantem iuuat, & accipientem pro temporis necessitate lætificat: vt sic in vna mercatione, quod raro solet emergere, vterque videatur desiderata commoda percepisse. *Cassiod. in quadam epist.*

Nullius ope indigere se putat, qui alteri suam negat. *Lactan. li.* 6.

Satis ibi vacillat humanum studium, vbi non requiritur Dei auxilium *Aug. quodam serm.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Homini iucundo & probo miserrimum est, si eum adiuuare oportet, quem non iuuat. *Senec. de benefic.*

Habet in aduersis auxilia, qui in prosperis commodat. *So in pro.*

Qui succurrere perituro potest, quū non succurrit, occidit. *Ibid.*

Lento adiutorio opus est contra mala continua & fœcunda: non vt desinant, sed vt ne vincant. *Sen. de ira lib.* 2.

Homo in adiutorium mutuum generatus est *Senec lib.* 2. *de ira.*

Nemo non quum alteri prodest, sibi prosuit: virtutum omnium pretium in ipsis est, rectè fecisse facti merx est. *Senec. 81. epistola.*

Succurrere paupertati amicorum stude, imò potius occurrere. *Sen. in lib. de mor.*

Pœnam à quo merueris frustrà petis auxilium. Ab alio expecta, alteri quod feceris. *Ibidem*

Alteri viuas oportet, si tibi vis viuere. *Sen. epist lib* 43.

Fructus ingenij & virtutis omnisque præstantiæ tunc maximus capitur, cum in proximum quemque confertur. *Cic. de amic.*

Homines hominum causa generati sunt, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint. *Idem* 1. *Offic.*

Vide Amicitia, Auxilium, Beneficium, Officium.

Admiratio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

ADMIRATIO, ab admiror; quod Græcè θαυμάζω, & est timor ex magna imaginatione, *secundum Ioannem Damascenum lib* 2 *cap.* 15. Hebr. *Timmahon*, à verbo *Tamah*, id est, imitatus est cum stupore. Inde Græcæ voces.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Ab admiratione doloris, cupiditatis, metus & lætitiæ impetus quibus cruciantur homines, nasci putat *Horatius lib.* 1 *epist.* 1. Detractiocinatur homines his non affici, si res, quæ admirationem inducunt, contemnerent: cæterisque animi liberioris tortoribus vacui essent. Versus hi sunt:

Nil admirari prope res est vna Numici,
Solaq; quæ possit facere & seruare beatum.
Hunc Solem & Stellas, & decedentia certis
Tempora momentis, sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent, quid censes munera terræ,
Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?
Lucra quid? plausus & amici dona Quiritis?
Quo spectanda modo, quo sensu credis & ore?
Quos timet his aduersa, fere miratur eodem
Quocupiens pacto pauor est vtrobique molestus,
Improuisa simul species exterret vtrumque.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Μάλα φιλοσόφου πάθος τὸ θαυμάζειν, ἐν γὰρ ἀλλήλαις ἀρχὴ φιλοσοφίας, ἡ αὐτή. id est, Maximè videtur esse Philosophi hic affectus, nempe admirari. Non enim aliud Philosophiæ principium est, quàm idipsum.

Extribus quæ ad gloriam pertinent, hoc tertium est. vt cum admiratione hominum honore ab ijs digni iudicemur. Admirantur enim communiter illi quidem omnia, quæ magna & præter opinionem suam animaduerterunt. Itaque eos viros suscipiunt, maximisque efferunt laudibus, in quibus existimant se excellentes quasdam & singulares virtutes perspicere. *Cic* 2. *Offic.*

Admiratione autem afficiuntur ij, qui anteire cæteros virtute putantur, & cum omni carere dedecore, tum verò ijs vitijs, quibus alij non possunt obsistere. Nam & voluptates, blandissimæ dominæ, sæpè maiores partes animæ à virtute detorquent. *Idem.*

Vita, mors, diuitiæ, paupertas omnes homines vehementissimè permouent. Quæ qui magno excelsoque despiciunt animo, tum quis non admiretur splendorem, pulchritudinemq; virtutis? *Idem.*

Maximè iustitia admirabilitatem ingenerat, ex qua vna viri boni nuncupantur, mirifica autem quædam res multitudini videtur: nec iniuria. Nemo enim iustus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet. *Idem.*

Maximeq; admirantur eum, qui pecunia non mouetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur. *Idem.*

Irritamentum est omnium in quæ insanimus, admirator & conscius. Ne concupiscamus efficies, si ne ostendamus effeceris. Ambitio, & luxuria, & impotentia scænam desiderant. Sanabis ista, si absconderis. *Senec. Epist.* 94.

Nihil adeo magnum, neque tam mirabile quicquam,
Quod non paulatim minuant mirarier omnes. Luc. lib. 2.

Si quid mirabere, pones inuitus. Horat. 1. epist. 11.

EXEMPLA SACRA.

Admirationis exempla: Isaac, *Genes.* 27. *v.* 20. Iacob, 45. 26. Gedeon, *Iudic.* 6. 22. Regina Saba, 2. *Reg.* 10. 4. 2. *Paralip.* 9. 3. Nabuchodonosor, *Daniel* 3. 91. Turbæ, *Matth.* 9. 33. & 12. 23. CHRISTI auditores, 13 54. Plebs, 15. 31. Discipuli, 19. 33. *Luc.* 11. 14. *Ioan.* 7. 21. Plebs promiscua, *Marc.* 11. 18. Multitudo, *Marc.* 1. 22. & 7. 37. & 9 15. *Actor.* 2. 7. Populus, *Luc.* 1. 21. *Act.* 3 11. Christi auditores, *Matt.* 13. 54. *Marc.* 6. 2. *Luc.* 2. 47 & 4. 22. Christi discipuli, *Matth.* 19. 25. & 21 20. *Marc.* 6. 51. & 10. 32. *Luc.* 8. 25. & 9. 43. Ierosolymitani, *Matth.* 21. 10. Pharisæorum discipuli & Herodiani, *Matth.* 22. 22. *Marc.* 12 17. *Luc.* 20. 26. Pharisæi quidam, *Marc.* 2. 12. *Luc.* 5. 26. Scribæ & Pharisæi, *Luc.* 5. 26. Capernaitæ, *Marc.* 1. 27. *Luc.* 4. 32. Decapolitani, *Marc.* 5. 20. Puellæ à mortuis excitatæ parentes. *Marc.* 5. *v.* 42. *Luc.* 8. 56. CHRISTVS, *Marc.* 5. *v.* 6. *Luc.* 7 *v.* 9. Galilæi, *Mar.* 7. 37. Pilatus, *Marc.* 15. *v.* 5. 44. Cognati Zachariæ, *Luc.* 1. 21. 63. Ioseph & Maria, *Luc.* 2. 33. 47. Petrus & eius condiscipuli. *Luc.* 5. 9 Pilatus & Pharisæi, *Luc.* 20. *v.* 26. Iudæi. *Ioan.* 7. 15. *Actor.* 9 21. Principes & Seniores populi, *Act.* 4. 13. Moses. *Act.* 7 31. Simon Magus, 8. *v.* 13. Paulus, 9. 5. *Galat.* 1. 6. Pauli comites, *Actor.* 9. 7. Circumcisi fideles, 10. 45. Qui conuenerant apud matrem Ioannis orationis causa, 12. 16. Sergius Proconsul, 13. 12. Fidelium inimici, 1. *Per.* 4. 4. Omnes incolæ terræ, *Ioan.* 17. *v.* 6. *Apocal.* 13. 3.

Vide Stuporis exempla.

Admonitio.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Admonitionum genera.

Admonitionum duo sunt genera, alterum acriter obiurgans, alterum leuiter curans, argumenta mihi videntur probi principis. Imperandi modum singulorum moribus accommodato decenter, cum probis moderate, cum supinis vehementius, cum audacibus acerbè, cum cautioribus denique leuiter agens. *Ex Sopatri Epist.*

POETICÆ SENTENTIÆ.

Ex Comicis Græcis.

Ὁ σκληρότατος πρὸς ὀργὴν τοῦ νεθθεῖν.
Τοῖς μὲν λόγοις πικρὸς ἴσι τοῖς δ' ἔργοις πραΰς.
Valde in monendo si quis asper filio,
Verbis acerbus est quidem, sed re pater.
Ἅπαντες ἴσ μὲν εἰς τὸ νεθθεῖν σοφοί,
Αὐτοὶ δ' ἁμαρτάνοντες ἐγιγνόμεθα.
Alios monere, si quid errent, nouimus,
Errata at ipsi nostra non cognouimus.
Ἄ ῥᾴστον ὄλλα ῥᾴδιον παρήνεσις
Ἐστὶν, ποιῆσαι δ' αὐτὸ οὐχὶ ῥᾴδιον.
Alium quidem monere homo facile potest,
Sed ipse non facile item idem illud fecerit.

Horat. lib. 1. Epist.

Feruet auaritia, miserag, cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis & magnam morbi depellere partem.
Laudis amore tumes? sunt certa piacula quæ te
Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator?
Nemo adeò ferus est, qui non mitescere possit,
Si modo culturæ patienter commodet aurem.

Terentius in Andria, *facile omnes, cum valeamus, recta consilia ægrotis damus.*

Ouidius.

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Respuit, atque odio verba monentis habet.

¶ APOPHTHEGMATA.

Thales, rogatus, quid esset facile? Alterum, ait, admonere. Omnes enim, cum valemus, recta consilia ægrotis damus. *Erasm. libr. 7. apoph. ex Laert.* 1.

Zeno Cittiensis, quodam in conuiuio immoderatus vorante obsonia, neque quicquam alijs reliquum faciente, piscem ingentem, qui apponebatur, è patina sustulit, quasi solus illum deuoraturus. Quum alter intuens Zenonem, significaret se mirari impudentiam; Quid, inquit, putas, conuictoribus tuis accidere quotidie, si meam opsophagiam ferre non potes? *Laert. lib. 7. c. 1.*

Idem, Quidam in cōuiuio accumbens Zenoni, eum, qui sub ipso sedebat, pulsabat pede. Zeno autem vicissim pulsabat illius genua, & adjpsum conuersus: Quid (inquit) putas, hunc pati qui infra te accumbit? Ita multi offenduntur quamuis leui incommodo, quum alios ipsi maioribus afficiant, nec sentiant, *Laert. lib. 7. c. 7.*

Diogenes, quidam in publico gestans longam trabem, per imprudentiam percusserat Diogenē, mox̄q, ex more dixit. Caue. At Diogenes. Num, inquit, me vis iterum percutere? Alij sic narrant: Dicenti caue, baculum impegit in caput: & post ictum adiecit, Caue: par pari referens; nam ante læsionem dicendum erat caue. *Laert. libr. 6.*

Leo Byzantius, quum Philippus adorzantios. Leo adijt illum, percontans hunc accidit tibi, Philippe, vt bellum instituas? tatum pulcherrima, huc adducatur, vt in ad fores amasiorum meorum venio. redamari cupiunt, haudquaquam cum g res amasiorum. Amantes enim non egent ciuilibus. Hoc dicto in diuersum flexo R liberauit. *Philostrat.*

¶ SIMILITVDI

Vt requis nō in ipso cursu frænum injicimus, sed ante cursum qui propensi sunt ad iram aut libidinem, ante rationibus ac monitis refrænandi sunt, priusquam in periculum ventum sit. *Plutarch.*

Nutrices pueros lapsos non obiurgant aut puniunt, sed accurrentes erigunt, deinde obiurgant: sic amicus, cum affligitur, adiuuandus est, & erigendus, postea monendus & obiurgandus, quòd suo vitio in eam calamitatem inciderit. *Plut.*

Qui dentibus laborant protinus medicum adeunt, malum exponunt: qui febre tenentur, accersunt: at phreneticus nec accersit, nec admittit, ob morbi vehementiam. Ita qui vitia sua celant, nec admonentem patiuntur, de his nulla salutis spes. *Plutarch.*

Oculo lippienti non est admouendum lumen: Nec animus affectu laborans admittit grauem admonitionem, sed admittenda laus est, ac sic medendum. *Plut.*

Quemadmodum Telephus, quoniam carebat amico, coactus est ab hoste petere remedium ad medelam vulneris: ita qui non habent liberos animos, à quibus admoneantur, sæpenumero ab inimicis audiunt sua vitia. *Plut.*

Remedia statim mordent vel offendunt, postea conferunt salutem & voluptatem: Ita salubria monita: initio sunt nonnihil amara, postea correcta iucundissima.

Vt pituita paulatim collecta tum maximè apparet ac vincit, cum natura vincitur: Sic quidam amici potentes admonere non audent, nisi labantur: sed simulatque commutata fortunæ aura sunt humiles facti, tum obiurgant. *Plut.*

Sanus fert, si exprobres intemperantiam, libidinem, luxum: eadem non ferret ægrotans: Sic admonendus amicus, cum defierit irasci aut amare. *Plut.*

Ictum quem præuideris, commodius excipis: sic præcogitatum malum minus offendit. *Seneca.*

Medici vetant admoueri remedia, cum morbus in accessu est, ac sæuit, sed cum se remittit: Ita ad primos illos iræ aut doloris motus non est adhibenda consolatio, vel admonitio, sed vbi tempore cœperint esse leuiores.

Elleborum, tametsi efficax, Medici vetant dari senibus, aut pueris, aut exilibus: Ita admonitio sic est temperanda, vt ferre is possit, quem velis emendare: nec solum spectandum est vitium, sed natura quoq; eius, cuius vitio studeas mederi. *Plin. lib. 5. c. 25.*

Herbæ salutares consuetudine perdunt medendi vim: Ita admonitio, si assidua sit, non emendat assuetum iam obiurgationib. *Plin.*

In Narniensi agro terra imbre fit ficcior, æstu humescit, vnde Ciceroiocatur illic ex imbre pulueremi, ex siccitate fieri lutum: Ita quosdam admonitio reddit deteriores. *Plin. lib. 31. c. 4.*

Quædam gemmæ aceto maceratæ immitescunt, pleræque melle decoctæ: Ita quosdam meliores reddit acris obiurgatio, quosdam admonitio blandior. *Plin.*

Imperatores instructa acie solent, quanquam paratissimos ad præliandum milites videant, eos tamen cohortari: ita iuuenes erecti ad laudem ad literas sunt adhortandi. *Cicer. Philippic. 4.*

Capifici ficus nunquam maturescit, sed tamen gignit vermiculos, qui deuolantes ad veram ficum, perfosso ficorum cortice, maturitatem illis tribuant: ita sunt, qui ipsi nihil queant egregium facere, sed tamen aliquo pacto stimulant alios, ut id faciant. *Plut. archim.*

Adolescentia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

ADOLESCENTIA, Græcè νεότης, & νεανίας, ὁ, adolescens dicitur, & secundum Ciceronem in Topicis, flos ætatis: vel, vt alij volunt, extrema pueritia, dicta ab adoleo, quod modo significat accresco, quia crescentes pueri, cum primum puberes fiunt, olere circum incipiunt: propter quod hircquituli sunt appellati: hinc adolesco, vnde adolescens, cuius diminutiuum est adolescentulus, & adolescentia, cuius prima ætas ephebia dicitur. Vnde ephebus, qui in prima est adolescentia. Terent. in Andria: Nam is post quam excessit ex ephebis Sosia. Ephebus dicitur, quod iam sit impube, quæ Græcè ἥβη dicitur, vnde & ἔφηβος, qui iam ad pubertatis annos peruenit.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro, viam quilæ in cœlo, viam colubri supra petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia. *Proverb.* 30.

Lætare

…re ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum …ua iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu …rum tuorum, & ſcito, quod pro omnibus his adducet te Deus …cium: Auferᵉ ergo iram à corde tuo, & amoue vitioſitatem …a tua. Adoleſcentia enim, & iuuentus vana ſunt. *Eccleſiaſt.*

…oleſcens loquere in tua cauſa vix cum neceſſe fuerit. *Ecoleſ.*

…medio magnatorum loqui non præſumas, & vbi ſunt ſenes, …ultum loquaris. *Ibidem.*

…oleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus. 1. *Petri* 5.

…oleſcentum erga ſeniores officium, 1. *Petri* 5. ℣. 5. ad mundi …mpum excitantur, *Ioan.* 2. 5. 15. Adoleſcentularum & adole…um officium, *Tit.* 2. 4. 5. 6. Adoleſcentulæ quales eſſe debeant, …4. 5.

Sententiæ Patrvm.

…ut ignis in lignis viridibus ſuffocatur: ita ſapientia in adole…ia tentationibus & libidine impedita non explicat ſuum ful…em, niſi labore & ſtudio, & oratione incentiua iuuentutis in…ra …antur. *Hieron. ad Nepotian.*

…igna eſt lapſibus adoleſcentia. Quia variarum æſtus cupidita…ruore calentis inflammatur ætatis. *Ambroſius de Viduis, li…*

…one adoleſcentum eſt timorem Dei habere, parentibus de…e, honorem habere ſenioribus, caſtitatem tueri, humilitatem …perari, diligere clementiam & verecundiam, quæ ornamen…t iuuenili ætati. In ſenibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in …entibus verecundia commendatur. *Ambroſius libr. 1. de …*

…erecundia cum ſit omnibus ætatibus, perſonis, temporibus, & …gna, tamen adoleſcentes iuuenilesque annos maximè decet. …tifex in materia commodiore melius operari ſolet, ſic vere…dia in ipſo quoque corporis decore plus eminet. Ita tamen, vt …ipſe non ſit affectatus decor corporis, ſed naturalis, ſimplex, …ctus magis, quàm ornatus, vel cultus, vel expetitus. *Ambroſius …de offic.*

…ncta pleruinque ſeueritas admonitionis ad profectum diri…ctio vero ad meliora opera deprecatio blanda componit *Gre…ius in Paſtorali.*

…ueni ad ſacros ordines nullatenus admittantur, ne tanto pe…ulum cadant, quanto citius conſcendere ad altiora feſtinant. …mus *Columbo Epiſcopo, & habetur quæſtione prima, Pueri.*

…id amabilius verecundo adoleſcente? *Bernard. ſuper Cant. …*

…quàm pulchra & quàm ſplendida gemma morum eſt verecun…dia vera & vultu adoleſcentis, quàm vera & minimè dubia bonæ …untia, bonæ indolis index? virga diſciplinæ, expugnatrix ma…ni, propugnatrix puritatis innatæ, ſpecialis gloria conſcientiæ, …ator cultus, vitæ decus, virtutis ſedes, virtutum primitiæ, naturæ …ſ ingenue totius honeſti. *Ibidem.*

…Adoleſcentulum verboſum, & eloquentiæ ſtudentem, cum ſit …mutis inanis, non aliud quàm hoſtem iuſtitiæ reputa. *Bernar…d ad Eugenium.*

…Multos videmus iuniorum ſuper ſenes intendere moribus dies, …quorum tempora præuenire meritis, & quod deeſt ætati, virtu…tibus compenſare. Quia iuxta Apoſtolum: Nemo contemnat ado…ſcentiam bonæ indolis, ſenectus venerabilis non eſt numero an…norum, ſed magis merito morum computata. *Bernardus ad Theo…baldum militem.*

…Adoleſcentibus in ludo literarum poſitis non tam placent ſoli…dum picta: quare potius pulchra, quàm vtilia ſectantur. Nec …gemma diligunt, quàm ſonantia: magis gaudent foliorum a…mitate conſpergi, quàm fructuum vbertate nutriri. *Ioannes …Abbas in prologo ſuper Matth.*

…Diligunt tranſacta adoleſcentia odioſam efficit ſenectutem: Et …morte acta ſuperiori ætas, fructus capit autoritatis. Quid enim ſe…ctus ſimpere valet, in quo iuuentus reprehenſibilis non fuit? *…Hieronymus in epiſtolis.*

…In ſua ætate, quando crines flaueſcunt, caro niteſcit eburnea, o…culum gemmis facies roſea decoratur, valetudo corpori ſubmi…niſtrat, & ætas iuuenilis longioris vitæ ſpatium repromittit. Quan…do virgo ratio, vigent etiam corporis ſenſus, viſus acurior, auditus …promptior, inceſſus rectior, vultus iucundior. Qui in hac ætate ſe …formas, & Deo ſe ſociant, præmium Ioannis Baptiſtæ expectant. Ta…les enim offerunt hoſtiam viuentem, Deo placentem & immacula…tam: non aure, non pede, non lingua carentem. Audiat hoc ſenum …corum ſexus: quibus ex defectu ſenectutis aures obturantur, ocu…li hebetantur, vt breuiter cuncta perſtringam, ipſi in ſe per ſe defi…ciunt. Hi non offerunt agnum immaculatum, ſed (vt ita dicam) …porcum cruentatum. 1. Sicut enim porcus in immunditijs, ſic ſenex …ſuis in vitijs. Et ſicut porcus ſiliquis paſcitur, ſic ſenes fabulis & …ridiculis delectantur. *Hug. in libro de clauſtro animæ.*

…Senijs ſenibus ſobrietas & morum perfectio requiritur, ita in adoleſcentibus obſequium & ſubiectio, & obedientia ritè debetur. *Cyprian. de 12. abuſionibus.*

Sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit, ſic in ſenectute honorem legitimum conſequi non potuit, qui in adoleſcentia diſciplina alicuius exercitatione non laborarit. Diſciplina igitur abſque obedientia qualiter fieri poterit? Adoleſcens ergo ſine obedientia, adoleſcens ſine diſciplina eſt. *Cyprianus ibidem.*

Plato de anima diſſerens, ex hoc, ait, poſſe cognoſci, animas eſſe immortales atque diuinas, quod in pueris mobilia ſunt ingenia, & ad percipiendum facilia, quod ea, quæ diſcant, ita celeriter capiant, vt non tunc primum diſcere videantur illa, ſed recognoſcere atque reminiſci. In quo vir ſapiens poetis ineptiſſimè credidit. *Lactantius Firmian. diuin. inſtit. lib. 7.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Plaut. Aſin.

Adoleſcentem verecundum eſſe decet.

Virg. 3. Georg.

Tu quos ad ſtudium, atque vſum formabis agreſtem
Iam ritulos hortare, viamq; inſiſte domandi,
Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.

Virg. Ceiri.

Sed quoniam ad tantas non primum naſcimur artes,
Nunc primum teneros firmamus robore neruos.

Hor. 3. Carm. 24.

—— Et teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudijs.

Idem 1. Epiſt. 18.

Inter cuncta leges, & percunctabere doctos
Qua ratione queas traducere leniter annum.

Idem 1. Epiſt. 2.

Fingit equum tenerâ docilem ceruice magiſter
Ire viam, quæ monſtrat eques: venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula
Militat in ſyluis catulus, nunc adhibe puro
Tectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu. ——

Iuuenal. 14.

Gratum eſt, quod patriæ ciuem, populoq; dediſti,
Si facis, vt patriæ ſit idoneus vtilis agris,
Vtilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit, quibus artibus, & quibus hunc tu
Moribus inſtituas, ſerpente cicenia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta:
Illi eadem ſumptis quærunt animalia pennis,
Vultur iumento, & canibus, cruribuſq; relictis
Ad fœtus properat, partem cadaueris affert.
Hic eſt ergo cibus magni quoque vulturis, & ſe
Paſcentis, propria cum iam facit arbore nidos.
Sed leporem, aut capream famulæ Iouis, & generoſa
In ſaltu venantur aues: nunc præda cubili
Ponitur: inde autem cum ſe natura leuabit
Progenies ſtimulante fame, feſtinat ad illam,
Quamprimum prædam ruptoq; guſtauerit ouo.

Sen. Oct.

Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.

Terent. Adelph.

—— Quæſert adoleſcentia,
Ea me ne celet, conſuefeci filium.
Nam qui mentiri, aut fallere inſueuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit cæteros.

Plautus in Bacchid.

Iuuenili ætati non conducit mulier, nec latebroſus locus.

Ibidem.

Iſthoc illecebroſius fieri nihil poteſt, nox, mulier, vinum, homini adoleſcentulo.

Horat in arte Poetica.

Imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis, canibuſq;, & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus prouiſor, prodigus æris:
Sublimis, cupidusq;, & amata relinquere pernix.

Horat. in Epodo, Ode penult.

Fugit iuuentus, & verecundus color.
Reliquit oſſa pelle amicta lurida.

Quid

Ouid. Epist. Phædræ ad Hippol.

Sint procul à nobis iuuenes, vt fœmina, compti,
Fine cole modico forma virilis amas.

Iuuenal. Satyr. 13.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si
Barbato cuicunque puer. si, &c.

Iuuenal. Satyr. 14.

Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et leuo monitu pueros producit auaros:
Et qui per fraudem patrimonia conduplicari,
Dat libertatem, & totas effundit habenas
Curriculo: quem si reuoces, consistere nescit,
Et te contempto rapitur, metuq; relictis.

Idem.

Quum dicis iuueni stultum, qui donet amico.
Qui paupertatem leuet, attollatq; propinqui.
Et spoliare doces, & circumscribere, & omni
Crimine diuitias acquirere, quarum amor in te est.

Idem Satyr. 14.

Plurima sunt, Fuscine, & Fama digna sinistra,
Et nitidas maculam, ac rugam fingentia rebus.
Quæ monstrant ipsi pueris, traduntq; parentes,
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo.

Seneca Tragœd. 2.

Peiora iuuenes facilè præcepta audiunt.

Idem Tragœd. 9.

Teneris in annis haud satis clara est fides.

Homer. in γ Iliad.

Αἰεὶ σ' ἁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

Id est.

Semper autem iuniorum virorum mentes pendent.

Homer. ψ. Iliad.

Οἷόσ' οἵη νέε ἀνδρὸς ὑπερφιάλοισι τελέθεσι,
Κερδιόντεσσι μὲν, γαρτιόωσι, λέπτ' ἠδὲ τε μητις.

Id est.

Scis quales iuuenis viri operationes sunt,
Velox quidem mens, sed tenue consilium.

Idem. η. Odyss.

Αἰεὶ γαρ τι νέώτερον ἀφρονέουσιν.

Id est.

Semper enim iuniores inspiunt.

Comici Græci.

Μέμνησο νέος ὢν ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ.
Annis iuuentæ sis memor senilium.
Ἀκμὴ τὸ σύνολον κὸ ἐν αἰῶσι διαφέρει.
Iuuenilis ætas floribus simillima.
Νέος πέφυκως πολλὰ χρήσιμα μάθοις.
Annis iuuentæ multa disce bona.
Νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει.
Tacere iuuenem quam loqui magis decet.
Ὀχληρὸς ἀνὴρ ἐστὶν ἐν νέοις γέρων.
Iuuenum odiosus vir senex in cœtibus.
Νέος ὢν ἀκούειν τῶν γεραιτέρων θέλε.
Qui iuuenis es, libenter audias senes.

Vel.

Qui iuuenis es, sis audiens dicto seni.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Certè illud expertus sum, tenaciorem fore eorum memoriam, quæ prima ætate discuntur. *Plato in Timæo.*

Nihil differt ætate puer, & moribus puerilis. *Aristoteles libro 1. Ethicorum.*

Iuuenes non possunt esse prudentes, quia prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore: & multitudo temporis facit experientiam. *Arist. lib. 6. Ethic.*

Iuuenes non sunt maligni moris, sed facilis moris, propterea quòd nondum viderunt nequitias. *Arist. Rhet. lib. 2.*

Iuuenes maximè ab ebrietate custodire oportet. *Aristot. libr. 7. Politicorum.*

Pueros impuberes non in forum, sed in agrum duci Lycurgus iussit, vt primos annos non in luxuria, sed in omni opere & labore agerent. Nihil eos causa somni substernere, & vitam sine pulmento agere. Neque priusin vrbem redire, quàm viri facti essent, statuit. *Laert. Diogen. de vita & moribus Philosophorum.*

Pueros impuberes compertum est, si plurimo cibo, nimioque vino vtantur, hebetiores fieri: atque hinc elici tarditatem impro-

ceraque fieri corpora eorum, minusque adolescere, *Aulus Gell. noct. Attic. lib. 14. c. 19.*

Magnum expecta gaudium, quum puerilem animum deposueris, & te in virum Philosophiæ descripseris. Adhuc enim non puericia, sed quod grauius est, puerilitas remanet. Et hoc quidem peius est, quod authoritatem habemus senum: vitia verò puerorum, nec puerorum tantùm, sed infantium. *Senec. epist. 15.*

Facilè enim tenera conciliantur ingenia ad honesti rectiq; amorem. *Idem epist. 90.*

Est enim adolescentis, maiores natu vereri, ex his eligere optimos & probatissimos, quorum consilio & authoritate nitatur. *Cic. lib. 1. de offic.*

Maximè hæc ætas à libidinibus est tollenda, in labore & patientia animi & corporis exercenda, vt in bellicis & ciuilibus officijs eorum vigeat industria. Caueant intemperantiam, meminerint verecundiæ: quod erit facilius, si huiusmodi rebus maiores natu velint interesse. *Ibidem.*

Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis. *Cic. lib. de senect.*

Libidinosa intemperansque adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. *Ibidem.*

Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere, falluntur, propterea quòd ætas illa non est impedimento bonis studijs. Athi sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant, vt quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint comparare. *Cic. in Rhet.*

Sic vitam adolescentibus vis auferet, senibus maturitas. *Idem de Senectute.*

Adolescentis officium sit, maiores natu vereri, atque ex his probatissimos eligere, quorum consilio vtatur. *Cic. in Rhetor.*

Detur aliquis ludus ætati, sit adolescentia liberior, non omnia voluptatibus denegentur: non semper superet vera illa & dictatio; vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem, dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur. *Cicero pro M. Cæl.*

Detur iuuentuti aliquid temporis ad ludum ætatis, atq; adinanes hasce adolescentiæ cupiditates: reuocet se aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, Reipublicæ, vt ea, quæ ratione antea non perspexerat, satietate abiecisse, experiendo contemptisse videatur.

Adolescentes citò amicitiam instituunt, & citò dirimunt: adolescentum enim amicitia voluptatis causa omnis constituta videtur esse. Eorum enim cum omnis in libidine & perturbatione vita coniumitur: tum ex quo capiant voluptatem, eamque in præsens, id omne vel studiosissimè prosequuntur. Et quia mutata ætate alia sequuntur, quæ delectent, idcirco repente & amici sunt, & ab amore desistunt. Nam eorum amor sæpè vna cum voluptate deponitur, cuius cita est & repentina mutatio. Atque etiam adolescentes ad fœdum amorem propensi sunt: magna enim pars fœdi amoris in perturbatione & voluptate ponitur. Itaque citò diligunt, & ab amore desistunt: sæpè eodem die mutata sententia. Hi vna versari totos dies cupiunt, & vitæ societate coniungi, quod isto modo eis adsint omnia, quæ ad amicitiam pertinent. *Aristot. Ethicor. lib. 8. cap. 3.*

¶ Similitvdines.

Vinum, quod in dolo placuit, non fert ætatem: quod recens durum est & asperum, postea placet: sic adolescentia durior maturescit, & ad frugem peruenit. *Seneca.*

Post hyemem denuò recurrit ver: At post senectam nulla recurrit iuuenta. *Erasmus.*

Nouella vitis copiosius gignit vinum: sed vetustior melius: ita plura loquuntur iuuenes, sed vtiliora senes. *Idem.*

Persica ob id ipsum pluris veniebant, quod non durarent, nisi in triduum: ita auidius rapiendum, quod citò præteruolat, vt iuuenta. *Idem.*

Vt gypsum aut argilla, dum est vda, in quamuis imaginem facilè sequitur fingentis manum: ita rudes animi ad omnem disciplinam sunt idonei. *Idem.*

Vt ager [illegible]on colatur, non solum infrugiferus manet, verùm etiam multa & molesta producit: ita adolescens rationis capax, nisi præceptis honestis exerceatur, non solum non euadet bonus, sed ad multa vitia deflectetur.

¶ Fabvla.

Pater & Filius literatus.

Reuerso domum post vnum annum filio, qui studiorum bonorum atque artium discendarum gratia abfuisset: Quid, inquit pater, mi fili, de tanta pecunia factum est, quantam tibi misi? Quanta? inquit adolescens, non enim memini. Ter, inquit senex, hoc anno à me tibi curata pecunia est, bis vno & altero mercatu, fe-

mel

medi inter hos. Atque priore quidem mercatu dedi nostro vicino aureos sexaginta, quos tibi renumeraret, altero totidem, postea tabellarius huc nuper missus sexaginta & ipse attulisse tibi debet, tot enim tum petieras. Ita factum est, inquit adolescens, sed hoc nihil est. Nihilne hoc est? inquit senex, an nihil videtur, summa aureum centum octoginta? Pro debitis quidem nihil est, inquit filius, quæ reliquis. Nam tua, mi pater, meis verbis obligata fides est in centum talios, & insuper quadraginta. Hæc, inquit pater, iam summa facit aureum, vt opinor, trecentorum & viginti. Fuerit sane, inquit filius, sed tu cogita, mi pater, multis mihi apud exteros rebus opus fuisse, quid enim, quod non asse venire solet, gratis datum? At habitatorem, habitatione commoda, cubili, vestibus, libris, charta, calamo, atramento, carere certe tua quidem etiam voluntate non debui. At magna, inquit iam iratior pater, ista summa est, quanti igitur eius cibus datus? quanti habitasti? quanto conducti lectuli fuere? cætera quanta pecunia sunt parata? Referam, inquit filius, rationem, si postulas. Ita enim fieri, inquit senex, oportet. Inchoëmus igitur, minimis, inquit filius. Ac pone pro atramento & calamis aureos decem. Hoc audito: satis, inquit senex, superque est rationum: nam ad hæc, si, vt alia omittam, chartæ modo æstimatio ponenda sit, iam vltra illos trecentos xx. ego tibi amplius debiturus sim.

Fabula indicat, adolescentiæ leuitatem stolidam, & profusionem esse proprium, præsertim in liberiore vita. Etiam impudentiam notat quorundam, non solum in rationibus, sed quibuscunque rebus tempore referendis. Memoratur similis eodem sensu de coco, qui à cunctamentis inchoata relatione rationum, pro petroselinis iussisset in mensem vnum poni decem aureos.

Adoptio.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

ADOPTIO. Græce Θέσις ios. ἡ & Θετὸς, ὸ, ὁ, adoptiuus dicitur, est legitimus actus, per quem, qui filius non est, pro filio habetur, pene naturam imitans.

Adoptio est extraneæ personæ in filium, vel neptem, & deinceps legitima assumptio, secundum B. Thom. 4. sent. distinct. 42. q 2. art. 2. Hanc fere omnes definitionem Canonistæ affirmant. *Iust. de adopt. anglos.*

Adoptare est admittere ex gratia ad participandam hæreditatem. *B. Tho. in 3. part. q. 23. art. 1.*

¶ LOCI BIBLICI.

Adoptio per CHRISTVM. *Gal* 4. *vers.* 5. *Ephes.* 1. 5. Adoptio, & electio Dei est gratuita, *Ephes.* 1. 4. à qua hominum salus tanquam riuus & natiuo fonte promanat. *Ro.* 7. 13. commendatur, 1. *Ioan* 3. 1. Adoptio in extrema instauratione, vel adoptionis fruitione, *Rom.* 8. 23. Adoptionis Spiritus, *v.* 15. vide SPIRITVS adoptionis. Adoptio Iudæorum. *Rom.* 9. 4.

Adoptionis exempla, Ephraim & Manasse. *Genes.* 48. 5. Moses *Exod.* 2. 10.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

De adoptione filij, Dial. LXXIX.
Francisc. Petrarch.
GAVD.

Adoptaui mihi filium. R. Adoptio pedissequa est naturæ, & cum sit ignobilior, hæc cautior, quodque illa sine consilio gignentis eius quodam, hæc adoptantis certo iudicio operatur. G. Adoptio rebonum filium quæsiui. R. Debuisti id quidem, si neglectum, non genitura, sic electio excusabilis. Nihil habes in coniugem, nihil in fortunam, quod retorqueas. G. Filium adoptaui. R. Opportunum hoc naturæ subsidijs ciuili repertum iure, multisque vtile, nisi fuisset pestiferum constat. Bonum filium adoptauit Nerua, sed Traianum in sua adoptione deceptum quibusdam scriptoribus video, Nam Augustum in Agrippæ nepotis adoptione circumuentum, mox secuta testatur abdicatio, in Tiberij autem vel adoptione, vel successione non deceptum, sed suorum mortibus pene coactum fuisse non ignoro. G. Bonum filium adoptauit Nerua, sed Traianum in sua adoptione deceptum quibusdam scriptoribus video, quod & sermo eius indicat & præfatio testamenti. R. Mirum ille, cuius paulo ante memini, prorsus infelix adoptator fuit, qui non filium, sed funestum draconem regiæ, filiisq; suis inuidentem, quos & si moriens hortetur ita viuere, ne ipse meliores fuisse adoptasse videatur, quam genuisse, sæpe tamen meliores adoptantur, quam gignuntur: neque id mirum, cum illud experientia & diuisio muniatur, hoc neutro. Sæpe autem contra, non peiores modo, sed pessimi omnium adoptantur. Fusca enim & ambigua mox est homo. G. Priuignum bonum habeo. R. Rarus est priuignus bonus, rarior est vitricus. G. Bonus est priuignus mihi. R. Vt sit bonus, quid ad te? nisi forsan vt coniugis procurator gaudes. Tibi enim quid virtus aliena contulerit, nisi vt tuorum. si quos genuerunt, spondatur ignauia? G. Priuignus est mihi optimus atque fidissimus, & nulli filio secundus. R. Fieri id quidem potest. Talis Augustus in Drusus, sed non Claudio talis Nero.

¶ SIMILITVDO.

Plutarchi. Vt insaniat, qui fratris imaginem veneretur, corpus pulset ac verberet: Ita stultum sit amare in adoptiuis nomen, verum fratrem abdicare aut odisse. *in Moralibus.*

Adoratio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ADORATIO. Græce προσκύνησις, ios. ἡ & προσκυνέω, adoro. Duplex est, scilicet interior deuotio mentis, & exterior humiliatio corporis: prima est principalior, ad quam & propter quam secunda fit.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis ea, neque coles. *Exod.* 20.

Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies. *Deuter.* 5. & 10.

Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi. *Psal.* 65.

Dominum Deum tuum adorabis. *Matth.* 4.

Adorare eum, qui fecit cœlum & terram, mare & fontes aquarum. *Apoc.* 14.

Vide ne feceris (ait Angelus Ioanni adorare volenti) conseruus tuus sum, & fratrum tuorum, Deum adora. *Idem* 19. & 22.

Appropinquat populus iste ore suo & labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. *Esai.* 29.

Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. *Matth.* 15.

Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. *Ioh.* 4.

Tunc (auditis de morte filiorum nunciis) surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit. *Iob.* 1.

Coram illo procident Æthiopes, Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum: omnes gentes seruient ei. *Psal.* 71.

Venite adoremus, & procidamus & ploremus coram Domino. *Psal.* 94.

Et procidentes adorauerunt eum. *Matth.* 2.

Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. *Luc.* 18.

Qui adorat Deum in oblectatione susciptetur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. *Eccles.* 35.

Ego sum, ego sum Dominus, & non est absq; me Saluator, *Es.* 43.

¶ EXEMPLA SACRA.

Adorationis, seu cultus Dei exempla: Cain, *Genes.* 4. 3. Abel *vers.* 4. Seth, *vers.* 26. Noe. 8. 20. Abraham, 12. 7. & 21. 33. & 22. 13. Isaac, 26. 25. Iacob, 35. *vers.* 1. 7. Israelitæ, *Exod.* 4. 31. & 12. 27. Moses, 17. 15. Iethro. 18. 19. Moses, Aaron, & Seniores Israel, 24. *Vers.* 1. 5. Iosua, *Ios.* 8. 30. Ruben, Gad, & dimidia Tribus Manasse, 12. 9. Manue, *Iudic.* 13. 19. 1. Elcana, *Sam.* 1. 3. Anna vxor, *vers.* 10. Sam. 1. *Sam.* 7. *vers.* 9. 10. Salomon. 1. *Reg.* 3. 4. & 8. *Vers.* 22. 23. Dauid. 2. *Sam.* 12. 16. 1. *Paralipom.* 15. 16. *Psal.* 5. 8. & 138. 2. Populus è captiuitate redux, *Nehem.* 9. 3. Ezechias & turba, 2. *Paral.* 29. 27. Ezechias, 30. 1. Iosaphath & Ierosolymitani, 20. *Vers.* 18. 19. Iob. 1. 20. Daniel, *Dan.* 8. 10. Iudith, *Iudith.* 9. 1. Tobias, *Tob*, 15. Magi, *Matth.* 2. 11. Leprosus, 8. 2. Cæcus natus, *Ioh.* 9. *vers.* 35. 36. 37. 38. Mulieres piæ, *Matth*, 28. 9. Apostoli, *Vers.* 16. 17. Paulus & Barnabas, *Actor.* 14. 13. Angelus *Apoc.* 19. 10.

¶ PROFANA EXEMPLA.

Apud Persas, Medos & Indos Reges adorari & in salutando homines toto corpore procidere inuenimus. Quare Thebanus Simenias iussus Artaxerxem adorare, ne contra decus faceret, prolapsum annulum sustulisse, & ita adorantis speciem præbuisse dicitur. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 19.*

Cyro Persarum Regi, adorandi cultum primum delatum scribit Arrianus, proximum Dijs immortalibus honorem decretum *Arriano.*

Apud Romanos in occursu maioris Magistratus minores summittere fasces consueuerunt: vt significarent honori deferendum & imperio parendum. Quare *Valerius Poplicola* in suspicionem regni affectati adductus, dum concionaretur, fasces populo summisit. *Alex. ab Alex. l. 1. c. 27.*

C. Caligula, cum Cæsares salutarentur prius, adorari se iussit capite velato, vt Deum: mox *Diocletianus* vecordia intolerabilis idem exequi ausus fuit. Idem *Alex. l. 2. c. 19.*

Cornelius adstitisse Alexandrum Magnum prædicat in conuiuio quodam: cum bibisset, phialam vni ex amicis porrexisse: illum phiala accepta ad aram versum, assurrexisse: ac cum hausisset, adorasse primum, deinde osculatum Alexandrum in conuiuio mox occubuisse, Plut. in Alex.

Aduentus Domini.

¶ Biblici Loci.

Aduentus Domini expectandus, *Matth.* 24. 42. & 25. 13. & 26. 40. *Marc.* 13. 33. *Luc.* 12. 40. & 21. 34. *Rom.* 13. 12. *Ephes.* 6. 18. *Coloss.* 4. 1. 1. *Thess.* 5. 6. 1. *Pet.* 4. 7. & 5. 8. *Apoc.* 3. 3. & 16. 15. Aduentus Christi ad iudicium signa, *Mat.* 24. 4. *Mar.* 13 16. vt furis in nocte, *Luc.* 12. 39. 1. *Thess.* 5. 2. 2. *Petr.* 3. 10. *Apocal.* 3. 3. & 16. 15. qualis futurus sit. *Luc.* 17. 26. curiosa eius inquisitio damnatur. 1. *Thess.* 5. 1. *vide Marc.* 13, 32.

¶ Sententiae Patrvm.

Nulla causa veniendi Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Venit ergo de cœlo magnus medicus, quia per totum vbique iacebat ægrotus. Genus ergo humanum totum perierat, ex quo peccauit vnus, in quo totum erat, ideo venit vnus sine peccato, qui saluos omnes faceret sine peccato. Non enim eum de cœlo ad terram merita nostra, sed peccata traxerunt. *August. super Iohan. & in gloss. 1. Tim. 5.*

Cornu ecclesiæ tunc mirabiliter se extulit, cum Dei filius per assumptam humanitatem naturæ nostræ participem se fecit. Iam mundi redemptorem venientem recepimus, per cuius gratiam non solum recte possumus viuere, sed & ad Paradisi gaudia transire, quia ille iam pro nobis mortuus resurrexit, in cuius morte mors obiit, & Paradisius se eius fidelibus reseravit. *Greg. in 1. Reg c. 2.*

Christus factus est ignominia hominis & nullificamen populi: quatenus ita voluit, vt liuore eius sanaremur; vt dedecore eius salus nostra constaret. Et merito se pro suo homine deposuit, pro imagine & similitudine sua, non aliena. *Tert. l. 4. adu. Mar.*

Christus venit vt imaginem suam diaboli arte fucatam in homine & per lignum prævaricationis morte damnatam, per passionem crucis & mortem, ad pristinam reuocaret pulchritudinem. *Origenes hom. in pr. Gen.*

Hoc tempus non sine causa Domini aduentus vocatur: ideo enim sancti patres celebrare cœperunt aduentum, vt se vnusquisque præparet fidelis & emendet, vt digne Dei sui natiuitatem valeat celebrare. *Ambr. super Lucam.*

Ille iustus venit ad nos peccatores, vt ex peccatoribus faceret iustos, pius venit ad impios, vt nos pios, humilis venit ad superbos, vt ex superbis faceret humiles. *Ambr. ibidem.*

Signum aduentus dominici est in toto orbe euangelium prædicari, vt nullus sit excusabilis, quod aut iam completum est, aut in breui credo complendum, non enim puto aliquam remansisse gentem, quæ Christi nomen ignoret. *Hier. super Matth.*

Dignum est fratres vt tota deuotione Domini celebremus aduentum delectati tanta consolatione, stupefacti tanta dignatione, inflammati tanta dilectione, non solum cogitemus aduetum quod venit, & quare, quia saluum faceret quod perierat, sed & illum nihilominus quo veniet, & assumet nos ad seipsum, vt circa hos duos aduentus iugi meditatione versemur, ruminantes in cordibus nostris quantum in priore præstiterit, quantum promiserit in secundo. *Ber. in ser. de aduen.*

Venio vt errantes corrigam, & infirmantes adiuuem, & dubitantes in fide confirmem, & bene agentium fructibus perfectis quasi suauissimis pascar, & certantes ab hostium defendam insidiis, & victores hostium, perpetuæ visionis meæ corona munerem. *Bed. super Cant. lib. 3.*

Vide Christus. Item, Christi natiuitas, & Resurrectio.

Aduentus Principis.

¶ Sententiae Philosophicae.

De aduentu Principis, Dial. cxvi.
Francisc. Petrarch.
Gavd.

Principis aduentum spero. R. Vt multa timentur quæ optanda, sic multa sperantur quæ timenda sunt: Vtramque in partem penuria iudicii multa est. G. Spero principis aduetum. R. Quanto sperare honestius libertatem? Nam profecto qui dominum sperat, seruitutem sperat. G. Spero principem venturum. R. Et illius commune omnium malum speras. Fuit enim quando & principes imperium, & principem populi poterant sperare. Nunc imperium principi labor est, princeps populi pernicies. G. Principem venturum ego & respublica speraus. R. [illegible] speres videris, in quo ipso facile falli potes, spes hæc resp. stulta Quis enim nisi amens sperat, aut cupiat, quod pestiferum toties expertus. G. Spero principem venturum. R. Et secum simul morum varios, mutationes vrbium, noxias nouitates, famam, stem, bella, discordias, hæc vel vniuersa, vel singula modernis principibus venire sunt solita. Si hæc placent, Principem spera: vt horum formidabile sit, ipsum certe inane iam imperii nomen plenum famæ & rumorum. Boni autem omnis effœtum & soli vmbræ vetustatis innixum. G. Spero venturum principem. R. te vero monitum velim, vt quoties aduentantem audieris, credas tonitru aliquod præambulum fulminis audire, nec sperare incip sed timere potius, si etiam alterum labi oportet. Timere enim uersa, & si contrarium sit virtuti, consentaneum est naturæ. Spes autem mala, & naturæ est oppositum, & virtuti. G. Spero moxp cipem affuturum. R. Cum præsentem videris, scitote infaust Reipub. sydus aspicere, vel memor iam ipse tuam, vel parentes roga, tuosque auos & proauos, ita esse reperies, vt dico, idque liis & nepotibus tuis annuntia, ne ipsi quoque aduentum princ stulti sperent. Dicenim quæso, quando vnquam vel minutæ le aduentum feræ, vel affuturam aquilam auiculæ sperauerint? ceat verum loqui, stultissimum, & mali sui semper auidissimum nimal est homo, cæteris capiendis esca opus est, homo solis fam bilis capitur.

Vide Princeps, Rex, Tyrannus.

Aduersitas.

¶ Definitio. et Etymolog.

Aduersitas idem quod calamitas, quæ Græce συμφορὰ ᾶς, ἡ. dicitur δυσυχημα, ατος, τὸ. vel δυσχερεια, ας, ἡ, infortunium & molestia.

Aduersitas est passio, vel ægritudo laboriosa egestatis, vel alrius mali, vel damni accidentis, vel illati, simulque accepti. Cicer Tuscul. Quæst. in dictione ærumna. D. August. in lib. Confes num.

Sententiae Biblicae

Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. *bia* 12.

Beatus, qui corripitur à Domino. *Iob.* 5.

Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribula nis. *Eccles.* 27.

Tribulatio patientiam operatur; patientia autem probation probatio vero spem. spes autem non confundit: *Rom.* 5.

Et omnes, qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecution patientur. Mali autem homines, & seductores proficient in peiu rantes, & in errorem mittentes. *Paul. 2. ad Timoth.* 3.

Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, d ab eo argueris, quem enim diligit Dominus, castigat. Flagellat tem omnem filium, quem recipit. In disciplina perseuerate: tãq filiis vobis offert se Deus, Quis enim filius, quem non corripi ter? *Hebr.* 12. 2. 6. 7.

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum *Actor.* 14.

¶ Patrvm Sententiae.

Nemo frangitur aduersorum molestia, qui prosperorum d ctatione non capitur. *Aug. de Verbis Domini, lib.* 2.

Ideo Deus felicitatibus terrenis amaritudines miscet, vt quæratur felicitas, cuius dulcedo non est fallax. *Aug. super M serm.* 18.

Noli admirari frater, si postquam Christianus effectus es, Mal vndique tribulationes vexant. Quoniam Christus nostræ religi caput est, nosque eius membra sumus. Debemus ergo non sol eum, sed eius vitam cumulatissime sequi: vita enim Christi re sa fuit angustiis plurimis: summa paupertate circumdata, à Sc & Pharisæis derisus, tandem propter nos peccatores morti tur mæ traditus est. Vnde coniectura est, quum te Deus immensis secutionibus corripit, te in electorum suorum numero deput Nam sine huiusmodi tribulationibus nequaquam ad Deum uenire possumus. Omnes enim, qui ad Paradisum redire desider oportet transire per ignem & aquam; siue fuerit Petrus Apostol cui datæ sunt claues regni cœlorum, siue Paulus vas electionis, Ioannes, cui reuelata sunt secreta cœlestia: necesse est, vt omnes cunt. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum *Aug. in serm. ad Lappium,*

Intelligat homo medicum esse Deum, & tribulationem medi mentum esse ad salutem, non pœnam ad damnationem. Sub me camento positus vreris, secaris, clamas, non audit medicus ad luntatem, sed ad sanitatem. *Aug super Psal.* 21.

In fo

formæ cadat, lib. 1, & purgatur aurum. Illa in cinerem vertitur, & illud sordibus exuitur. Fornax, mundus; aurum, iusti, tribulatio; artifex Deus est. Quod vult ergo artifex, facit: ubi artifex, tolero: iubeor ergo tolerare, nouit ille purgare. Debet licet palea ad incendum me, & quasi consumendum mundo poni in cinerem vertitur, ego sordibus careo. *Aug. super Psalm. 60.*

Sicut ab vno igne aurum rutilat, palea fumat, sub eadem tribulatione comminuitur, & frumenta purgantur. *Aug. de ciuit. Dei lib. 1.*

Nullus hominum sic iustitia præditus est, cui non sit necessaria tentatio tribulationis, vel ad perficiendam virtutem, vel confirmandam approbandam. *Augu. contra Faustum.*

Quis non tribulari velit? quis se non maledici desideret, vt meritis Christi voce laudari, & cœlesti copiosaque mercede muneretur? *Hier. epist. ad Heliodorum.*

Nam in hac vita non experimur aduersi? Quas non procellas tempestatesque perpetimur? Quibus non exagitamur incommodis? cuius parcitur meritis? *Ambrosius in libr. de morte Satyri.*

Paupertas, fames, dolor, quæ putantur mala, non solum impedimenta non sunt ad vitam beatam, sed etiam ad meritum adiuuant. Vos dicitur: Beati pauperes spiritu: Beati, qui esuriunt. *Idem lib. de Ioh.*

Quem quis positus in prosperitate diligitur, incertum valde est, vtrum propter opes, an persona diligatur. Amissio enim felicitatis integre vim dilectionis. Nec prosperitas quippe amicum indicat: nec aduersitas inimicum celat. *Greg. l. 7. Moral.*

Vita amplius placet ex aduersitate mala perpeti, quam ex prosperitate terrenæ dispensationis cura fatigari. *Ibidem.*

Illa erit consolatio, si inter flagella quæ patimur, quæ fecimus ad memoram delicta reuocamus, atque hæc iam non flagella, sed delicta conspicimus: si, quæ carnis delectatione peccamus, carnis dolore purgamus. *Greg. in Registro.*

Omnis fortis intentione in Deum dirigitur, quicquid in hac vita fortissimum sit, dulce æstimat: omne quod affligit, requiem putat. *Greg. Moral.*

Dum flagellis temperatur, quum culpa cognoscitur: quia tanto quasi ferramentum medici patientius tolerat, quanto magis putridum conspicit esse quod secat. *Idem lib. 10. Moral.*

Mala vitæ præsentis tanto durius animus sentit, quanto pensare bona quod sequitur, negligit. Nequaquam nos gratia in aduersitate deserit, quia quos nos durius ex dispensatione pecutit, eo amplius pietate custodit. *Ibidem.*

Nunquam est patientiæ virtus in prosperis. Ille autem vere patiens est, qui & aduersis conteritur, & tamen à spei suæ rectitudine non curuatur. *Greg. lib. 11. Moral.*

Autem cor dis tribulatio aperit, quam sæpe prosperitas huius mundi claudit. *Idem 26. Moral.*

Sanctorum mentes æternitatis præmia præstolantes, vires ex adiutoribus sumunt. Quia crescente pugna, gloriosiorem sibi non venire manere victoriam. Electorum desideria, dum premunt aduersitate, perficiunt: sicut ignis flatu premitur vt crescat, & vi quasi extingui cernitur, inde roboratur. *Ibidem.*

Omnis suis Deus flagella permiscet, vt nobis omne, quod nos in seculo delectabit, amarescat: & illud incendium surgat in animo, quo nos semper ad cœleste desiderium inquietet & excitet, atque (vt ita dicam) delectabiliter mordeat, suauiter cruciet, hilariter conturbet. *Greg. super Ezech.*

Spe æternæ hereditatis gaudium sumunt, quod aduersitas vitæ temporalis humiliat. Quia non saluandos in perpetuum cernere videndo sub disciplinæ regimine dispensatio non frenaret. *Greg. in Pastorali. c. 51.*

In omnipotenti Deo tunc certa est fiducia, quando pro bono operantes aduersitas additur: in hoc mundo recipitur, vt pulchrior merces retributione æterna seruetur. *Idem in Registro.*

Multi in hac vita dolores sunt, qui ad amorem cœlestium quotidie impellunt: qui in hoc vehementer solum mihi placent, quia placem in hoc mundo aliquid non permittunt. *Ibidem.*

Nullus perfectus est, qui inter mala proximorum patiens non est. *Greg. super illud Iob 39. Frater fui draconum.*

Nihil iniuste patimur. Carmen in nocte est lætitia in tribulatione. *Gregorius Moralium, 26. super illud Iob 35. Qui dedi carmina in nocte.*

Faciamus de necessitate virtutem, seu voluntatem. Exempli gratia proprium quis amisit filium, substantiam alius omnem & fortunæ bona. Si noueris, quod semel peractum est, nec deleri amplius, nec iubi posse, licebit ex ea insanabili calamitate vtilitatis aliquid comparare, si magno ac virili animo aduersos tuleris fortunæ casus, propter quæ maledictis Domino laudem referas. Hoc pacto, quæ præter tuam obuenerint mala, in voluntatis officium commutabis. *Ioannes Chrysostomus in serm. 18.*

In aduersitatibus tuis non contristeris, in languoribus tuis Deo gratias age. Valere te magis anima opta, quam corpore: valere te magis mente opta, quam carne. Aduersa corporis, remedia sunt animæ. Egritudo carnem vulnerat, mentem curat. Languor vitia excoquit, languor vires libidinis frangit. *Isidorus de summo bono lib. 3.*

Semper Deus hic hos vulnerat, quos ad salutem perpetuam præparat. *Isidor. Soliloquiorum lib. 1.*

Omnia aduersa æquo animo tolera. Dum tibi aliena pericula memoras, mitius portas tua. *Isid. ibidem.*

Discat non murmurare, qui mala patitur, etiamsi ignorat cur patiatur. Per hoc quisque se iuste pati arbitretur, quia ab illo iudicatur, cuius nunquam iniusta iudicia sunt. *Isidorus de summo bono lib. 3.*

Ad virtutes spectat, tribulationes fortiter sustinere: ad sapientiam, in tribulationibus gaudere. Confortare cor suum, & sustinere Dominum, virtutis est: gustare, & videre, quoniam suauis est Dominus, sapientiæ est. *Bernhardus super Cantica. serm. 85.*

Voluntariè Deo sacrificant, qui inter angustias passionum iugiter gratias agunt. *Cassiodorus super illud Psal. Voluntarie sacrificabo tibi.*

Vnde nemini mirum debet videri, si pro nostris delictis sæpe castigamur à Deo. Imo vero, cum vexamur ac premimur, tum maxime gratias agimus indulgentissimo patri, quod corruptelam nostram non patitur longius procedere, sed plagis ac verberibus emendat. Ex quo intelligimus, esse nos Deo curæ, quibus, quoniam peccamus, irascitur. *Lactantius lib 3. c. 25. diuinarum institut.*

Beatus est igitur sapiens in tormentis: sed qui torquetur pro fide, pro iustitia, pro Deo, illa patientia doloris beatissimum facit. *Lact. lib. 3 diuin. institut.*

Nemo dubitat, qui timidi & imbecillis sit animi, aut dolorem metuere, aut egestatem, aut exilium, aut carcerem, aut mortē. Quæ omnia quisquis non exhorruit, fortissimus iudicatur. Qui autem Deum metuit, ille vniuersa non metuit, ad quod probandum, opus argumentis non est. *Idem lib. 6. diuin. instit.*

¶ Poetarvm Sententiae.

Virgilius Æneidos.

Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Quid. lib. vlt. Metamorph.

Nec enim fortuna quærenda
Sola tua est: similes aliorum respice casus:
Mitius ista feres.

Quid. Trist. lib. vlt. eleg. 13.

Contudit ingenium patientia longa malorum,
Et pars antiqui nulla vigoris adest.

Iuuenal. Satyr. 13.

Dicimus autem
Hos quoq; felices, qui ferre incommoda vitæ,
Nec tactare iugum vita didicere magistra.

Ter. in Phorm.

Vnum hoc scio:
Quod sors feret, feremus æquo animo. D. Placet,
Heus, istuc viri est officium.

Sil. Ita. in lib. 10. bell. Pun.

Hos mulcens quæstus Fabius, deforme docebat
Cladium trahi, vulgumq; arcebat ab ira.
Aduersis etenim frangi non esse virorum.

Horat. Od. 7. lib. 2.

Qui Martem inscribant genti, non posse dolores
Condere, & ex pœna solatia poscere luctus,
Albus vt obscuro detergeat nubila cælo
Sæpe notus, nec parturit imbres
Perpetuos: sic tu sapiens finire memento
Tristitiam, vitæq; labores

Ouid. 2. Metam.

Aspera crescit hyems, omniq; à parte feroces
Bella gerunt venti, fretaq; indignantia miscent.

item infrà

His votis numen adorat

Idem lib. 3. Fast.

Vincitur ars vento, nec tam moderator habenis
Vtitur, at votis is quoq; poscit opem.

Idem 1. Trist.

Dij maris & cœli (quid enim nisi vota supersunt?)
Parcite quassatæ soluere membra ratis.

Idem ibidem.

Ipse gubernator tollens ad sydera palmas,
Exposcit votis immemor artis opem.
Quodcunq; aspexit, mihi est nisi mortis imago.
Quam dubia timeo mente timensq; precor.

Lucan. lib. 9. bell. ciuil.

Serpens, sitis, ardor arenæ
Dulcia virtuti gaudet patientia duris.
Latius est, quoties magno sibi constat honestum.

Ouid. 4. de Pont.

Dum mea puppis erat valida fundata carina,
Qui mecum velles currere primus eras.
Nunc quia contraxit vultum fortuna, recedis.
Auxilio postquam scis opus esse tuo.

Tempore sic duro est inspicienda quies.
Dum tuuat & vultu rider fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur vlli
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.

Idem 3. Trist.

O mihi chare quidem semper, sed tempore duro
Cognite, res post quam procubuere meæ.
Vt cecidi, cunctis q; metu fugêre ruinam,
Versaq; amicitiæ terga dedere meæ.

Senec. in Agam.

Fidem secunda poscunt, aduersa exigunt.
Aduersitas improuisa grauior.

Seneca in Herc. fur. tragœd. 1.

Quod durum fuit pati,
Meminisse dulce est.

Seneca tragœd. 6.

Fletus ærumnas lenat.

Seneca ibidem.

Aequior casum tulit, & procellas,
Mille qui vento pariter carinas
Obrui vidit, tabulaq; littus
Naufraga sparsi.

Ter. in Phorm.

Incertum est quid agam, quia præter spem; atq; incredibile hoc mihi obtigit. Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere. Quamobrem omnes cum secundæ res maxime: tum maxime meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferat,
Pericla, damna, exilia.

Ouid. 5. Trist.

Scilicet aduersis probitas exercita rebus
Tristi materiam tempore laudis habet.
Si nihil infesti durus vidisset Vlysses,
Penelope felix, sed sine laude foret.

Idem 1. Trist.

Scire meos casus si quis desideret omnes,
Plus quam quod fieri res sinit, ipse petit.
Tot mala sum passus, quot in æthere sydera lucent,
Paruaq; quot siccus corpora pulvis habet.
Multa incredibili tulimus maiora, ratamq;
Quamuis acciderint, non habitura fidem.
Pars etiam quædam mecum moriatur oportet.
Meq; velim possint dissimulante tegi.
Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset,
Pluraq; cum linguis pluribus ora forent.
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Materia vires exuperante meas.

Idem 4. Trist.

Meq; tot aduersis cumulat, quot littus arenas,
Quotq; fretum pisces, ouaq; piscis habet.
Vere prius flores, æstu numerabis aristas,
Poma per autumnum, frigoribusq; niues,
Quam mala, quæ patior, toto iactatus in orbe,
Dum miser Euxini littora sæua peto.

Idem 5. Trist.

Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,
Quotve soporiferum grana papauer habet:
Syluas feras quot alit, quod piscibus vnda natatur,
Et tenerum pennis aera pulsat auis:
Tot premor aduersis, quæ si comprendere coner,
Icaria numerum dicere coner aquæ.

Mar. lib. 2. epist. 9.

Rebus in angustis facile est contemnere vitam:
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Faustus.

Perfer Vlyssæo sortem de more siniſtram:
Hac bene duranti sub pede victa iacet.

Idem:

Casibus aduersis fracta qui mente recumbit,
Fortuna ignorat dexteriore frui.

Pictorius Poëta ad Polyxenam,

Sæpe vides alio aliis accedere ventos,
Ingerere & fluctus sese alios alios.
Rebus in humanis sic a duris dura videmus
Subnecti, didicit qui tolerare sapit.
Si petis hæc quorsum tibi, chara Polyxena dicam:
Vt quod commune est omnibus, haud doleas.

Boëth. l. 4.

Quisquis compositus serenus æuo,
Fatum sub pedibus egit superbum,
Fortunamq; tuens stramq; rectus,
Inuictumq; potuit tenere vultum:
Non illum rabies, minæq; Ponti
Versum funditus excitantis æstum,
Aut telas Iouis ferre parres
Ardentis dextra fulmina nouebit.

Euripides in Medea.

Κέφως φέρειν χρὴ θνητὸν ὄντα συμφοράς.
Leniter ferre oportet mortalem existentem calamit

Archilochus apud Hilæum.

Τοῖς θεοῖς τίθει πάντα, πολλάκις μὲν κακῶν
ἄνδρας ὀρθοῖσι, μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί.
Πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι, καὶ μάλ' ἐν βιοκτάσι
Τυπτίοις κινοῦσ', ἔπειτα πολλὰ γίνεται κακά,
Καὶ βίᾳ χρὴ ζωὸν πλανᾶται, καὶ νόου παιέχοος.
Omnia Dijs fer accepta, sæpe ex rebus aduersis
Homines erigentibus, in atra iacentes terra:
Sæpe etiam supplantantibus: qui & firmiter stante
Supinos sternunt, deinde multa eueniunt mala.
Et victus inops oberrat, & mente motus.

¶ Philosophicae Sententiae.

In omni aduersitate fortunæ infelicissimum genus inf
est, fuisse felicem. *Boet. Philos. consol lib. 2. prosap. 4.*

Quisenim est tam compositæ felicitatis, vt non aliqua e
cum statu sui qualitate rixetur? Anxia enim res est huma
conditio bonorum, vt quæ vel nunquam tota prouenia
quam perpetua subsistat. Hinc census exuberat, sed est pud
gener sanguis. Hunc nobilitas notum facit, sed angustia re
haris inclusus, maliet esse ignotus. Ille vero vtraque circu
vitam cœlibem deflet: ille nuptiis felix, orbus liberis, alien
sum nutrit hæredi. Alius prole lætatus, filii filiæve delictis
stus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortunæ suæ cond
concordat. Inest enim singulis, quod inexpertus ignoret, & ex
exhorreat. *Ibidem.*

Adde, quod felicissimi cuiusque delicatissimus sensus est,
ad nutum cuncta suppetant, omnis aduersitatis insolens, m
quibusque prosternitur. Adeo perexigua sunt, quæ fortunati
summam beatitudinis detrahunt. *Ibidem.*

Cogitanda ergo sunt omnia, & animus aduersus ea; qua
sunt euenire, firmandus: ex illa, tormenta, morbos, bella, nau
meditare. *Seneca epist. 93.*

Quis vir est, qui non est erectus ad honesta? qui non est la
iusti appetens? qui non ad officia cum periculo paratus? *Senec
de Prouid.*

Nihil infelicius (ait Democritus) eo, cui nil aduenit vnquan
uersi, non licuit illi se experiri, vbi ex voto illi fluxerunt omn
ante votum. Male tum de illo Dii iudicauerunt. Indignus visus
quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignobilissimum quem
refugit, contumaciſſimum, id est, fortiter obuiantem quemqu
& rectissimum, aggreditur, aduersus quem vim suam intend
gnem experitur in Mucio, Paupertatem in Fabricio, Exilium i
tilio, Tormentum in Regulo, Venenum in Socrate, Mortem in
tone. *Idem.*

Miserum te esse iudico, qui nunquam fueris miser, traxisti
aduersario vitam. Nemo scit, quid potueris, neque tu quidem
Opus enim est ad sui notitiam experimento. Quid quisque po
non nisi tentando didicit. *Seneca ibidem.*

Non omnino Diis exosos esse, qui in hac vita cum ærumn
varietate luctantur: sed esse arcanas causas, ad quas paucorum
terit venire curio. *Macr. lib. 1. Sat.*

Neque fecundarum rerum prouentu insolenter abuti, nequ
uersis propere debilitari oportet. *Val Max. lib. 8.*

Omnino fortis animus & magnus duabus rebus maxime ce
tur, quarum vna in rerum externarum disjicientia ponitur, nu
neque homini neque perturbationi animi, neque fortunæ iucc
bere. *Cic. 1. Offic.*

Magnanimi est, neque secundis rebus insolescere, neque d
aduersis. *Idem.*

¶ Apophthegmata.

Darius Xerxis pater dicere solebat, se præliis ac rebus asp
reddi prudentiorem, vt aurum crebris ignibus redditur pur
Xenophon.

*Vide Felicitas, Infelicitas, item Fortuna, Sors, Tribu
tio.*

Adulatio.

¶ Definitio. et etymol.

Adulatio, Græce κολακία ας ἡ: & κόλαξ ακος, ὁ, adulator dic
tur. Et est fallaci laude seductio secundum Augustin. sup
Psalmos. Adulatio est excessus delectandi alios verbis vel f
ctis. *Secundum B. Thom. secunda Secundæ, q. 115. art. 1.*

Adul

Adulatio est peccatum ex sermone vanæ laudis alicui exhibitæ intentione complacendi. Laudare enim aliquem, de quo non est laudandus, vel plus quam est laudandus, vel non eo fine, quo fieri debet, peccatum est. *Secundum Alexandrum secunda Secundæ, tractatu de adulatione.*

Adulatio, inquit auctor Etymologici trilinguis, à Lugdunensi Basilio anno 1607. à laudando, per metathesin dicitur. In os enim adulator homines laudare solet. Festum Pompeium astipulatorem habuit. Profligandum enim & exterendum apud eum ludendi vocabulum censeo, potius quam retinendum. Et si à canum adulatorum moribus ortum videatur hoc nomen, qui adblandiendi gratia dominis voce, gestuque caudæ, imo corporis totius Græcis dicuntur σαίνειν. Sit ergo adulatio, quasi allaudatio dicta. Hebr. vero Halak, id est, partitus est blande, & *Kekalik*, blanditus est, unde *Halakkoth*, adulationes, blanditiæ, vocibus Græcis originem dedisse arbitror. Alia obseruatu digna vide in eodem Etymologico.

Adulatio est peruersa laudatio, & videtur nomen sumptum à cane. Canes enim, quorum mira est adulatio, fere exprimunt hunc sonum. Vel dicatur, quod adulor verbum (quod est voce magis fauorem capio) dicitur quasi adaulor, quod hoc in aulis maxime fieri soleat. Sunt tamen, qui hoc à Græco deriuatum arbitrentur, hoc est, ἀπὸ τοῦ ἑλίττειν, quod est inseruire, & ἕλος, ους, ὁ, palus. Veteres etiam aulas dixere, quas nunc dicimus ollas. Vnde Plautus fabulam suam ab aula, hoc est, olla, inuenta, aululariam nominauit. Adulor & Adulo vsurpatum legimus. Valerius Maximus, Dionysium adulares, ista non esses. Imo, inquit, si ista esse vellet, Dionysium non adulares. Et teste Prisciano, datiuo & accusatiuo iungitur, producitque du syllabam. Iuuenalis? Quid quod adulandi gens prudentissima laudat Sermonem indocti, faciem deformis amici. *Lucretius lib. 5. Longe alio pacto gannito vocis adulat.*

Adulatio est peccatum ex sermone vanæ laudis alicubi, exhibitæ animo ac intentione placendi: vel est excessus delectandi alios verbis & factis: atque dicta παρὰ τὸ ἑλίττειν, quod est inseruire & turpi gratiam, quod censetur seruile & turpe. *Cicer. 2. Quæstio. Tusc.*

Adsentatio est ars, quæ docet nosse sermones, & proferre accommodos, eaque facere, per quæ in familiaritatem adiungitur; qui semet quam beneuolentissimum suo alumno esse ostensurus sit.

Κορυδίζειν verbum adulatoribus congruere, vbi subblandiendo floccos pilosque ex vestibus legunt, quos vocant Græci κορυδάς, item γναφάλια & τύλας. ex quo elegantissime Galenus Phrenetidos signa commonstrans, esse in iis, inquit, ftultam manuum iactationem, καὶ κορυδισμὸν καρφολογίαν, id est, Crocidismum, & Carphologiam, id est, festucarum collectionem. Crocylia vero nomen ciuitatis est. Scribunt Græci, κνιζοπαίζειν esse adulatorum verbum, item proprium, translatione tamen à brutis ducta, quæ cauda motantia, quam dicunt κέρκον, subblandiri assueuerint: id vero nostris literis cercopillare recte dicetur. Fuisse iuniori Dionysio adulatores legimus plures, quos etiam plerique Dionysiocolacas nominant: hi primum se non acute admodum videre assimulabant, quia ita afficeretur Dionysius. Expuenti quoque faciem obiiciebant, quam is conspueret: nec satis: superfluitates oris collambebant etiam, quæ euomuisset, melle dulciora videri asseuerantes. At Apollophanes Antigoni adulator, illius dicebat fortunam ἀλεξανδρίζειν.

Sunt, qui ex adulandi gestu adulatorem nunc Paranchonisten, nunc Schematotechen nuncupent: quoniam sit propemodum Proteus quidam. Et Psomocolax legitur quandoque in veteribus libris. Esse is videtur, qui panis ac bucellæ gratia, quam vocant Psomon: passim abblanditur. Qui vero etiam plagis pati potest, Psomocolapham, opinor, recte dixeris. Nam & colax identidem sibi nomen vendicat, quoniam cibum etiam colon vocent, vnde & Bucolos: quin Cœlia quoque, id est, venter. hinc originem ducit.

Cyprias vero mulieres assentandi artificio pernobiles, cum in Syriam transmisissent, Climacedas legimus nuncupatas: quoniam acclinatæ currum inscensuris Regum vxoribus gradum struerent, ac velut scalam arrigerent, quam vocant Climaca. Cœlius lib. 7. cap. 13. Basilius Magnus in commendatione fol. 365. quam de Gentilium librorum lectione concinnauit, scite admodum & docte Polypum vocat adulatorem, cuius verba mollia feriunt interiora ventris. Nam, vt inquit, polypus ad speciem subiecti soli colorum permutat, consimiliter & assentator ad voluptatem audientium variabit sententiam.

¶ Divisio.

- Adulatio *oppositum amicitiæ vel affabilitatis, peccatum. B. Thom. secunda secundæ, quæst. 95.*
  - *Mortale tripliciter.*
    - *Quum aliquem laudamus de aliquo peccato mortali. Esaiæ 5. Væ, qui dicitis malum bonum.*
    - *Quum quis adulatur alicui, vt ei fraudulenter noceat corporaliter, vel spiritualiter. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula blandientis. Prou. 27.*
    - *Quum quis adulatione sua alteri occasionem dat mortaliter peccandi.*
  - *Veniale tripliciter.*
    - *Quum exceditur laudando, sola auiditate placendi vel delectandi.*
    - *Quum exceditur, vt euitetur aliquod malum sine alterius detrimento.*
    - *Quum exceditur, vt consequamur in necessitate aliquid bonum sine alterius detrimento.*

¶ Biblici Loci.

Adulatio. res mala, ideo detestanda, *Psal. 12. 4. Prou. 24. 28. & 26. 24. & 28. 23. Eccles. 6. 6. Matth. 11. 7. & 12. 20. & 14. 5. & 18. 19. Rom. 9. 4. & 12. 18. & 16. 18. 1. Cor. 4. 21. & 5. 7. & 11. & 2. 17. Gal. 6. 12. 1. Thess. 2. & 2. 5.*

¶ Sententiæ Biblicæ.

Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. *Psal. 10.*

Oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum, *Psal. 140.*

Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, *Prou. 1.*

Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. 16.

Qui dicunt impio, iustus es, maledicent eis populi. 24.

Qui benedixit proximo suo voce grandi de nocte consurgens, ei maledicti similis est. 27.

Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula blandientis. *Ibidem.*

Quomodo probatur in conflatorio aurum, & in fornace argentum, sic probatur homo ore laudantis. *Ibidem.*

Qui derelinquunt legem, laudabunt impium. 28.

Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis quam ille qui per blandimenta decipit. *Ibidem.*

Melius est à sapiente corripi, quam stultorum adulationibus decipi. *Eccl. 7.*

Non laudes virum in specie sua. *Eccl. 11.*

Et qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. *Ibidem.*

Populi mi, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. *Esa. 3.*

Væ, qui iustificatis impium. *ibid. 5.*

In ore suo pacem loquitur cum amico suo, & occulte ponit ei insidias. *Ierem. 9.*

In malitia sua lætificauerunt Regem & mendaciis suis principes. *Oseæ 7.*

An quæro hominibus placere? *Gal. 1.*

Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis. *1. Thess. 2.*

Iuda, osculo filium hominis tradis? *Lucæ 22.*

Simulator ore decipit amicum sum. *Prou. 11.*

Qui dissimulat iniuriam, callidissimus est. *Prou. 12.*

¶ Patrvm Sententiæ.

Adulatio est fallaci laude seductio. Duo sunt genera persecutorum, scilicet vituperantium & adulantium: sed plus persequitur lingua adulatoris, quam manus persequentis. *Aug. super Psal. 59.*

Falsa laus adulatoris & simulata dilectio mentes à rigore veritatis emollit. *Aug. ibid.*

Sicut sumenda sunt amara salubria, ita semper vitanda est perniciosa dulcedo. *Aug. de doct. Chr.*

Sicut adulantes amici peruertunt, sic inimici litigantes plerunq; corrigunt. *Aug. 9. 1. confessio.*

Adulantium linguæ ligant homines in peccatis, delectat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudatur operator. *Aug. super Psal. 9.*

Magis optabo à quolibet reprehendi, quam ab adulante laudari. Nullus enim reprehensor formidandus est amatori veritatis. Laudator vero errat & confirmat errorem. *Aug. 9. de Trinitat.*

Adulatio fallax crudelis est. *Aug. l. 2. cont. lit. Petil.*

Emolliri adulationibus non solum fortitudinis non esse, sed etiam ignauiæ videtur, *Amb. l. 2. de offic.*

Beata mens quæ nec adula
nec decipit alterum, nec ipsa
nec aliquando patitur. *Hier.*

Nimis peruersæ ſeipſum amat, qui & alios vult errare, vt error ſuus lateat. Quanto enim melius & vtilius vbi ipſe errauit, alii non errant, quorum admonitu errore careant. Vos qui me multum diligitis, ſi talem me aſſeritis, vt nunquam me in ſcriptis meis erraſſe dicatis, fruſtra laboratis, non bonam cauſam ſuſcepiſtis: facile in eo, me ipſo iudice, ſuperamini. Quoniam non mihi placet, cum à chariſſimis meis talis eſſe exiſtimor, qualis non ſum. Profecto non me, ſed pro me alium ſub meo nomine diligunt, ſi non, quod ſum, ſed quod non ſum, diligunt. *Augu. in epiſt. ad Marcellam.*

Leuius non debet putari, quod gladio minante, quam quod lingua inſidiante committitur. *Auguſt. de Baptiſmo contra Donatiſtas.*

Mihi videtur omne mendacium eſſe peccatum. Sed multum intereſt, quo animo, & de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim ſic peccat, qui conſulendi, quomodo qui nocendi voluntate mentitur. *Auguſt. in Enchiridion lib. 2.*

Non eſt mentiendum quinto genere, quia nec ipſa veritas placendi cauſa hominibus enuntianda eſt, quanto minus mendacium: quod per ſeipſum quia mendacium eſt, vtique turpe eſt. *Aug. lib. de mendac. & habetur 22. q. 2. Primum. §. Non eſt.*

Quisquis autem eſſe aliquod genus mendacii, quod peccatum non ſit, putauerit, decipiet ſemetipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitretur aliorum. *Augu. lib. de mendac. & habetur 22. q. 2. Primum.*

Adulatores ſunt hoſtes, & ſcintillæ Diaboli. *Hieronymus ſuper illud prouerbiorum c. 1. Si te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis.*

Notandum eſt, quod dicuntur verba ſapientum pungere, non palpare: nec molli manu attrahere lachrymam: ſed errantibus tardis pœnitentiæ dolores, & vulnus infigere. Si cuius igitur ſermo non pungit, ſed oblectationem facit audientibus, iſte ſermo non eſt ſapiens *Hieronymus ſuper illud Eccleſiaſtici: Verba ſapientum quaſi ſtimuli.*

Hæc eſt conditio veritatis, vt eam ſemper inimicitiæ perſequantur, ſicut per adulationem pernicioſæ amicitiæ comparantur. Libenter enim, quod delectat, audimus, & offendit omne, quod nolumus. *Hieronymus ſuper illud Gal. 4. Ego inimicus vobis ſum factus verum dicens.*

Hoc intelligendum eſt, quod tantæ paupertatis fuerit Chriſtus, & ita nulli adulatus ſit, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem, nullam inueniret manſionem. *Hier. ſuper Matth. lib. 1.*

Nonne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in Dialectica arte torquetur: qui Phyſicus perſcrutator, oculos trans cœlos leuat & vltra profundum terrarum, & abyſſi quoddam inane demergitur: qui iambum feruet: qui tantam metrorum ſyluam in ſuo ſtudioſius corde diſtinguit & congerit. & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas, & nefas quærit: qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat; quas in momento, cui ſit relicturus, ignorat? *Hieronymus ad Damaſum Papam de filio prodigo, & habetur diſtinct. 37. Nonne vobis.*

Iſto maxime tempore regnat vitium adulationis: quodque eſt grauiſſimum, quia humilitatis ac beneuolentiæ loco ducitur, ita fit vt qui adulari neſcit, aut inuidus aut ſuperbus reputetur. *Hieron. ad Celantiam.*

Rumuſculos, & guloſos, & palpantes adulatores quaſi hoſtes fuge. *Hier. ibid.*

Natali ducimur malo & adulatoribus noſtris libenter fatemur: & quanquam reſpondeamus nos indignos, & calidus rubor ora perfundat, tamen ad laudem ſuam anima intrinſecus lætatur. *Hier. in epiſt. ad Dabimianum.*

Nihil eſt quod tam facile corrumpat mẽtes hominum, ſicut adulatio, plus enim nocet lingua adulatoris, quam gladius perſecutoris. *Hier. ſuper Pſal.*

Non ſic adulandum eſt principibus, vt ſanctarum ſcripturarum veritas negligatur, nec generalis increpatio vnius perſonæ iniuria eſt. *Hier. ſuper Iſa. l. 7.*

Ne credas laudatoribus tuis, imo irriſoribus aurem ne libenter accommodes, qui quum te adulationibus foouerint, & quum te impotentem mentis effecerint, ſi ſubito reſpexeris, deprehendes poſt te colla incuruari, aut manu auriculas agitari aſini, aut æſtuantem canis protendi linguam. *Hieronymus in epiſt. ad Ruſticum.*

Nos ad patriam feſtinantes, mortiferos Sirenarum cantus ſurda aure tranſire debemus. *Hier. in quadam epiſt. ad Greg. hom. 12. ſuper euang.*

Quisquis male viuentibus adulatur, puluillum ſub capite iacentis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fulcitus laude quieſcat. *Greg ſuper Eze. hom. 11.*

Adulatio ſi ad tempus patienter ſuſcipitur, augetur, & pauliſper demulcet animam, vt angore ſuæ certitudinis inoleſcat in dilectione ſermonis: ſed creſcere valeat: ſtatim quum fit, ſine mora finienda eſt. *Greg. ibid. ſuper Ezec.*

[illegible] *Bern. ſuper Cant.*

Adulator omnis virtutis inimicus eſt, & quaſi clauum ſi[n]
culos illius, cum quo ſermonem conſerit: eoq; magis cauen[t]
quo ſub amantis ſpecie nocere non deſinit: donec rationis ob[t]
acumen, & modicum illud luminis, quod adeſſe videbatur,
guat. *Io. Chry. in Polycratio. lib. 3.*

Et, ſicut finis oratoris eſt, dictione perſuaſiſſe: & Medici,
cina curaſſe: ſic adulatoris eſt finis ſuauiloquio decepiſſe. *Chr[y]*
mus.

Adulari eſt ſeductorum. *Idem Epiſt. ad Theſſ. hom. 2.*

Cum aliquis actus moribus populi, vt placeat eis, quibus
pruriunt, loquitur, quæ gratanter accipiant, loquitur quæ
ſunt voluptati, talis magiſter conſuit cerucalia ſub omni
manus. *Orig. ho. ſuper Eze.*

Qui ad voluntatem meditata deportant, & illa ſemper in[o]
quæ delectent potius audientes, quam conuertant à vitiis, f[a]
velamina ſuper caput. *Orig. ibid.*

Ipſa peccati nutrix adulatio, quæ ſicut oleum flammis ac
pa ardentibus ſolet adminiſtrare fomentum. *Beda ſuper L[u]*
lib. 1.

Adulator eſt, qui tacet & dat conſenſum, ne offendat illum
credit habere propitium. *Ibidem.*

Adulator amicus in obſequio, hoſtis in animo, comptus i[n]
bo, turpis in facto, lætus ad proſpera, fragilis ad aduerſa, inſta[n]
obſequia, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia, faci[l]
humana, difficilis ad honeſta. *Hugo de ſanct. Victor.*

Oleum peccatoris, eſt dilectio ſimulata verborum, quæ a
tionibus & blandimentis noſtras mentes velut olei pinguedo, l[a]
ter ingrediens, rigorem veritatis emollit, & ad noxias cogita[t]
amoris ficti, vel potius oſtentationis perducit. *Caſſiod. ſuper*
Pſal. oleum peccatoris non imping.

Ficti adulatores quum cœnas diuitum captant, nihil prius
tantur, quam illud quod putat gratiſſimum auditoribus fore:
nec aliter impetrabunt quod petunt, niſi quasdam inſidias au[t]
fecerint. *Caſſio. in quadam epiſtola.*

Adulatio blanda omnibus applaudit, omnibus ſalue dicit,
digos vocat liberales, auaros, parcos & ſapientes: laſciuos cu[m]
garrulos affabiles, obſtinatos conſtantes, pigros maturos & g[r]
hæc iagitta leuiter volat, & cito infigitur. *Ibid.*

Vitiis ſemper ſeruiunt blandimenta, lenocinantur dulcia
ctis, virtutibus vero auſtera & fortia ſunt amica. *Petr. Rauen*
quodam ſermone.

Eliminat a palatiis adulatio veritatem, illi ſoli in magiſtra
gratiam admittuntur, qui palpant blanditiis, & aures ſan
bulas calice Babylonis inebriant. Bene cum magiſtratibus a
tur, ſi ſerent inter adulationem & laudem diſtinguere. Sed
ca laudis ambitio plus credens alii de ſeipſo quam ſibi, vtru
recipit indiſtincte. Amplant eos beneficiis, quos torque
buerunt, & a præſumptione adulandi ſupplicus terrere. M
ciſſimus detractor in abſentia nihil principaliter proponit
quod placere exiſtimat. Verba oris eius, iniquitas & dolus
enim tal correctionis in omni ſacrificio acceptetur à Do
mel in omni ſacrificio reprobatur. *Petr. Rauenn. in quada*
ſtol.

Sunt nonnulli, qui, dum malefacta hominum laudibus eſſ
augent, quæ increpare debuerant. Hinc enim per Propheta
tur: Væ his, qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus
ciunt cerucalia ſub capite vniuerſæ ætatis. Ad hoc quippe ſu
to puluillus, vel cerucal ſub capite iacentis ponitur, vt m
quieſcat. Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillu
cubito, vel cerucal ſub capite iacentis ponit: vt qui corripi ex
debuerat, in ea fultus laudibus molliter quieſcat. *Greg. l. 18. c.*
ral. & habetur diſtinct. 46. Sunt.

Inter verba laudantium ſiue vituperantium ad mentem ſ
recurrendum eſt: & ſi in ea non inuenitur bonum, quod de
dicitur, magnam triſtitiam generare debet. Et ruiſum ſi in e
inuenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in ma
debemus lætitiam proſilire. Quid enim ſi non omnes lauda
conſcientia liberos nos demonſtret? habemus Paulum dicc
Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Iob
que dicit: Ecce in cœlo teſtis meus. *Idem. & habetur 11. qu. 3.*
verba.

Sunt plurimi, qui vitam bonorum fortaſſe amplius, quar
bent, laudant: & ne qua elatio de laude ſubrepat, permittit o
potens Deus malos in obtrectationem & obiurgationem pro
pere, vt ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab o
tuperantium ſuffocetur. Hinc eſt, quod Doctor gentium ſe in
dicatione currere teſtatur, inter infamiam & bonam famam: q
iam dicit: Vt ſeductores & veraces. *Idem & habetur 6. qu. 1.*
plurimi.

Huius peſtis peſtilentia percutiunt principum literales,
tini canes, adulationis artifices, fabri laudis, figuli falſitat[is]

uba in diuitum auribus
foras eructant, qui, vt e-
ationis inungunt, præla-
lauinaria latendum subijciunt, qui ab eorum pallio-
uum pulueren excutiunt, aut vestem fictitiæ deplumant
lem. *Alanus de complanctu naturæ.*
enes munera, laudes: penes dona fauores: penes pretium
is famæ blandimentis constituunt. *Ibidem.*
dulationis vnctio, nisi donorum emunctio? Quid com-
onis allusio, nisi prælatorum delusio? Quid laudis arrisio,
bidem derisio? *Ibidem.*
ctores à voluntate, vultum: ab animo verbum: à mente
: ab intellectu, loquelam amplo dissensionis interuallo
at. Plerunque enim exterius plausabiliter applaudendo
as, quos interius contradictoria derisione defraudant. Fo-
pplaudunt virginea: intus scorpionis pungunt aculeo:
lationis mellitos compluunt imbres, intus detractionis
tempestates. *Ibidem.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Homerus in I. Iliad.

χθρος γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν
ὸς τέτρομαι κεύθει ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δ' ἐνὶφάσθαι. id est,
osus mihi ille velut inferni porta,
s aliud quidem occultum habet in mentibus, aliud verò
ore profert.

Euripides in Hippolyto.

ν' ὅστ' ὀνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας,
ους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι id est,
e est quod mortalium ciuitates bene habitatas,
mosq; destruit, grati valde sermones.

Idem ibidem.

γάθ' τι τοῖσιν ὦσι τερπνὰ δεῖ λέγειν,
λ' ἐξ ὅτου τις ὠφελὴς γένοιτ' ἂν id est,
n enim, aures quæ mulceant, loqui oportet,
t ea, ex quibus celebris aliquis fieri queat.

Phocylides.

ὸ τέτρωσο κεύθης κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγόρευε, id est,
is aliam occultare in corde sententiam, & aliam pro
ferre.

Plautus in Asinaria.

monstro est, quando qui sudat, tremit.

Martial. Epigram lib. 2. ad Naficam.

uitas tunc me quum scis, Nasica, vocatum,
Excusatum habeas me rogo: cœno domi.

Martial. Epigram. lib. 1. ad Gargilianum.

unera quod senibus, viduisq; ingentia mittis,
Vis te munificum Gargiliane vocem?
didius nihil est, nihil est te spurcius vno,
Qui potes insidias dona vocare tuas.
audis fallax indulget piscibus hamus,
Callida sic stultas decipit esca feras.
uid sit largiri, quid sit donare docebo,
Si nescis: dona Gargiliane mihi.

Martial. Epigram. lib. 12. in Pontilianum.

lentiris, credo: recitas mala carmina, laudo:
Cantas, canto: bibis, Pontiliane, bibo.
ludis, dissimulo: gemma vis ludere, vincor.
Res vna est sine me quam facis, & taceo:
lt tamen omnino præstat mihi mortuus, inquit,
Accipiam bene te nil volo, sed morere.

Horat. epistolar. lib. 1. epist. 17.

u recte viuis, si curas esse, quod audis,
ctamus iampridem omnes te Roma beatum.
d vereor ne cui de te plus quàm tibi credas,
neue putes alium sapiente bonoq; beatum,
eu sit populus sanum recteq; valentem
ffligat, occultam febrem sub tempus edendi
ssimules, donec manibus tremor incidat vnctis,
ulcerum incurata pudor malus vlcera celat.

Iuuenal. Satyr. 3.

uid, quod adulandi gens prudentissima: laudat
rmonem in docti, faciem deformis amici,
t longum inualidi collum cernicibus æquat
erculis, Antæum procul à tellure tenentis.
turatur vocem augustam qua deterius nec
le sonat, quo mordetur gallina marito.

Ibidem.

Rides? maiore cachinno
ncutitur: flet, si lachrymas conspexit amici,
ec dolet: igniculum brumæ si tempore poscas,
ccipit Endromidem: si dixeris, æstuo, sudato

Iuuenal. Satyr. 4.

Nihil est quod credere de se
n possit, cum laudatur dijs æqua potestas.

Persius Satyr. 1.

Non si quid turbida Roma
Eleuet, accedas examenue improbum in illa
Castiges: trutina, nec te quæsiueris extra.

Ibidem.

Sed recti finemq; extremumq; esse recuso
Euge tuum, & belle: nam belle hoc excute totum.
Quid non intus habet?

Ibidem.

Et verum inquis, amo, verum mihi dicito: dic me.

Ibidem.

O Iane, à tergo quem nulla iconia pinsit,
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,
Nec lingua tantum sitiat canis Appula, tantum,
Vos ô patritius sanguis, quos viuere fas est,
Occipiti cæco posticæ occurrite sannæ.

Eunuch. Terent.

Omnia habeo, nec quicquam habeo: nihil cum est, nihil de-
fit tamen.
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum vo-
lunt,
Nec sunt: hos sector: hisce ego non paro me, vt irrideant:
Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror simul:
Quicquid dicunt: laudo: id rursum si negant, laudo id
quoque:
Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperaui egomet mihi
Omnia assentari. Is quæstus nunc est multo vberrimus.

Ex Eclog. B. Mantuani.

Est & apud Reges rudis, inuida, rustica turba,
Mimus, adulator, lano, assentator, adulter,
Histrio, scurra, quibus virtus odiosa: poetas
Mille modis abigunt: vt quando cadauera cornix
Inuenere, fugant alias volucresq; feras q;.

Antholog. sacr. Iacob. Bill.

Lingua assentatrix vitium peccantis acuuat,
Et delectatum crimine, laude ligat.
Nulla sit vt lapso reparanda cura salutis,
Blanditur sonti dum male suasus honor.
Libera sit potius vox correctoris amici,
Serpere nec fibris cæca venena sinat.
Nec credens medici verbis fallacibus æger
Noxia laudata vulnera pestis amet.

Ibidem.

Non inter cicures palpone nocentior vlla est
Bellua, nec quæ plus gignat in orbe mali.
Vix etenim est vllus, cui non per verba propinet,
Quæ mage sint ipso dulcia melle necem.
Ac licet extincto coruus se corpore pascat,
Corporibus viuis abstinet ille tamen.
Sauior at contra palpo nece parcit ademptis:
At viuos blandis morsibus vsque petit.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Φθόνος κολακίην μὲν ἐεργάζεται, οὐνομα δ' οὐκ ἔχει.
Metus adulationem parit, sed beneuolentiæ expers est. *Democrit.*
Διόρα καὶ τοὺς τίχῃ κολακεύοντας, καὶ τοὺς μετ' οὐνοίας θεραπεύοντας ἵνα
μὴ πλείοι οἱ πονηροὶ τῶν χρηστῶν ἦσιν.
Discerne fraudulentos adulatores ab ijs, qui per beneuolentiam te colunt: ne mali bonis præferantur. *Isocrat.*
Εὐλογεῖν τὰ καλῶς ἔχοντα καλόν. τὸ γὰρ ἐπὶ φλαύροισι, λίθοβολον
καὶ ἀπατεῶν ἔργον.
Recte facta collaudare, honestum est: mala verò laudibus vehere, adulterini animi ac impostoris est. *Democrit.*

A turba, quantum potes, te separa, ne adulatoribus latus præbeas. Artifices sunt ad capiendos superiores, par illis etiam, si bene caueris, non eris. Sed mihi crede, si capiaris, ipse te trades. Habent hoc in se naturaliter blanditiæ, etiam quum reijciuntur, placent: sæpè exclusæ nouissimè recipiuntur: hoc enim ipsum imputant, quod repellunt, & subijci quidem nec contumeliæ possunt. *Senec. in epist.*

Citò nobis placemus, si inuenimus, qui nos bonos viros dicant, qui prudentes, qui sanctos. Non sumus modica laudatione contenti, quicquid in nos adulatio sine pudore congessit, tanquam debitum prendimus; optimos nos esse & sanctissimos affirmantibus assentimur, cum sciamus sæpè illos mentiri. Adeo quoque indulgemus nobis, vt laudari velimus in id, cui contra tamen maximè facimus. *Senec. 60. epist.*

Alexander, cum in obsidione cuiusdam vrbis circuisset muros, ictu sagittæ percussus, quum represso sanguine sicci vulneris dolor creseceret, & crus obstupuisset, coactus abstinere: Omnes (inquit) iurant me esse filium Iouis, sed vulnus hoc hominem me esse clamat. Idem nos faciamus, dicamusque: Vos quidem dicitis me esse prudentem, ego autem video, quàm multa inutilia concupiscam, nocitura optem. *Senec. ibid.*

Intus teipsum considera, non qualis sis alijs credas. Plerumque boni inepti & inertes vocantur: mihi contingat iste derisus. Æquo animo audienda sunt imperitorum conuitia, & ad honesta vadendi continendus est iste contemptus. *Senec. 77. epist.*

Adulatio apertis & propitijs auribus recipitur, in præcordia

ima descendit, venit ad me pro amico blandus inimicus. *Seneca 43. epist.*

O te felicem hominem, si nihil habes, propter quod quisquam tibi mentiatur, nisi cum iam etiam causa sublata est, mentitur consuetudinis causa adulator blandus consilium dabit, quod deliberanti gratius fore suspicabitur. Cassae fidei sunt, qui iugiter blandiuntur. *Senec. 21. epist.*

Adulatio quam similis est amicitiae! non imitatur tantum illam, sed vincit & praecedit, eo ipso gratiosos facit, quo laedit. Vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt: Temeritas sub titulo fortitudinis latet, Moderatio vocatur ignauia: pro cauto timidus accipitur, in his magno periculo erramus. *Senec. in epist.*

Monstrabo tibi, cuius rei inopia laborant magna fastidia, & quid omnia possidentibus desit, vnum scilicet, qui verum dicat, dum nemo ex animi sui sententia dicit & suadet: sed adulandi certamen, est vnum amicorum omnium officium. *Senec. in epist.*

Malum hominem blandè loquentem agnosce tuum laqueum esse. Habet enim suum venenum blanda oratio: Diogenes cuidam laudanti dixit: Adulator desine vtrumque facere, nihil proficis, cum te intelligam. *Senec. in epist.*

Venena non dantur, nisi melle circumlita. Bonum est laudari, sed praestantius est esse laudabilem. *Senec. de benefic. & morib.*

Adulationem recipere, & adulari, detestabile est. Laudare praesentes adulatoris est. Omnes blanditores obsequiosi, seruiles & humiles sunt. Amatores adulationis iniusti sunt. *Arist. lib. Rhetor. & Ethicor.*

Cauendum, ne assentatoribus patefaciamus aures, & ne adulari nos sinamus: in quo falli facile est: tales enim nos esse putamus, vt iure laudemur: ex quo nascuntur innumerabilia peccata. *Cic. Offic. lib. 1.*

Nec simulatum quicquam potest esse diuturnum. *Idem.*

Simulatio benignitatis vanitati est coniunctior, quam aut libertati aut honestati. *Idem.*

Habet adulatio principia iucunda: eadem exitus amarissimos habet. *Item:* Nolo esse laudator, ne videar adulator. *Idem Rhetor. libr. 2.*

Cuius aures clausae sunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. *Idem lib. de amicitia.*

Adulatio similis est panopliae pictae. Delectat enim solum: nihil verò vtilitatis praebet. *Item:* Ligna quidem augendo ignem ab ipso igne consumuntur: diuitiae autem, cum nutriunt adulatores, ab his ipsis perduntur. *Item:* Vt corui inuolantes cadauerum oculos effodiunt: sic adulatores suis laudationibus rationem & mentem humanam corrumpunt. *Item:* Lepori canem, amico adulatorem natura infestum esse cogitandum est. *Item:* Lætandum magis reprehensoribus, quàm assentatoribus: illi enim veluti stimulo animos excitant, hi verò gratificantes dissoluunt & subuertunt. *Item:* Nec vxori meretricem, nec amicitiae adulationem praeponere debemus. *Plutarch. in Opusc.*

Corui mortuorum oculos corrumpunt, quum iam eorum nullus est vsus: at adulatores viuorum animos perdunt, & animarum oculos excaecant. *Item:* Simij irae comparantur adulatorum irae. *Item:* Approbato eos, qui bene consulere cupiunt, non etiam eos, qui vbique adulari student: illi enim vtile in veritate cernunt: hi verò ea, quae potentibus placent, spectant, corporumque vmbras imitantes, omnibus illorum dictis assentiuntur. *Epictetus in Enchirid. & dissert.*

Delphini, quousque vnda subest, comitantur natantes, in littus verò nunquam egrediuntur: sic adulatores in sereno rerum statu manent: sicut qui amicos ad peregrinationem euntes deducunt, dum via plana est: cum asperior incipit, recedunt. *Sotion. lib. de ira, apud Stob.*

Qui delectat emolumenti sui causa, vt inde sibi proueniat in pecunijs, & ijs, quae pecunijs comparantur, vtilitas, adulator vocatur: δοῦλος, seruus, qui in omnibus ita se accommodare studet, vt fauorem emereatur quoquo modo, vel voce, vel gestu, id quod sane seruile est, & indignum planè libero ingenio. *Aristot. libr. 3. Ethicorum.*

Nulla in amicitijs pestis est maior, quàm assentatio, blanditiae, adulatio. *Cic. in Lælio.*

Simulatio amicitiae repugnat maximè: delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiae valere non potest. *In Lælio.*

Semper auget assentatio id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. *In Lælio.*

Cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est: tales enim nos esse putamus, vt iure laudemur. *In Lælio.*

Assentatio, quamuis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, & qui eam recipit, atque ea delectatur. Ita fit, vt is assentatoribus patefaciat aures suas, maximè, qui ipse sibi assentietur, & se maximè ipse delectet. *In Lælio.*

In obsequio comitas adsit, assentatio vitiorum adiutrix procul amoueatur, quae non modo amico, sed ne libero quidem digna est. *In Lælio.*

Turpis est assentatio. *Ad Attic. lib. 13.*

Blanditia, cum vitiosa sit, ac turpis in cætera vita, tamen in petitione magistratus est necessaria: beneuolentiam tamen ciuium blanditijs & assentationibus colligere turpe est. *De petition. Consul.*

Mihi hæreditates non honestæ videntur, si sunt blanditijs officiorum, non veritate, sed simulatione acquisitæ. *3. Offic.*

Quantum malum adulatio.

Adulationem perpetuum esse malum Regum, quorum opes assentatio sæpius, quàm hostis euerterit, Q. Curtius scribit: Ab quo proditum item scimus, id esse nationis Siculæ vitium proprium germanumque. Cynicum Diogenem scire admodum & verè solitum dicere accepimus, κρεῖττον εἶναι τὸς κόραξας ἀπολθεῖν, ἢ κολακας, id est, Præstare ad coruos redigi, quàm adulatoribus expoti. Quoniam illi morticina modo confectentur, hi etiamnum viuos bonosque laniatu pestifero excarnificare non desinant. Et Anaxilas dixit, adulatores esse diuitum σκώληκας, id est, vermes. *Ex libr. Ael. antiq. Cælij, cap. 33.*

Monet Seneca, adulatoribus non esse præbendum latus, qui artifices sint ad captandos superiores: habere enim hoc in se naturale blanditias, vt quum reijciantur, etiam placeant, sæpeque exclusas nouissimè recipi. Remedium tanti mali est, nolle laudari. Eodem Seneca: Pro sua quemque portione adulatio insatuat. Vos quidem dicitis, me esse prudentem, ego autem video, quàm multa inutilia concupiscam, nocitura optem. *Idem.*

Adulatorum guttur dicitur in Psalmo sepulchrum patens. In præceptis ciuilibus Plutarchus scribit, Demetrij adulatores indignum putasse, quo illum, opinor, arctius illaquearent, ac compeditum tenerent, cæteris regium nomen impertiti. Nam Seleucum Elephanterachen nuncupabant: Lysimachum verò Gazophylacea, at Ptolomæum Nauarchū: Agathoclea Nesiarchem. Idem alibi Plutarchus, nil intentius cauendum, quàm adulatores, monet. Quoniam nullum sit pernicioſius genus, quodque in præcipitium festinantius iuuentutem agat: quippe parentes ac liberos radicitus exterunt. *Idem.*

¶ Apophthegmata.

Pythagoras. Pythagoras potius gaudendum redarguentibus, quàm assentantibus dicebat, quos etiam hostibus deteriores iudicabat. *Stobæus serm. 12.*

Alexander. Aristobulus historicus librum conscripserat de rebus ab Alexandro Macedone gestis, in quo multa supra vim fidem adulantissimè affinxerat, eum quum illi in nauigatione recitasset, Alexander arreptum è manibus librum in fluuium Hydaspen demersit, & ad Aristobulum conuersus: Tu, inquit, dignior eras, vt eodem præcipitareris, qui solus me sic pugnantem facis, vt vel vno iaculo interficiam elephantes. *Erasmus libro octauo apophthegm.*

Idem, validissima quadam rupe capta, quum amici dicerent, illum egregijs gestis Herculem superasse: At ego, inquit, meas res gestas in imperio ne verbo quidem cum his, quæ gessit Hercules, arbitror conferendas. Adulabantur illi, sed huius animo nulla satisfaciebat adulatio. *Plutarchus in apophtheg. Regum & Imperatorum.*

Cicero cuidam nuntianti, Cæsaris amicos esse tristes: Hoc dicis, inquit, illos Cæsari malè cogitare? Irrisit adulantem nuntium, quasi Cæsariani rebus suis diffiderent, metuerentque Pompeium. *Plut. in Rom. apoph.*

Idem. Nolo, inquit, esse laudator, ne videar adulator. Et, habet adulatio principia iucunda, sed exitus amarissimos adfert. Item, Cuius aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. *Rhetoric. libro 1. & libro de amicitia.*

Augustus. Augustus Romanorum Imperator Tarraconensibus pro læto ostento ei nunciantibus, quod in eius ara palma esset nata. Apparet, inquit, quàm frequenter accendatis. Quod illi Dijs tribui volebant, ille tribuit illorum negligentiæ, qui nunquam in ara Cæsaris adolerent incensum. *Erasm. 4. apophthegmat. ex Suetonio*

Furnius Antonij partes sequutus fuerat. At posteaquam victoria cessit Augusto, metuens sibi, subornauit filium, qui a victore veniam peteret. Petijt, & impetrauit. Tum Furnius his verbis gratias Cæsari egit: Hæc vna, ô Cæsar, abs te mihi facta est iniuria. Fecisti, vt mihi & viuendum & moriendum sit ingrato: significans, tantam esse eius beneficij magnitudinem, vt nulla ex parte esset referendæ gratiæ. Reprehensionis colore blanditus est principi. *Erasm. 8. apoph.*

Sfortia. Quum quidam apud Sfortiam, vt eius sibi gratiam compararet, Tartaliam accusaret, quod in coniuratio quodam eius famam criminosè lacerasset. Sfortia animaduertens adulatoris improbitatem: Non opus est, inquit, vt hac in re multum persuadendo me labores, quum Tartalia omnibus maledicat. Peracutè delatorem auertens, simul & sua vitia Tartaliæ obiectans. *Paulus Iouius de rebus gestis Sfortiæ, c. 85.*

Idem, ex Sicilia nauigans quum vidisset garrias aues triremem circumuolantes, attentasque, si quis bolus è triremi decideret, certatim illum arripere: quæque arripuisset, celeriter illam auffugere: conuersus ad suos, dixisse fertur: Persimiles sunt his garrijs purpurati & curiales aliquot mei. Simul ac enim aliquod munus aut

n à me acceperint, profugiunt.
atorum mores, qui vbiq; præsto
s in promptu: quo ablato, refu-
quam nisi vrgente necessitate redituri. *Panorm. libr. 1. de*
Alphonsi.

Cossa, is pontificatum adeptus maximum, Ioannes
vicesimus dictus, sæpenumero supra modum laudatus,
Quamuis ficta de me dici sentiam, tamen ijs, quæ præclara
dicantur, plurimum oblector. Vnde sunt, qui putant non
loseſſe, qui prorsus non ferunt vllam adulationem, quod
osit, vt intelligat laudatus, qualis esse debeat. *Æneas Syl-*
nde dictis & factis Alphonsi.

ides, ita est (inquiebat) ingenium hominum, vt facilè ad-
eos, qui sciunt obsequi & inseruire studijs cuiusque. Hi
li iam benigni, ac verè viri æstimantur. At contra videre est,
gidi putentur, qui ab omni assentandi studio alieni, mode-
nducere moliuntur. *Strobæus.*

ippus, quum malè audisset à Diogene, quod Dionysium
s. Si Diogenes, inquit, sciret vti regibus, non vescereturcru-
bus oleribus. *Idem.*

sthenes, satius esse dicebat, incidere in coruos, quàm in pa-
. Hi enim viuentis animum corrumpunt: illi solum mortui
Laert. lib. 6. cap. 1. Bruson. lib 1. c. 7. Hoc alij Diogeni adscri-

m, Vt meretrices bona omnia præter mentem & prudentiam amatoribus imprecantur, eodem modo adulatores ijs, quibus cum agunt. *Strobæus.*

ocritus dicere solebat, rectè quidem facta laudare honestum esse: mala verò laudibus vehere adulterini esse animi, & impudentis. *Idem.*

tes, Parasitos συγκατανυσιφάγους (quasi quis Latinè comedentes dixerit) quod omnium dictis facilè inter epulas annuant. *Idem.*

m, ad opulentum adolescentem, quem parasitorum comitatus turba. Adolescens, ait, miseret me tuæ solitudinis. *Strobæus.*

m, eos, qui cum adulatoribus viuerent, aiebat esse desertos, liter quàm vituli sunt inter lupos. Neque enim illos adesse portet: neque cum ijs, qui adsunt, habere societatem, quum ssidiatores. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

archus Solensis, adulatorum mores dicebat humiles esse atq; s: breui tempore artem eorum durare, nemo enim parasitum amat. Materia quoque fingendi tempore consenescit. *Æneas.*

axilaus, adulatores assimilabat vermibus, qui triticum nacti scedunt, donec vacuum reddiderint: sic illi diuitum substantiam rodunt. *Athen. ex Theophrasto.*

ylonymus sæpenumero dicere solebat: Ligna dum augent consumi ab ipso. Opes dum alunt adulatores, ab eis ipsis pe-
æus.

ratus, postquam cum ipso colloquium Orontes habuisset
s, cuidam dicenti: Asperius tecum egit Orontes, ô Demara-
hil, inquit, in me peccauit. Siquidem qui ad gratiam collo-
ur, hi lædunt: non qui durius, cumque maleuolentia verba
t. *Plut. in Lacon.*

saris præcipere solebat, vt qui Regem conueniret, eum allo-
rus, verbis byssinis vteretur: hoc est, mollibus, talis enim à
us expetitur oratio, non austera, & ad viuum resecans. *Plut.*
ph.

ophanes, Philippo iacienti in ipsum scommata, & admodum
. Ergo posthac, inquit, te non alam. Lepidè inuertens rem,
geres in hoc alunt parasitos, vt illorum dictis exhilarentur.
ipsi Reges inter se norint ludere, & in alios ridicula dicere,
pus sit parasitis, quum ipsi norint parasitos agere, alioqui pa-
magis alunt Reges, quàm Reges parasitos. Quanquam Plu-
s in Symposiacis ita refert, ἐκ ἐγὼ σε τρέφω, id est, non ego te
otans Regem, quod versa rerum vice pro Rege ageret Mo-
m: Tu me alis, vt ridiculis dictis te exhilarem, non ego te.
apoph.

æmonicus, Alexander habebat Eudæmonicum philosophũ,
ouis parasito adulantiorem. Hic, quum aliquando tonaret
nenter, adeo vt omnes expauescerent, dixit Alexandro: Quin
quippiam facis, Alexander, fili Iouis? At ille non ferens tam
philosophi vocem, ridens ait: Nolo enim formidabilis esse,
admodum tu me doces, qui satraparum ac Regum capita me
super cœnam apponere. Sic Athenæus. Plutarchus in vita e-
us aliquanto. Quid mihi succenses, quod pisces apponam in
uio, ac non potius satraparum capita? *Eras. lib. 6. apoph.*

exander Macedo, quum in Hammonis templum veniſſet, sa-
s grandæuus illum salutauit: Salue fili, & hanc salutationem
habeas. Tum Alexander: Lubens, ô pater, excipiam eam sa-
onem, & posthæc lubens tuus ero filius, si mihi totius orbis
ium concesseris: Sacerdos autem cum se intrò recepisset,
Deum consulturus, respondit, Iouem id promittere, quod pe-
. Iterum ab eodem scire cupiebat Alexander, num eorum ali-
qui superessent, qui patrem Philippum interfecissent: ad quæ Sacerdos ait: Interfectores iamdudum dignas dederunt pœnas, qui Philippum occiderunt, sed patri tuo nemo mortalium potest tendere insidias. Tales sunt hodie adulatores, qui sub prætextu pietatis blandiloquio principes terrarum seducant, tum eos quasi Deos extollunt, & mira adulatione ad quiduis tentandum extimulant, nullam aliam ob causam, quàm vt ita principibus placeant, vt tamen nihil de dignitate, potestate, & authoritate illis decedat. *Vide Plut. in vita Alex & Q. Curtium.*

Anaxarchus, quum Alexandrum se ob Cliti necem discruciantem videret: Nescis, inquit, ius & fas adsidere Ioui, quicquid Rex facit, id iustum fasque sit? *Laertius libr. 9. capit. 10. Plutarchus in Alexandro.*

Cælius, Cliens quidam, cum Cœlio oratori omnia in sermone concederet, ille iam longa assentatione euocatus, dic, ait, contra: vt duo videamur. *Seneca.*

Cicero, quum Crassus dixisset, Neminem Crassorum Romæ vixisse diutius annis sexaginta, deinde pœnitens eius sermonis addederet, Quid mihi accidit, vt hoc dicerem? M. Tullius, Sciebas, inquit, Romanos hoc libenter audituros, & ista via venisti ad Rempub. gubernandam: duo significans, & Crassorum nomen inuisum esse Romanis, & illum non virtute, sed blandiendo prouectum ad honores. *Eras. 4. apoph.*

Seneca, Alexander cum in obsidione cuiusdam vrbis circuisset muros, ictu sagittæ percussus, quum represso sanguine sieci vulneris dolor crescret, & crus obstupuisset, coactus abstinere: Omnes, inquit, iurant me Iouis esse filium, sed vulnus hoc hominem me esse clamat. Idem nos faciamus: dicamus, vos quidem dicitis me esse prudentem, ego autem video, quod multa inutilia concupiscam, nocitura optem. *Epist. 60. ad Lucil.*

Constantinus Imperator spadonum atque assentatorum in principum aulis tantus erat hostis, vt eos tineas atque forices palatij appellare crebrò sit solitus. *Nicephori interpres & Scholiastes lib. 8. c. 5. Ecclesiast. histor.*

Sigismundus Imperator, assentatores se veluti pestes odisse, cum diceret, Brunenius Neronensis respondit, tamen nullum genus hominum magis amas, quàm adulatores. Tum Sigismundus: Vincis sane, inquit. Ita enim natura comparatum est, vt quum vitandos esse adulatores dicimus, tum maximè illis hæreamus. Nam nec tu mecum tam diu fuisses, nisi meis moribus blandire assueuisses. *Æneas Syluius de dictis Sigis. & Friderici Impp.*

Idem, Quum adulatores odio haberet, cuidam supra modum eum laudanti, & Dijs similem esse dicenti, alapas dedit, dicentique illi: Cur me cædis Imperator? Cur me, inquit Sigismundus, mordes, adulator? *Æneas Syluius libr. 1. Comment. de rebus gestis Alphonsi.*

Timon Philosophus, cum vidisset Arcesilaum inter assentatores euntem: Quid tu, inquit, venisti huc vbi sumus nos, qui liberti sumus? Sensit vir prudentissimus, libertati nihil magis obstare, quam assentatores. *Refert Laert. lib. 9. c. 12.*

Antigonus. Hermodotus Antigonum in carmine scripserat Iouis filium. Is hoc legens: Istius, inquit, rei nequaquam mihi conscius fuit Lasanophorus ille: perquam facetè ridens poeticam adulationem, pariq; modestia sui generis humilitatem agnoscens. Lasanum autem matula fictilis est. Quod si Iouis erat filius, ea res hactenus fefellerat, & seruum matulam in cubiculo ferre solitum, & Antigonum filium. *Plut. in apoph.*

Arcadion. Is odio Philippo Macedonis sponte deseruerat patriam. Euenit autem, vt Philippo Delphis agente, & ipse adesset. Eum ergo rex accersitum rogauit: Quousque fugies Arcadion? Donec, inquit, peruenero, vbi nemo norit Philippum. Quis non miretur eam libertatem in adulatore? Sed hac libertate delectatus Rex vocauit illum ad cœnam, itaque cum eo in gratiam redijt. Quanquam libertati suberat adulatio: subindicans, Philippum nusquam non esse celebrem. *Eras. lib. 6. apoph.*

Agis Argiuus, adulator, videns Alexandrum ingentia munera dedisse cuidam ridiculo, exclamauit: O rem vehementer absurdam, Quum Alexander hac voce excitatus, dixisset, Quid tu ais? Fateor, inquit Agis, me pati non posse, quum videam vos è Ioue prognatos, omnes pariter assentatoribus delectari. Siquidem & Iupiter Vulcanum habet pro Morione: & Hercules Cecropibus, & Bacchus Silenis delectari consueuit. Tales videmus & apud te magnifieri. Pestilentissimum adulationis genus, sub libertatis imagine blandiri. *Eras. 6. apoph.*

Anonymus. Tiberio senatum ingrediente, surgens adulator quidam, exclamauit, esse liberè loquendum, nec reticenda, quæ ad Rempublicam attinerent. Erectis ad hanc vocem omnibus, ipso etiam Tiberio attento: Audi, inquit, Cæsar, in quo te reprehendimus omnes, licet nullus audeat palam fateri. Impendis teipsum nobis corpus tuum diurnis nocturnisque laboribus & curis pro Republ. conficiens. Huiusmodi multa cum diceret, sub libertatis prætextu turpiter adulans, C. Seuerus subiecisse fertur: Ista tanta libertas hunc hominem dabit exitio. *Eras. lib. 6. apoph. Bruson. lib. 3. cap. 16. ex Suetonio & Tacito.*

Tibe-

Tiberius, adulandi ſtudium in primarijs Reipubl. Romanæ viris deteſtatus, & indignè ferens, quantumuis tyrannidis amicus, quoties è Senatu egrediebatur, apud ſe exclamabat, ô homines ad ſeruitutem paratos. *Tacitus.*

Iſocrates, adulatores, vt impoſtores odio eſſe habendos ſuadebat. Creditores enim vtrique in re quauis ſibi credita fallunt. *Stob. Max. ſerm.* 11.

Philo. Philo dicere ſolebat fraudulentos adulatorum ſermones auerſandos eſſe, qui cum animæ rationem non habeant, veritatem in rebus perſpicere non ſinant. Aut enim laudant vituperanda, aut vituperant ſæpè, quæ omnem laudem excellunt. *Anton. in Meliſ. 52. Max. ſerm.* 11.

Apollonius rogatus à rege Babylonio, qua ratione quietè Imperio frui poſſet? reſpondit, Si paucis crediderit. *Bruſon. libro tertio, cap.* 13.

Criſpus Paſſienus dicebat adulationi non eſſe claudendum oſtium, ſed aperiendum, verum vt ſolet amicæ: quæ ſi impulit, grata eſt: gratior, ſi effregit. Senſit non probandos eos, qui prorſus non ferunt vllam adulationem: quam vt affectare turpe eſt, ita ſe ingerentem ſe non oportet omnino repellere. Prodeſt enim in hoc, vt homo perſpiciat, qualis eſſe debeat. *Eraſm. lib.* 8. *apoph.*

Phocion, Antipatro petenti, vt in gratiam ſuim faceret quoddam quod cum iuſtitia non conueniret: Non potes, inquit ô Antipater, Phocione ſimul amico & adulatore vti, amicus enim non ad quidui s obſequitur, adulator autem in omnibus obſecundat. *Plutarch. in Græcorum apoph. Anton. in Meliſſ. Maxim ſerm.* 11.

Bion eos, qui auſcultarent adulatoribus, dicebat eſſe ſimiles amphoris, quæ auribus circumaguntur. *Eraſm.* 8. *apophtegm. ex Plutarcho.*

Idem interrogatus, quod eſſet animal omnium maximè noxium? Si de feris, inquit, percunctaris, tyrannus: ſi de mitibus, adulator. *Laert. lib.* 1. *c.* 6. *Plutarch.*

Diogenes, Oratores, qui in ſummo pretio apud Athenienſes habebantur, vocabat turbæ miniſtros: quod a Jgratiam loqui cogerentur, ac ſeruiliter adulari ſtolidæ multitudini. *Laertius libro ſexto.*

Idem, Orationem blandam non ex animo proficiſcentem, ſed ad gratiam compoſitam, vocare ſolebat melleum laqueum, quod blande amplectens hominem iuguſet. *Laert. lib.* 6.

Idem aiebat, in aſſentatione, veluti ſepulchro aut ſtatua quapiam, nomen ſolum amicitiæ inſcriptum eſſe. *Stobæus.*

Idem interrogatus, quænam beſtia morſum haberet omnium nocentiſſimum? reſpondit: Si de feris interrogas, eſt obtrectator: ſi de manſuetis, eſt adulator. Nam obtrectator quidem præ ſe fert odium, adulator autem ſub amici perſona multo lædit grauius. *Laert. lib.* 9. *Stob & Bruſon. lib.* 1.

Idem, Græci, ſi cui precantur exitium, iubent abire ad coruos, εἰς κόρακας. At Diogenes dicere ſolebat, multo periculoſius eſſe incidere in aſſentatores, quàm in coruos. Dicti iucunditas perit nobis, quæ eſt in Græcarum vocum affinitate. Nam κόρακας appellant coruos, & vnica literula mutata κόλακας, adulatores. Hoc dictum tribuitur & Antiſtheni. *Laert. Eraſm.*

Idem, interrogatus, ob quæ facta canis nomen vulgo ſortitus eſſet, Quoniam dantibus blandior, inquit, non dantibus oblatro, malos autem mordeo. *Laert. libr.* 6.

Idem, Ariſtippum Philoſophum & Socratis diſcipulum vocabat regium canem, quod Dionyſio Siciliæ tyranno adularetur. Eſt enim canis animal ad adulationem & aſſentationem promptiſſimum. *Laert. lib.* 2. *cap.* 8.

Epictetus, audiens quendam adulatoribus facilè ſuas aures præbentem, corui, ait, mortuorum cadaueribus oculos euellunt, neque id iniuria, nullus enim vita functo luminis vſus eſt. At adulatores viuentium animos corrumpentes, omnem illis viſum adimunt. *Stobæus. Antonius in Meliſſ. part.* 1. 52. *Maximus ſermone quinquageſimo ſecundo.*

Themiſtius, quum videret Iouiani Romanorum Imperatoris aulam aſſentatoribus refertam eſſe, perfacetè atque luculenter illos irridens, ex moribus deprehendi, ait, purpuratos ipſos magis quàm Deum colere: neque aliqua re ab Euripo differre, nunc huc, nunc illuc, atque in contrarium adeo momentum refluente. *Nicephorus Calliſtus lib.* 10. *cap.* 42. *hiſtor. Eccleſ.*

Sotion dicebat, ſicut qui amicos peregrè abeuntes, dum via plana eſt, deducunt, dum aſperior eſſe incipit, recedunt. Ita adulatores comitantur diuites, & luxu diffluentes viros, at ſumptus cum deficit, ſtatim referunt pedem. *Stobæus ſerm.* 12. *& Maxim. ſerm.* 11. *ex Sotionis lib. de ira.*

Phauorinus, Actæon ab alumnis ſuis canibus interijt: paraſiti eos, à quibus aluntur, peſſundant. *Stob. ibid.*

Plato, quum Diogenem offendiſſet olera lauantem, dixit illi: Si Dionyſio morem geſſiſſes, profectò non lauares olera. Diogenes viciſſim Platoni: Si tu lauares olera, Dionyſio non inſeruiſſes. *Laer. libro* 6.

¶ Sententiæ Historicæ.

Nihil dulcius quàm nulli hominum ſtipendij gratia adulari, ſed vnumquenque ſibi ipſi ſufficientem ad res neceſſarias ſuppeditandas exiſtere. *Xenophon, de reb. geſt. Græc. lib.* 5.

Ex plebis adulatione omnis tyrannis naſcitur. *Dionyſ. Halicarn. libr.* 5.

Moribus corruptis adulatio perinde anceps eſt, ſi nulla, quam vbi nimia eſt. *Tacit. Annal. lib.* 4.

Veritati adulatio officit. *lib.* 6.

Laus falſa & precibus expreſſa, perinde cohibenda quam malitia, quam crudelitas. *lib.* 15.

Plura ſæpè peccantur, demeremur, quam dum offendimus. *Idem ibidem.*

Semper magnæ fortunæ comes adeſt adulatio. *Velleius Pater. libro* 2.

Perpetuum malum regum adulatio. *Q. Curtius libr.* 8.

Adulatio, vitiorum altrix. *Ammian. Marcell. lib.* 20.

Adulationes, vetus in Republ. malum. *Tacitus, Annal. libro ſecundo.*

Advlationis, *Adulatoris, & Adulatorum characteres.*

Adulationem putet aliquis eſſe turpem vitæ quotidianæ conſuetudinem, ſed quæ adulatori conducat. Adulator autem is eſt, qui ſi cum aliquo ambulet, ei dicat, viden' vt omnes in te oculos conuertunt? fit hoc nemini ex omnibus ciuibus, præterquam tibi. Heri in porticu magnum bonæ exiſtimationis tuæ fructum capiebas. Nam quum homines ibi plus quàm triginta ſederent, ſermoci incidiſſet. Equis ciuium eſſet optimus? & orſos ab ipſo, & in eiuſdem nomen ſimul omnes recidiſſe. Hæc ille loquitur, aliáque his ſimilia. Idem ex illius veſtimentis cui aſſentatur, floccos ſolet eximere. Quod ſi qua palea vel feſtuca à vento acta illius capillamento adhæſerit, tollit adulator & ſimul renidens, En, inquit, quia biduo hoc ego te non vidi, vt canitie barba tibi eſt referta! atqui tu ſanè, qui id ætatis homo, ſis, habes vt ſi quis alius capillos nigros. Iam ſi loquatur ille, hic verò adulator ſilentium omnibus omnibus imperare, in os laudare, dicenti voce geſtuque applaudere, & vbi finem dicendi fecerit, dictum bene! acclamare. Quod ſi quem ille ſale aliquo perſtrinxerit, eundem iſte acerbè irridebit, veſtemq; ſubi in os indet, quaſi riſum tenere non queat. In via ſi qui fiant obuij, ſiſtere gradum iubet, donec ille tranſierit, &c *Theophraſt. in characteribus Ethicis.*

Adulator aulicus ita deſcribitur à Tacito, Egens, ignotus, inquies, dum occultis libellis fœuitiæ principis adrepit, mox clariſſimo cuique faceſſit periculum, potentiam apud vnum, odium apud omnes adeptus, dans exemplum quod ſecuti ex pauperibus, diuites, ex contemptis metuendi, perniciem alijs ac poſtremo ſibi inueniunt. *Annal. lib.* 1.

Quidam adulationi libertatem veluti ſubauſterum condimentum admiſcent, quo proteruæ inter pocula loquacitati tædium dimoueant & ſatietatem, idque conſequantur, vt aſſentientes & concedentes quoties de re graui ſermo inciderit, non gratiam captare, ſed prudentia inferiores videantur. *Plutarch in Antonio.*

Iis omnia principum honeſta atque inhonèſta laudare mos eſt. *Tacit. Annal. lib.* 2.

Cum fortuna principis potius loquuntur quàm cum ipſo. *Idem, Hiſtor. lib.* 1.

Ita compoſiti, vt ex euentu rerum aduerſa abnuant, vel proſpera agnoſcant. *Hiſt. lib.* 3.

Veri copiam non faciunt, Sed ſuſpenſa, & quo ducantur inclinatura reſpondent. *Annal. lib.* 11.

Aulæ in perniciem ſuam alunt laudatores malorum, bonorum iuſtitiam ſimulantes. *Nicetus Acom. Andronic. lib.* 2.

Vt gutta continuò ſtillans durum etiam ſaxum excauat, & arborum folia erucæ abſumunt: ita adulatores ad extremum puſillis animis præditos homines abſumunt. *Conſt. Manaſſ. Annal. pagina* 117.

¶ Similitvdines.

Veluti lupus animal eſt cani ſimile: Ita & adulator & adulter & paraſitus amico ſimilis eſt. Animum igitur aduorte, ne canum cuſtodum vice perniciioſos lupos neſcius admittas. *Apud Stobæum ſerm.* 3.

Vt medico carnem ſecante, manus concinnitatem quandam & elegantiam ſeruat, abeſt autem ſaltatoria geſticulatio: Ita libertas admittit vrbanitatem, ſeruata grauitate. Adulator riſu inepto, ſcurrilibusque iocis libertatem, veluti malis condimentis edulcat. *Plutarch.*

Item, quaſi præceptor puerum de ſtylo ac tabula obiurget: barbariſmum aut ſolœciſmum committentem diſſimulet. *Plutarchus.*

Item, quaſi malus orator, nihil ad argumenta reſpondens, vocem aut codicillos diligentis ſcriptoris calumniatur. *Plut.*

Perinde ac ſi quis hominis tuberibus ac fiſtulis laborantis medici ſimilio pilos & vngues ſecet: Ita adulator libertate vtitur in ijs, in quibus non eſt opus. *Plut.*

Bene olet vnguentum, bene olet & pharmacum: verum illud ad nihil vtile, niſi vt delectet: hoc præter odorem maiorem habet vti-

ter vtilitatem : sic adulator tantum iucundus, amicus etiam vtilis & necessarius. *Plutarchus.*

Pictura colores habet iucundos : sunt & pharmaca grati coloris : sic amicus ideo delectat, vt iuuet : adulator tantum delectat. *Plutar.*

Vbi corpus vitiosis inflatum humoribus, ibi adsunt bubones : sic vbi amatur, amat, odit amicus : id premit adulator. *Plut.*

Pharmacum non adhibitum in loco, dolet absque fructu : sic iniungere non vt debet admota. Atque idem facit amicus cum inciuilia quod adulator cum voluptate. Lædit enim vterque. *Plutarchus.*

Mala pictura, fractis vestibus : rugis & angulis rem repræsentat : sic adulator sudoribus, clamoribus, amicum imitatur, nihil exhibens sincerum. *Plut.*

Simia cum nec domum possit seruare more canis, nec onera gerere, quemadmodum equus : nec arare sicuti boues, parasitatur ac ridiculum mouet : sic adulator cum in serijs ac grauibus rebus nesciat esse vtilis, voluptatum minister est. *Plut.*

Quidam male pinxerat gallos gallinaceos, iussitque puero vt veros gallinaceos procul abigeret a tabula, ne collatione deprehenderetur : sic adulator veros amicos pro viribus abigit, ne ex illorum comparatione deprehendatur fictus amicus. *Plutarchus.*

Pulmonaria mulierum, quanquam videntur reniti, ac resistere cupitibus, cedunt magis & accommodant sese : sic libertas adulatoris timet quidem, sed in se recipit inclinantem. *Plutarchus.*

Vt difficile deprehenduntur bestiæ, quæ ad loci similitudinem mutant colorem : sic eos assentatores haud facile deprehendas, qui ad omne vitæ institutum omnesque affectus sese accommodant. *Plutarch.*

Aduerina splendorem, ac nitorem tantum auri imitantur : sic adulator gratiam, obsequium & hilaritatem amici. *Plutarchus.*

Nam vt polypus se quibusuis locis : Ita nos debemus nos quorumlibet moribus accommodare. *Plut.*

Tragœdiarum histrionibus choro opus est amicis concinentibus, theatroque applaudente : sic qui gaudent adulatoribus, nihil quantuis sint qui applaudant. *Plut.*

Quemadmodum iuxta mathematicos superficies & lineæ nec inflectuntur, nec producuntur, neque mouentur per se, cum res sint intelligibiles, sed inflectuntur, producuntur & migrant pariter cum suis corporibus : Ita adulator suopte quidem affectu non mouetur, sed cum irato amico irascitur, cum gaudente ridet. *Plutarch.*

Simia dum hominem imitari conatur, sæpè capitur : est adulator idem faciens, alios capit & allicit. *Plut.*

Insana alendi equos, non consequitur lenticulam, sed aruæ fruges nimiæ : sic adulatio non infestat pauperes, atque humiles, sed opulentarum familiarum ac fortunarum ruina morbusque est. *Plutarch.*

Pelliculi corpora exanima deserunt, vtpote defecta sanguine, non alebantur : sic adulatores rebus prosperis ac feracibus adsunt, vbi tristes & steriles non attingunt. *Plut.*

Vt siluestria semina, quæ spatio ac magnitudine accedunt ad ficum, haud facilè repurgantur, nam per angusta foramina non videntur, per ampla simul excidunt : sic adulatio, quæ amicitiam imitatur, non facilè ab amicitia reijcitur ac separatur. *Plutarchus.*

Qui alunt belluam, primum accommodant se illius ingenio, & animaduertunt quibus rebus offendatur aut placetur, donec assuefacta fiat tractabilis : sic adulator omnibus amici studijs & affectibus se accommodat. *Plut.*

Obsoniorum egregij artifices condimentis nonnihil austeri adsciscent, quo dulcedinis tollant fatietatem : sic adulatores fictam quandam libertatem ac seueritatem admiscent, vt nunquam magis adulentur, quàm cum videntur obiurgare ac liberè loqui. *Plutarchus.*

Aqua delabitur vbicunque cauum ac decliuem locum reperit : sic adulator vehementer vrget, si quid lapsus est amicus. *Plutarchus.*

Vt pictura est tacita poesis : Ita silentio quoque laudat adulator, cupeuluque & obsequijs. *Plut.*

Qui venantur, facilius fallunt feras, si aliud agentes, hoc est, iter venientes aut agricolantes, id faciant : Ita maximè laudat adulator, cum non apparet eum laudare. *Plut.*

Vt præterfluens aqua nullo certo colore est, sed semper refert colorem subiecti soli : Ita adulator sui dissimilis est, pro re nata sese aptans. *Plut.*

In Menandri Comœdia inducitur falsus Hercules, clauam gerens non robustam, sed inanem, ac leuem : sic adulatoris libertas mollis est & blanda. *Plut.*

Vt rupturæ & spasmata tum demum mouentur, cum corpus aliquo malo corripitur : sic amici non ingenui felicibus adulantur, lapsos obiurgant, & illorum infortunio fruuntur. *Plutarchus.*

Speculum quicquid obijcitur, imitatur : sic adulator. *Plutarchus.*

Vmbra, quicquid agas, respondet & adest : sic adulator quoquo te vertas sequitur. *Plut.*

Chamæleon omnem imitatur colorem præterquam album, sic adulator in turpibus nihil non imitatur : solum quod honestum est, imitari non potest. *Plinius lib. 8. cap. 33.*

Imperiti pictores cum pulchra non queant assequi, rugis & verucis exprimunt similitudines : sic adulator refert intemperantiam, iracundiam amici. *Plut.*

Sunt cibaria, quæ neque sanguini conferunt, neque spiritibus, neque nertis, neque medullis : sed pudenda tantum mouent, ventrem inflant, corpus turgidum reddunt : Talis est adulatoris oratio, vitiosa tantum auget, & irritat, alioquin infrugifera. *Plutarchus.*

Medicus, si res postulet, aliquando crocum & nardum injcit, & lauat suauiter, & pascit humaniter : sic amicus aliquando blandus est. *Plutar.*

Quidam tauris œstrum, canibus crotonem in aures immittunt : sic adulator in aurem admissus, haud facile excutitur, sed transuersum agit quo lubet. *Plut.*

Pictores illustrant lucida appositis vmbris & obscuris : sic adulator laudans diuersa vitia in alijs, in amico nutrit, ac fouet, quæ adsunt. *Plut.*

Oratores aliquoties aliam personam loquentem faciunt, vel fidei causa, vel vt inuidiam fugiant : & adulator narrat, quæ ab alijs de amico audierit, etiamsi non audijt. *Plut.*

Si quis merum, alioqui conferens aduersus cicutam, admisceat illi, venenum reddit immedicabile, quod calore vim veneni protinus deuehat ad cor : Ita adulator intelligens libertatem esse remedium aduersus adulationem, eam ipsam adulationi admiscet, quo magis sit noxia. *Plut.*

Vt monere, & moneri est veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non asperè : sic habendum, nullam in amicitijs pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias & assentationem. *Cicero, in Lælio.*

Quemadmodum qui audierunt symphoniam, ferunt secum in auribus modulationem, quæ ad dulcedinem cantumque cogitationes impedit, nec ad seria patitur intendi : sic adulatorum & praua laudantium sermo diutius hæret quàm auditur : nec facile est animo dulcem sonum excutere : prosequitur enim & durat, & exinteruallo recurrit. *Seneca in epist.*

Quemadmodum Heliotropium herba semper in eam spectat partem, qua Sol est, & eo condito florem contrahit : sic nonnulli ad regis omnes nutus obsecundant : & in quodcunque viderint illum esse propensum, in id feruntur & ipsi. *Plin. lib. 18. ca. 27.*

Vitrum mirè crystallum imitatur, res vilissima rem longè pretiosissimam : Ita assentatio amicitiam imitatur, res pessima longè optimam. *Plinius libro nono, capite vigesimo nono, & libro 37. capite secundo,*

Pardus odoris gratia allectans feras inuadit, atque occidit : Ita quidam blandiloquentia irretitos fallunt, ac perdunt. Sic principum aulæ habent nescio quid blandum, quod inuitet in perniciem. *Plin. lib. 8. cap. 17.*

Vt ranæ vltra solitum vocales tempestatem significant imminentem : Ita cum plurimum valet apud principes oratio malorum, bonis tacentibus, tum instat rerum perturbatio. *Plinius.*

Qui fascino vtuntur, laudando necant arbores, fata, pueros : Ita adulator laudando perdit. *Plin.*

Vt nihil insidiosius melle venenato (nam sunt quædam huiusmodi) ita nihil magis cauendum, quàm blandus hostis. *Plin. libr. 21. cap. 13.*

Hyæna vocem humanam imitatur, & nomen alicuius edidicit, quem euocatum lacerat : Ita quidam obsequio blanduntur, donec in perniciem trahant. *Plin. lib. 7. cap. 2.*

Vt canes Melitæi potissimum in delicijs sunt opulentis ac potentibus fœminis : Ita principes effœminati delicijs, plurimi faciunt adulatores & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes. *Plinius lib. 3. cap. vlt.*

Chamæleon qui subinde mutat colorem : omnem imitatur, præter rubrum & candidum : Ita adulator nihil non imitatur in amico præter ea quæ honesta sunt. *Plin.*

Quod oleum est muscis, formicis, fereque reliquis insectis, id est adulatio stultis principibus. Siquidem oleo peruncta moriuntur illa : hi assentatione, & obsequio palponum in exitium trahuntur, ipsi trahunt Rempublicam. *Plinius capit. 30. & libro vndecimo, capite 19.*

Cupresso non innascuntur ceraſa propter amaritudinem, nec buxo propter duritiem : Ita pestis adulationis fugit seuera ac trista ingenia, mollia captat & facilia. *Plinius libro septimo, capite vigesimo quarto.*

Vultures triduo futura cadauera præsentiunt, eoque aduolant : Ita quidam captatores, multis etiam annis morti diutius imminent. *Plin.*

Heliotropium ac lupinum circumaguntur cum Sole & quocunque

cunque se moueritille,eodem deflectunt & hæc cacumen: Ita proceres aulici,quocunq; regis ingenium vertit,eo propendent omnes. *Plin.*

Vt suauius est antiphonum, quam si vox omnino sit eadem: Sic iucundior amicus, ita concors, vt tamen nonnihil dissideat quàm adulator per omnia obseruans. *Plin.*

Hyæna, sicut & Ichneumon,nunc mas est,nunc fœmina: Ita quidam sui dissimiles, nunc fortia loquuntur, nunc mollia, nunc philosophi sunt,nunc nepotes,nunc amici,nunc inimici. *Plin.lib.7.c.2.*

Vt timidus miles videns hostes appropinquantes cogitat de adornanda fuga: Sic adulator videns imminere periculum ab ijs, quorum opibus viuebat,statim retrocedit. *Apud Stobæum serm.* 12.

Similis est adulatio panopliæ pictæ, quæ delectationem quidem, sed vsum nullum præstat. *Apud Stobæum serm.* 12. *Maximus sermon.* 11.

Antisthenes, quemadmodum meretrices bona omnia præter mentem & prudentiam suis amatoribus imprecantur: Eodem modo adulatores ijs, cum quibus agunt. *Apud Stobæum sermone duodecimo.*

Sotionis, sicut qui amicos ad peregrinationem euntes, dum via plana est,deducunt: dum asperior esse incipit,recedunt. Sic adulatores comitantur eos, qui diuitias & opes paratas in promptu habent,vt exponant liberaliter,verum sumptus cum deficit,statim retrocedunt. *Apud Stob. serm.* 12.

Quemadmodum Delphini, quousque vnda subest, comitantur natantes, in littus verò nunquam egrediuntur: Sic adulatores in sereno rerum statu semper manent. *Apud Stobæum sermone* 12. *& Maximum sermone vndecimo, ex Sotionis libro de ira.*

Aristonymi, quemadmodum ligna, dum augent ignem, ab ipso consumuntur: Ita opes, dum alunt adulatores, ab eisiplis pereunt. *Apud Stobæum serm.*12. *Anton. in Meliss.part.*1.*serm.*52. *Maxim. serm.* 11.

Phauorini, quemadmodum Actæon ab alumnis suis canibus interijt: Sic parasiti eos,à quibus aluntur,pessundant. *Apud Stobæum serm.*12.

Antonij Monachi, ligna, quemadmodum ab igni consumuntur: sic amplissimę diuitię ab adulatoribus dilapidantur. *In Meliss.part.* 1.*serm* 52.

Quemadmodum lepori canem: sic amico adulatorem natura infestum esse cogitandum est. *Ibidem.*

Roterodami, Vt canes Melitæi potissimum in delitijs sunt opulentis ac potentibus fœminis: Ita principes effœminati delitijs plurimi faciunt adulatores, & ad gratiam omnia tum loquentes, tum facientes. In prouerbio, Canis Melitæus. *Ex Plin.libro tertio, capite vltimo.*

Vultures triduo futura cadauera præsentiunt, eoque aduolant: Ita quidam captatores multis etiam annis morti diuitum imminent. *In similitud.*

Non omnem escam omnes amant pisces, sed alius alia delectatur: vnde piscatores gnari, quam quisque maximè appetit, fallunt ea potissimum obiecta: Ita adulator deprehenso hominis ingenio, quibus rebus deliniatur,à quibus abhorreat,quod illi gratissimum esse intellexerit,hoc potissimum eum captat. *In similitud.*

Vt heliotropium ac lupinum circumaguntur cum sole, & quocunque se moueritille,eodem deflectunt & hæc cacumen: Ita proceres aulici, quocunque regis ingenium vergit, eo propendent omnes. *In Similitud.*

Qui fascino vtuntur, laudando necant arbores, sata, pueros: Ita adulator laudando perdit. *In similitud.*

Vt ranæ vltra solitum vocales tempestatem significant imminentem: Ita quum plurimum valet apud principes oratio malorum,bonis tacentibus,tum instat rerum perturbatio.

Thriueri, qui alteri innititur, nunquam potest rectè incedere, & qui primatis alicuius aut plebeculæ captat officium, nunquam potest quicquam liberè dicere. *In apophtheg.* 5. 113.

Ventus subinde est eo pestilentior,quo spirat suauior: nec semper fidendum est ijs, qui blando sermone hominem excipiunt, & multa promittunt: ferè enim tales sunt, qui technas & insidias struunt. 5. 115.

Non est mirum, quod pueri dulcia appetant, sed est dolendum, quod principes tanti assentatores faciant. Nam hi corrumpunt vniuersum hominem,dulcia verò duntaxat ventrem. 5.91.

Vt Patroclus in bellum proditurus reliqua quidem Achillis arma sibi sumpsit,solam hastam,vt grauem ac prævalidam, non attigit: Ita adulator omnia veri amici symbola imitatur, præter solam admonendi libertatem. *Plut.*

Medicus dat operam,quo sanitatem tueatur & augeat: Ita facit amicus: At adulator lacerosas titillat partes. *Plutarch.*

¶ Adagia.

Mercenarium præconium. *Tullius.*

Laudes non ex animo tributas, sed commodi gratia per adulationem oblatas, M.Tullius actione in Verrem, 3. mercenarium præconium appellat.

Saluete equorum filiæ. Χαίρετ' ἀλλοπάδων θυγατέρες ἵππων.

Apparet loco vulgari fuisse tractatum in eos,qui emolumenti gratia blandiuntur.

Verbis coquinarijs. ῥήματα μαγειρικά.

Venusse dixit Aristophan. in Eq. pro verbis mollibus, blandis ac dulcibus: coquorum enim est edulcare cibum, per se subausterum.

In ostio formosus. ἐν θύρᾳ καλός. *Aristophan.*

De ijs,qui adamantur,vulgoq; gratiosi habentur.

Python formosus. Πύθων καλός. *Pind.*

Conuenit,vbi quis per adulationem falsò laudatur.

Myosobæ. Μυοσόβαι. *Athenæus.*

Dicetur rectè in eos, qui in friuolis cupiam inseruire conantur.

Haudquaquam difficile Athenienſem Athonis laudare. Οὐχ ἁπλοῦν Ἀθηναίους ἐν Ἀθήναις ἐπαινέσαι.

Dictum est autem propter encomia orationesq; paneg yricas, quæ Athenis ex more exhibebantur ijs, qui fortiter opperiissent in bello, in quibus quia plurima dicebantur in laudem populi Athenienſis, pronis auribus audiebantur, propterea quod suis quisque laudibus fauet.

Cura esse quod audis. *Horat.*

Conuenit in diuites, qui ita demum felices fuerint, si id sudant esse,quod audiunt ab adulatoribus.

Herculana scabies. Ἡράκλειος ψώρα.

De scabie iucunda facileq; sanabili, interprete Suida. Erasmus putat dici in eos,qui blandis adulationibus delinitι, veluti iucunda quadam scabie pruriunt.

Ficum cupit. σῦκον αἰτεῖ.

In eum dicebatur, qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur.

De fera comedisti. Ἀγρίᾳ βέβρωκας.

Dicebatur olim ofcitanti. Venustius erit, si commodè transferatur ad supinos, ofcitabundos & negligentes. Du hast auch vom faulen Fleisch gessen. Item, Du boreſt mit gern dicke bretter. Item, Were holtshawen ein orden / es weren so viel Mönch mit worden.

Ἀδελφίζειν.

Dicuntur, qui vocabulis adoptiuis alicui blandiuntur, & fraterculum appellant. Horatius frater pater, adde.

Demulcere caput.

Pro blandiri, sumptum ab adulantium gestu. Germani dicunt, die Ohren melcken. Item, die Blumen streichen.

Refutantis laudem immodicam.

Οὔτε ἐγώ θεός εἰμι τίμ' ἀθανάτοισιν ἐοικώς;

Nullum ego sum numen: quid me immortalibus aequas?

Plutarchus monet, vt hoc Homericum carmen semper habeamus in promptu, tanquam pharmacum aduersus venenum adulationis, aut vbi quis magnificentius, quam pro merito laudat.

Caudâ blandiri. κέρκῳ σαίνειν.

Caudâ blandiri dicuntur, qui sine commodi cupiam adulantur.

Præstat habere acerbos.

M. Tullius in dialog. de Amicitia: Scitum est enim illud prouerbium Catonis: Multo melius de quibusdam acerbos inimicos meriri, quàm eos amicos qui dulces videantur.

Benignior pellace vulpe. ὡς πλείονι λώιος αἰμύλης ἀλώπηκος.

De eo qui commodi sui causa simulat beneuolentiam.

Lethale mulsum. θανάσιμον μελίκρατον. *Diogen.*

Lethale mulsum dicitur, quicquid ita iucundum est, vt idem sit perniciosum.

Χρησολόγος.

Χρησολόγοι dicebantur, *qui probe loquuntur, & improbe faciunt. Paulus in Epist. ad Rom. huiusmodi blandiloquentiam* χρησολογίαν *vocat.*

Ioan. Pæan. *Horatius.*

Athenæus sic citat, in παιᾶν. Acclamatio prouerbialis, qua consueuimus,regraurer & felicitер peracta.

Polycrates matrem pascit. Πολυκράτης μητέρα νέμει. *Zenodot.*

Quoties aliquis in comendandis amicis est benignior, officiosiorq;

Ipsemet canit. αὐτὸς αὐτὸν αὐλεῖ.

Hoc est: Ipsemet cuiusmodi sit: factis ipsis declarat. Adagium in vtramlibet partem poterit applicari, bonam vel malam.

Magis ipse Phryx. μᾶλλον ὁ Φρὺξ. *Æsopus.*

Equidem coniicio dictitatum, quoties ea magis probarentur, non quæ veriora sint sed quæ adulantius dicta.

Pulchrè dixti. Belle narras. καλῶς ἐλάλησας. *Plato.*

Huc pertinere videntur ironiæ illæ prouerbiales, passim in Comœdijs obuiæ. Dixti pulchrè: Belle narras. De re dictu vehementer absurdâ. Plato in Euthyd. Du redest weißlich von der Sach.

Climacides. Κλιμακίδιος. *Plutarchus.*

Per iocum vocari poterunt, qui sè diuitibus ad quiduis obsequij submittunt, etiamsi sordidissimum sit.

Glossogastores. Γλωσσογάστορες.

Qui linguam habent venalem, ea loquentes, quæ ventri conducunt. Germani tales vocant Zungendrescher. *Quorum in numero vel primus locus nonnullis causidicis assignandus videtur.*

Ex cohorte Prætoris. *Tullius.*

Qui ad omnem nutum præsto sunt, & cum authoritate deleg.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…ud exequendum, ex cohorte Prætoris, appellari

…o talario. vel, consessus talarius.
…ieceret, quod habetur in Epist. ad Attic. lib. 1.
…ro conuentu hominum parum honoratorum.

EXEMPLA BIBLICA.

…mpla: Core & eius complices. *Num.* 16. *versi.* 13.
…am. 22. *v.* 9. Amalechita, 2. *Samuel.* 1. *v.* 10. Re-
…. 8. Absalom, 15. *v.* 3. Siba, 16. *v.*... Sedechias, 1.
…ipom. 8. ℣. 10. Pseudoprophetæ, 1. *Reg.* 22. ℣. 11. 2.
Mich. 3. ℣. 5. Pseudoprophetæ & Sacerdotes, *E-*
2. ℣. 28. *Ierem.* 6. ℣. 14. & 8. 11. *Thren* 2. ℣. 14. Iu-
…niores habuum consiliarii, 2. *Paralipom* 10. ℣. 10. Principes Iuda, 24.
17. Hostis Iuda & Beniamin, 1. *Esdr.* 4. ℣. 14. Duces & bellatores
Nabuchodonosor, *Iudith.* 2. *v* 4. Manucham, *Esth.* 1. ℣. 16. Regis As-
…fueri in vita 14. Amici Aman, eiusque vxor Zares, 5. 14. Præfecti
Dan. Daniel. 6. ℣. 7. Alcimus, 2. *Machab.* 14. ℣. 6. Filia Hero-
…diadis, *Matth.* 14. ℣. 6. Discipuli Pharisæorum & Herodiani, 22. 16.
Herodes Agrippa. *Act.* 12. *v* 3. Populus adstans Herodi concionanti,
v. 22. *Iosue* 7. 7. Accusatores Pauli, 23. 4. Tertullus, 24. 2. Felix adu-
…latus Iudæis, 24. 27. Festus Iudæis, 25. 9. Agrippæ, *v* 26. Quidam schi-
…smatici infesti Romanæ, *Rom.* 16. *v.* 18. Adulationis punitæ exem-
…pla Core, Dathan, Abiron, eorumque complices, *Num.* 16. ℣. 31. 32. 33.
Amalechita. *Sam.* 1. *v.* 15. Rechab. Baæna, 2. *Sam.* 4. *v.* 12.

¶ PROFANA EXEMPLA.

Domitianus à Quintiliano maximus Poeta dicitur, fortassis adu-
…latus. Quoniam à Domitiano sororis filiorum institutioni
præfuit erat. *Cuspinian.*

Decius Labertius Actor mimorum, inuitatus à Cæsare, vt in sce-
…nam prodiret respondit, se necessario coactum nihil tanto viro de-
…negare posse, cui & ipsi Dii omnia tribuissent. *Macrobius.*

Dionysius tyrannus adulatoribus vnice delectabatur, ab eo nuncu-
…patis thymolacolaces: qui subblandiendi causa nihil se eorum, quæ
…apparantur, videre, ita mentiebantur: vt ab ipso Dionysio ducta-
…rum aqua bibant. *Celius libro vigesimo secundo, c.* 17.

Alexander Magnus, post res in Asia gestas, cum iam Indi-
…am subigeret expeditionem; cepit in tanto rerum successu gloriæ
…cupidior: vtiam non aliter, quam prostratis humi corporibus se
…illum præteriret, superabatque abunde adulatio perpetuum re-
…gem vrbium. *Sabell. l. 6. Enn.* 4.

Demetrium Oratorem missum ad Alexandrum, quod eum Deum
…diserte silentis Athenienses mulctauerunt. Euagoram vero, quod
Regem eundem adorauerat, interfecerunt.

Antonius Caracalla Imperator omnem illam pecuniam, quam
…per omnias exactiones extorsit, partim militibus, partim assenta-
…toribus largitus est. *Dion. & Xiphilin.*

Anaximachus Carrenus Crassi adulator, cui ille omnia commu-
…nione bonis eum prodidit.

Quamuis esset ad omnes homines *M. Crassus* assentationibus
…longe propensissimus: idem erat tamen vicissim adulationibus
…expertus omnium. *Plut. in Crasso.*

Demades ita causa fuit, vt Philippus, cuius assentator erat, à
Romanis vinceretur, vt author est Polybius.

Vespasianus Imper. generis sui ignobilitatem frequenter etiam
…per ioci, eosque irrisit, qui illud in Herculem referre conarentur.
Suetonius.

Cassius, Philippi Macedonis parasitus, claudum se fingebat,
…quod Philippus crus fractum haberet: os, oculosque idem contor-
…quere, quoniam huiusmodi gestibus Dominum videbat.

Nicias, quum Alexandrum Magnum à musis petitum videret,
…quam, inquit, hæ cæteris præstant, quæ tuum sanguinem degu-
…stare. Cum vulneratum semel conspiceret, illud Homericum pro-
…tulit, ἀχαιοὶ πῶς τι μέλει μακάρεσσι θεοῖσι. Qualis diuorum percurrit
…cupanalguis.

Cassander, Dionysii parasitus, quum videret eum separatim
…cum autor ridentem, ipse procul etiam ridebat, interrogatusque
…ab eo, quæ rideret: quod, inquit, existimem digna risu, quæ di-
…cit.

Cassander Antipatri filius, Babylonem veniens, cum Barba-
…ros venientes Alexandrum salutantes conspexisset, vir in liber-
…rarum Græca, atque huiusmodi spectaculi hactenus info-
…lens, cachinnum est effusus; ea re exarsit ita Alexander, vt arreptum
…eius caput eius ambabus manibus vehementer contuderit ad
…parietem. *Plut. in Alex.*

HIEROGLYPHICA.

Fixum aruo pictura, pernitiosam indicat *adulationem*, ob
…hilarem scilicet, quæ super ea & ceruo fertur. Animal id eius sua-
…uitate ad risus usque mulceri. & ad stuporem vsque delectari dici-
…tur: vt accidat, vt dum ceruus intentior in eam incumbit, in-
…cauto illi halitu atque mors inferatur. *Pierius Valerius lib.* 47.
pag. 460. *l.*

Diuersi hominem adulatoribus deditum Thebanus Crates per
…somnium *Arbutum* in præcipua asperaq; rupe satam describebat: quippe
quo sit hominibus difficilis accessus: eius vero fructus à Coruis &
Miluis tantum decerpi: Ita horum opes ab impuris tantum & adu-
latoribus depasci. *Pierius lib.* 53. *p.* 521. *B.*

Apem Adulatoris Hieroglyphicum ponit Eucherius: vtpote
quæ mel in ore habet, in occulto caudæ spiculum: atque ita homi-
nes, qui lingua blandiuntur, latenter vero feriunt, significare: loquē-
do enim mellis dulcedinem proponunt, re vero ipsa vulnus infe-
runt. *Pierius lib.* 26. *p.* 244. *E.*

Sunt qui *adulatorem* blandiloquum & mordacem simul scu-
ram, per *Canis* Hieroglyphicum ostendant: quorum alter in obse-
quium plus æquo pronus: & alter quælibet in quemuis opprobria
fingere sæuus. Sumptum ex quadam Diogenis Cynici responsione.
Val. Pier. lib. 5. *p.* 49. *B.*

Alphonsus rex adulatores lupis haud absimiles esse dicebat. Nam
quemadmodum lupi titillando & scalpendo asinos vorare soliti es-
sent: ita adulatores ad perniciem principum blanditiis simul ac
mendaciis intendere. *Anton. Panorm. de rebus gestis Alphonsi lib.*
3. & *Aen Sylvius de eius dictis.*

D. Gregorius, Adulator scorpio est, qui palpando incedit, sed cau-
da ferit. *In Ezech. lib.* 1. *c.* 9.

¶ EMBLEMATA.

In Adulatores. Alciat.

Emblema LIII.

Semper hiat, semper tenuem, quæ vescitur, aurам
Reciprocat Chamæleon:
Et mutat faciem, varios sumitque colores,
Præter rubrum vel candidum.
Sic & adulator populari vescitur aura,
Hianscq; cuncta deuorat:
Et solum mores imitatur principis atros,
Albi & pudici nescius.

In adulari nescientem. Alciat.

Emblema XXXV.

Scire cupis dominos toties cur Thessalis ora
Mutet, & vt varios quærat habere duces?
Nescit adulari, cui quamue obtrudere palpum
Regia quem morem principis omnis habet.
Sed veluti ingenuus sonipes dorso excutit omnem,
Qui moderari ipsum nescit at Hippocomon.
Nec sæuire tamen domino fas vltio sola est,
Dura ferum vt iubeat ferre lupata magis.

¶ FABULA.

Pastor quidam cani oues suas dederat custodiendas, optimis il-
lum pascens cibis, at ille sæpe ouem aliquam occidebat: quod cum
pastor animaduertisset, canem capiens volebat occidere: cui canis:
Quid me, inquit, perdere cupis, sum vnus ex domesticis tuis, interfi-
ce potius lupum, qui continuo tuo insidiatur ouili. Imo, inquit pa-
stor, te quam lupum morte dignum magis puto: ille enim palam se
meum hostem profitetur: tu vero sub amicitiæ specie quotidie
meum imminuis gregem.

Hæc innuit fabula, longe magis puniendos, qui sub amicitiæ spe-
cie nos lædunt, quam qui apertos se inimicos profitentur.

¶ SCRIPTORES.

De adulatione *Stobæus sermone* 12. S. Pater maximus Anton. Mo-
na. *Melissa lib.* 1. 52. Ioan. Carnoten. *l.* 3. Lumen animæ, *Titul.* 17. &
para. 2. *c.* 18. Pontanus *de sermone lib.* 1. *c.* 14.

De adulatoribus quibusdam & scurris, *Leonicem l.* 3. *c.* 3. De para-
sitis nobilibus ex Athenæo, *Raph. Volateran. l.* 28. Brusonius *l.* 5. *c.* 9.
Florileg. Græcum *l.* 1. *c.* 42.

De captatoribus, *Pontan. de sermone lib.* 1. *cap.* 15. Guglottogastor,
Tretres, *lib.* 10. *c.* 313. De Gnathonibus & Thrasonibus, *Ioan. Carno-
ten. lib.* 8.

Contra Gnathonicos, *Ioan Carnoten. lib.* 6. Adulationis & pau-
pertatis colloquium, *Ioan. Artopæi.* De adulatione vitanda, *Senecæ
lib.* 22. *epistola* 123. & *lib.* 4. *epistola* 31. Adulatio vitanda principi, *De-
sid. Eras. de institutione principis Christiani ad Carolum V. statim
ab initio.* Dicta contra parasitos & assentatores, *Raphael Volater. li.*
28. De parasito frustrato cœna, *Tret. lib.* 8. *fol.* 160. Quod Plato adu-
latur tyrannis, *Tret. lib.* 10. *fol.* 357. Dionysiocolaces & Alexandro-
colaces qui, *Celius l.* 22. *c.* 17.

Modus laudis absque adulatione, *Marsilius l.* 1. *c.* 9. Quomodo di-
stinguatur amicus ad adulatore, *Maximus Tyrius sermone* 14. *Plut.
de discrimine adulatoris & amici.*

Adulterium.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

ADulterium, Hebr. *Niuph.* Vide Etymologic. trilingue Lug-
duni editum anno 1607. pag. 24. col. 2. Græce μοιχεία, ας, ν.


vnde, & μοιχὸς. ὁ, ὁ, adulter: & est alieni thori violatio, & dicitur adulterium, quasi ad alienum thorum accessio. 36. q. 1. *Lex illa.* §. *Quum ergo.* & 32. q. 5. *Non mœchaberis.*

Adulterium est illicitus concubitus coniugati vel coniugatæ.

Adulterinæ claues, & adulterinæ literæ, quæ vulgo falsæ c
tur, & alieno annulo signatæ, & claues aliarum ad similitu
factæ dicuntur.

B. Thom. secunda Secundæ. quæstione 154. articulo octauo

¶ Divisio.



¶ Biblici Loci.

Adulterium damnatur & prohibetur, *Gen.* 20. 3. & 26. 10. *Exod.* 2. 14. *Leuit.* 18. 20. & 20. 10. *Deuteron.* 5. 18. & 22. v. 23. 24. *Iudicum* 19. 23. 2. *Samuel.* 11. 4. & 12. 10. *Iob.* 24. 15. & 31. 1. *Psalm.* 73. 27. *Prouerb.* 5. v. 3 8. 20 & 6. v. 24. 32. *Esaiæ* 57. 1. *Ieremiæ* 2. 36. & 3. 1. & 5. 7. & 13 36. *Oseæ* 2. 4. & 4. 2. *Sapientiæ* 3. 16. *Malachiæ* 3. 5. *Matth.* 5. 27. & 14. 4. & 19. 18. *Marci* 10. 19. *Ioan.* 8. 3. 1. *Corinth.* 6. 10. 1. *Thessal.* 4. 3. *Hebræ.* 13. 4. *Iacob.* 4. 4. Adulterium committere in corde, est libidinose adspicere, & concupiscere mulierem nuptam, aut innuptam, *Matth.* 5. 28. Adulterium spirituale, *vide*, Scortatio spiritualis. Adulterium pro idololatria, *Apocal.* 2. 22. Adulterii mala, 2. *Samuelis* 12. 20. & 13. v. 12. 29. Pœna. *Leuit.* 20. 10. *Deut.* 22. & 22. 23. 24. *Ioan.* 8. 5. Adulterii & furti collatio, *Prou.* 6. v. 29. 30. Adulterium solum est, quod coniugium dissoluit, *Matth.* 5. 32. Vide *Marc.* 10. 2. 2. *Luc.* 16. 18. Adulterium ex solo intuitu, *Matth.* 5. 27.

Adulteri à regno Dei excludendi, 1. *Cor.* 6. 9. *Hebr.* 13. 4. Adulteræ remittuntur peccata, *Ioan.* 8. 11. Adulterorum appellatio, *Iacob.* 4. 4. metaphorice sumpta, vsitato sacræ Scripturæ more, pro iis, qui Dei amori mundum & suas voluptates anteponunt.

¶ Sententiae Biblicae.

Redde vxorem viro suo: si autem nolueris reddere, scito, quod morte morieris tu. & omnia, quæ tua sunt. *Gen.* 20.

Si quis tetigerit hominis vxorem, morte moriatur. *Gen.* 26.

Non mœchaberis. *Exod.* 20.

Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commistione maculaberis. *Leuit.* 28.

Non desiderabis vxorem proximi tui. *Exod.* 29.

Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriatur & mœchus & adultera. *Ibid.*

Si concubuisti in adulterio, his maledictionibus subiacebis. Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo suo, putrescere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur. *Num.* 5.

Si dormierit vir cum vxore alterius vterque moriatur, adulter & adultera, & auferes malum de terra. *Leuit.* 20.

Qui adulter est propter cordis inopiam, perdet animam suam: turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. *Ibid.*

Qui tenet adulteram, stultus est & insipiens. *Prou.* 6.

Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in mari, & viam viri in adolescentia. Talis est via mulieris adulteræ quæ comedit, & tergens os suum, dicit: Non sum operata malum. *Prou.* 30.

Omnis homo, qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, & dicens: Quis me videt? tenebræ circumdant me, & nemo circumspicit me, quem vereor? delictorum meorum non memorabitur altissimus: Et non intellexit, quia omnia videt oculus illius, quoniam expellit à se timorem Dei, & non cognouit: quoniã oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda, intuentes in absconditas partes. *Eccles.* 23.

Filii adulterorum in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem. Nationes enim iniquæ diræ sunt consummationis. *Sap.* 3.

Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis: & adulterinæ plantationes spuria vitulamina, non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt, & si in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur. *Ibid.* 4.

Confringentur enim rami, inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filii, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ a
parentes in interrogatione sua. *Ibid.*

Omnis mulier relinquens virum suum, peccabit, statuens
reditatem ex alieno matrimonio. Primo enim in lege alie
credibilis fuit. Secundo virum suum dereliquit. Tertio in a
fornicata est, & ex alieno viro filios sibi statuit. *Eccl.* 23.

Non tradent filii eius radices, & rami eius non dabunt
& relinquetur in maledictionem, & maledicta memoria
dedecus illius non delebitur. *Ibid.*

Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis
bantur. Equi amatores in fœminas, & emissarii facti sunt, v
que ad vxorem proximi sui hinniebat. Nunquid super his
tabo, dicit Dominus, & in genere tali non vlciscetur anim
Ierem. 5.

Ecce, vos confiditis vobis in verbis mendacii, quæ no
runt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendacite
Baali, & ire post Deos alienos, quos ignoratis. Et venistis, &
coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meu
xistis, liberati sumus, eo, quod fecerimus omnes abomina
stas. *Ier.* 9.

Derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quo
mnes adulteri sunt. *Jer.* 9.

Melius est mihi absque opere incidere in manus hominu
peccare in conspectu Domini. *Dan.* 13.

Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquen

Audistis, quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Eg
dico vobis, omnis, qui viderit mulierem ad concupiscend
iam mœchatus est eam in corde suo. *Matth.* 5.

De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteri
cationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hæc sunt, q
quinant hominem. *Matth.* 13.

Nolite errare: Neque sacrilegi, neq; idolis seruientes,
ri regnum Dei possidebunt. 1. *Cor.* 6.

De Bersabea vxore Vriæ filius, qui natus est tibi, mo
Reg. 12.

Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me
culus, & operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domus
die condixerat sibi. *Iob.* 24.

Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ost
mei infidiatus sum: scortum alterius sit vxor mea, & su
incuruentur alii. Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima.
vsque ad perditionem deuorans, & eradicans omnia g
Iob. 31.

Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu su
menta sua non ardeant: aut ambulare super prunas, vt n
eius comburantur? Sic qui ingreditur ad mulierem p
non erit mundus, cum tetigerit eam. *Prou.* 6.

Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque moriat
adulter & adultera. *Deut.* 22.

Si puellam virginem desponsarit vir, & inuenerit eam
ciuitate, & concubuerit cum ea: educes vtrumque a
ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non
quum esset in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem pr
Ibidem.

Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abst
à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum p
sanctificatione & honore: non in passione desiderii, sicut
quæ ignorant Deum. 1. *ad Thess.* 4.

Fugite fornicationem, quoniam fornicatores & adult
cabit Deus. 1. *Cor.* 6.

¶ Patrvm Sententiae.

Indignantur mariti, si audiant adulteros viros pend
adulteris fœminis pœnas, quum tanto grauius punirico
rit, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & c
gere fœminas. *Aug. de adult. coniug.*

dolothytis vesci: Ita sanctius to concubitu stirpem quære-

minum. Omne stuprum adul- ieri non licet. Eadem à viro, [illegible] celebretur castimonia. Quicquid in ea, quæ non sit le- gitima vxor, commissum fuerit, adulterii crimine damnatur. *Amb. Ambrosius de Patriarchis.*

Quicunque concupiscit, quamuis sine facinore, peccatum sine facto commisit. *Athanas. apud Anton serm. 85.*

Adulter vel ante gehennam est omnium miserrimus, omnia su- spicans, ad vmbram contremiscens, ad nullum liberis respiciens oculis, sed omnes pertimescens, & qui sciunt & nescíunt, acutos vi- dens gladios, impendentes lictores, iudicia. In dolore semper est ad- ulter etiam in tenebris. *Chrysost. in Psal. 7.*

Quemadmodum gubernator in portu naufragium faciens, haud quaquam vllam impetraret veniam: sic nec is, cui quum per coniugem concessum sit, quo lapsum effugiat, tamen aliena scru- tatur matrimonia, aut qui quamcunque fœminam curiosis aspicit oculis habere quicquam potest, quo se excusét, nec apud homines, nec apud Deum, etiamsi decies millies allegarit naturalem volu- ptatem, propterea quæ possit illic esse voluptas, vbi metus, vbi discrimen, vbi periculum, vbi tantorum malorum expectatio, vbi tribunalia, vbi accusationes, vbi iudicis ira? &c. Omnia pauet metuitque: vm- bras ipsas, lapides, famulos, vicinos, hostes, amicos, &c. Sed ponamus nulli notum esse flagitium, præterquam ipsi vni & mu- lieri, quam adulterauit: quomodo ferat conscientiam redarguen- tem, verbum & amarulentam accusatricem vbique secum ferens! Quemadmodum enim seipsum nemo potest effugere: ita nec il- lam eius curiæ sententiam. Hoc enim tribunal non pecunia cor- rumpitur, non adulationibus acquiescit, eo quod diuinum est, & à Deo nostris mentibus impositum. Certe adulter per inopiam sen- sus eorum suæ ipsius animæ conciliat. *Idem de verbis Iesaiæ, Vidi Dominum, ho. 5.*

Nihil iniquius est, quam causa fornicationis dimittere vxorem, si & ipse committitur fornicari. Occurrit enim illud: In quo alterum iudicas, ipsum condemnas, eadem enim agis, quæ tu iudicas. Qua- propter quisquis fornicationis causa vult abiicere vxorem suam, prius debet esse à fornicatione purgatus, & immunis: quod similiter etiam de fœmina dixerim. *Aug. lib. de serm. Domini in monte. & habetur quæst. 6. Nihil.*

Sine potines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licen- tiam, & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ. *Augu. lib. de adulter. coniug. & habetur 27. q. 2. Si tu.*

Licet dimittitur vxor ob causam fornicationis, sed manet vincu- lum matrimonii. Propter quod sit reus adulterii, quicunque duxerit di- missam ob causam fornicationis. *Ibidem in lib. 2. & habetur 32. q. 7. Item.*

Interueniente diuortio, non aboletur confœderatio nuptialis, ita vt thori coniuges sint etiam separati. Cum illis autem committitur adulterium, quibus etiam fuerint post suum repudium copulati. *Idem de bono coniug. & hab. 32. q. 7. Interueniente.*

Potest sine fieri licitas nuptias ex personis illicite coniunctis, ho- nesto pacto subsequente manifestum est. *Ibid. & hab. 31. q. 1. c. De- nique. Vide sane.*

Deinde mortuo eo, cum quo fuit verum connubium, fieri coni- gium cum qua præcessit adulterium. *August. ad Val. de nupt. & concupis. & hab ibid.*

Quemadmodum non recte dici potest, si nescit homo, non pec- cat. Iam enim peccata ignorantium, quamuis minora, quam scien- tium tamen non recte dici potest. Si causa fornicationis dimiserit vxorem vir, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio eorum qui alias ducunt, relictis propter fornicationem prioribus. Sed vtique minor, quam eorum, qui non propter fornicatio- nem dimittunt. Sunt enim in fornicatione gradus: vt sicut grauius peccat adulter, quam fornicator, sic grauius delinquit, qui nec sua dimissa aliam ducit, eo quod suam dimittens, aliam cognoscit. Gra- uius quoque, qui vxorem suam habens, ad coniugem proximi sui accedit, quam qui non habens vxorem, thorum alterius violat: vel virginem seductam solutam accedens. Sed hos omnes incestuosos transcen- dere quosdam iacunt contra naturam delinquentes. *Aug. lib. de adult. coniug. lib. 2. & habetur 32. q. 7. Quemadmodum.*

Si dictum est his vxores, seruate vos vxoribus vestris. Quales vultis eas inuenire, tales & ipsæ inueniant vos. Quis viuens est, qui non ca- stam vult ducere vxorem? & si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? intactam quæris? intactus esto: puram quæris? pura esto. Non enim illa potest, & tu non potes. *August. de verbis Dom. tract. 48. & hab. 33. q. 4. Si ductus.*

Si virgo nupserit nesciens viro alieno, hoc si semper nesciat, nun- quam ex hoc adultera erit: si autem sciat, iam ex hoc adultera esse incipit, et quo sciens cum alieno cubauerit? sicut in iure prædio- rum tenetur quisque bonæ fidei possessor rectissime dicitur, quam- diu possidere ignorat alienum: quum vero scierit, nec ab aliena possessione receserit, tunc malæ fidei possessor perhibetur, tunc iu- ste iniustus possessor locabitur. *Aug. de fide & operibus. & hab 34. q. 2. Virgo.*

Apostolus dicit: His, qui sunt in coniugio, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro suo non discedere: quod si discesserit, ma- nere innuptam, aut reconciliari viro suo. Potest enim fieri, vt dis- cedat ea causa, qua Dominus permisit. At si fœminæ licet virum suum dimittere propter fornicationis causam, quid respondebimus de hoc, quod dicit posterius. Et vir vxorem suam non dimittat? Quare non addit, excepta causa fornicationis, quod Dominus permittit, nisi quod similem formam vult intelligi: vt si dimiserit (quod causa fornicationis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur v- xori? & post pauca: Dominus permisit causa fornicationis vxorem dimittere, sed quia permisit, non iussit. *Idem super epist. Paul. 1. ad Corinth. 7. & hab. 32. q. 7.*

Non mœchaberis, id est, non ibis ad aliquam aliam, præter vxo- rem tuam, tu autem exigis hoc ab vxore, & non vis reddere vxori: quum debeas in virtute præcedere vxorem tuam (quoniam casti- tas virtus est) & tu suo vno impetu libidinis cadis, & vis vxorem tuam victricem esse, & tu victus iaces? & quum tu caput vxoris sis, præcedito ad Deum, cuius caput es. Vis tuam domum capite deor- sum pendere? caput enim mulieris vir est, vbi autem melius viuit mulier, quam vir, capite deorsum pendet domus. Si caput est vir, melius debet viuere quam mulier, & præcedere in omnibus bonis factis vxorem suam. *Idem de decem chordis. & habetur 32. q. 6. Non mœchaberis.*

Sicut satius est fame mori, quam idolothytis vesci: Ita sanctius est, defungi sine liberis, quam ex illicito concubitu stirpem quære- re. *Idem de bono coniug. & hab. 32. q. 4. Sicut.*

Omnes cauiationes Apostolus amputans, apertissimè definiuit, viuente viro esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Nolo mihi proferas raptoris violentiam, matris persuasionem, patris authori- tatem, propinquorum cæteruam, seruorum insidias, parentum con- tumelias, damna rei familiaris: quamdiu viuit vir, licet adulter sit, licet Sodomita, licet flagitiis omnibus coopertus, & ab vxore pro- pter hæc scelera derelictus: maritus tamen est reputandus, eius sci- licet, cui alterum virum accipere non licet. Non hæc Apostolus pro- pria authoritate decernit, sed Christo in se loquente Christi verba secutus est, qui ait in Euangelio, Qui dimittit vxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mœchari: & qui dimissam acceperit, adulter est. *ad Damascenum presbyterum: & habet. 32. q. 4. Omnes causationes.*

Origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis. Nihil autem interest, ex quam honesta causa quis inflamat. Vnde Xi- stus Pythagorus ait in sententiis: Adulter est, inquit, in suam vxo- rem ardentior amator. In aliena quippe vxore omnis amor turpis, in sua nimius. Sapiens iudicio debet amare coniugem, non affectu. Non regnet in eo voluptatis impetus, nec præceps feratur ad coi- tum. Nihil enim est fœdius, quam vxorem amare quasi adulteram. Certe qui dicunt, se causa reipublicæ & generis humani vxoribus coniungi, & filios procreare, imitentur saltem pecudes & postquam venter vxoris intumuerit, non perdant filios: nec amatores se vxori- bus præbeant, sed maritos. *Hier. contra Iouin. lib. 1. & hab. 32. quæ. 4. Origo quidem.*

Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum ad- ulterium est: nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab vxore, debetur, castimonia. Quicquid in ea, quæ non sit legi- tima vxor, commissum fuerit, adulterii crimine damnatur. *Ambro- sius de Patriarchis. & hab. 32. q. 4. c. Nemo sibi.*

Nulli licet scire mulierem, præter vxorem. Ideoque coniugii datum est tibi ius, ne in laqueum Diaboli incidas, & cum muliere aliena delinquas. Tolerabilior est, si lateat culpa, quam si culpæ vsurpetur authoritas. *Idem: & habetur ibidem cap. Nemo §. Nulli licet.*

Dixit Sara Abraham: Ecce, conclusit me Dominus, vt non pa- riam: intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex ea. Et ita fa- ctum est. Sed considera primum, quod Abraham ante legem Moy- sis, & ante Euangelium fuit. Nondum ergo interdictum adulterii videbatur. Pœna criminis ex tempore legis est, quæ crimen inhi- buit. Nec ante legem vlla est rei damnatio, sed ex lege, non ergo in legem commisit Abraham, sed legem præuenit. Deus autem in pa- radiso coniugium laudauerat, non adulterium damnauerat. Habes primam Abrahæ defensionem. Secunda illa est, quod non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non petulantis formæ captus de- core, ancillæ contubernio coniugalem posthabuit thorum: sed stu- dio quærendæ posteritatis, & propagandæ sobolis. *Idem: & habetur cap. Dixit Sara.*

Obiiciuntur Iacob quatuor vxores: quod, quando mos erat, cri- men non erat: sicut Patriarchæ coniugibus excipientibus semen suũ misebantur, non concupiscentia perficiendæ voluptatis, sed pro- uidentia propagandæ successionis. Sic Apostoli auditoribus admi- rantibus doctrinam suam condelectabantur, non auiditate conse- quendæ laudis, sed charitate seminandæ veritatis. *Idem: & habetur 32. q. 4. c. Obiiciuntur.*

Quod si in adulterio perseuerare elegerit, patronus turpitudinis, & lenocinii reus maritus habebitur, nisi eam adulterii ream facere voluerit. *Gregorius: & habet. 32. q. 1. c. Apud §. Quod si.*

Si quis vxorem suam inuenerit adulteram, & postea deinceps placuerit habere eam in matrimonio, duobus annis pœnitcat. Ideo,

quia cum adultera mistus sit, quæ adhuc crimine suo non est purgata. Aut abstineat se à matrimonio eius, donec expleatur satisfactio criminis pœnitentiæ suæ. Ideo, quia post satisfactionem pœnitentiæ non meretur vocari adultera. Similiter, si virum suum vxor inuenerit adulterum, non ad imparia iudicabitur. *Iob. Chrysostomus, & hab.32.q.1.ca.Si quis.*

Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat: Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt. Et ideo mulieribus prodito crimine earum communio denegatur. Virorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinet, qui vtiq; summouebitur, si eius flagitium detegatur. Quum enim par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit. *Innocentius Papa. & hab.32.q.5.Christiana.*

¶ Poeticae Sententiae.

Plaut.in Sticho.

Bonas mulieres æquum est facere, & absentes viros
Perinde habeant, quasi præsentes sint.

Ouid.in epist. Phædræ ad Hippol.

Peius adulterio turpis adulter obest.

Ouid.lib.3.de Arte amandi.

Nupta virum timeat, rata sit custodia nuptæ:
Hoc decet, hoc leges, iusq; pudorq; iubent.

Idem lib.1.de remed.

——— *quare ne pœniteat te.*
Nil mihi cum nupta. Thais in arte mea est.

Idem lib.2.Trist.

Sed neq; me nuptæ didicerunt furta magistro.

Mart.epigr.lib.2.in Gallum.

Subdola famosæ (moneo) fuge retia mœchæ,
Leuior ô conchis, Galle, Cytheriacis.

Idem lib.6.de Thelesina.

Quæ nubit totiens, non nubit: adultera lege est.

Hor.Carm.lib.3.Od.6.

Fœcunda culpæ secula nuptias
Primum inquinauere & genus & domos,
Hoc fonte deriuata clades
In patriam populumq; fluxit.

Idem Serm.lib.1.Satyr.2.

Audire est operæ pretium, procedere recte
Qui mœchis non vultis, & omni parte laborent:
Vtq; illis multo corrupta dolore voluptas:
Atq; hæc rara cadat dura inter sæpe pericla.
Hic se præcipitem tecto dedit: ille flagellis
Ad mortem cæsus: fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos:
Hunc permixerunt calones. Quin etiam illud
Accidit, vt quidam testes, caudamq; salacem
Demeteret ferro.

Idem Serm.lib.1.Satyr.2.

Desine matronas sectarier: vnde laboris
Plus haurire mali est, quam ex re decerpere fructus.

Idem.

Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo:
Ne nummi pereant, aut pyga, aut denique fama,
Deprendi miserum est.

Iuuenal.Satyr.1.

Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?
Quem sponsi turpes, & prætextatus adulter?

Idem Satyr.6.

Antiquum & vetus est, alienum, Posthume, lectum
Concutere, atq; sacri genium contemnere fulcri,
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Viderunt primos argentea secula mœchos.

Iuuenal.Satyr.11.

Alea turpis.
Turpe & adulterium mediocribus, hæc eadem illi
Omnia quum faciant, hilares nitidiq; vocantur.

Tibull.lib.3. eleg.4.

Ah pereat, didicit fallere si qua virum.

Hom.lib.22.Iliad.

Coniunx erepta marito
Tanti causa mali, & belli redditur origo
Tyndaris, & quicquid cum pellice vexit adulter.

Plautus in Cistellar.

Matrona magis concubibile est istuc,
Vnum amare, & cum eo ætatem exigere, cui nupta semel est.
Verum enim meretrix fortunati est oppida simillima,
Non potest rem suam obtinere sola sine multis viris.

Seneca in Agamemnone.

Vltimum est nupta malum.
Talam mariti possidens pellex domum.

¶ Philosophicae Sententiae.

Ὅκόσαι γὰρ ἱερήιαι τελέουσιν ἀλλοτρίῳ λεχέων, αὐτῶν καὶ μιαίνουσαι πάντων τῶν ἐν τῇ δίκῃ ἐλευθέρων τε καὶ οἰκετέων συντιθῇ καὶ ὅλως ἀνθρ. καὶ ψεύδεα κατὰ πάντων μυθίζεται τοῦτον, ἵνα μὴν δοκέῃ διαφέρειν ἐυνοίῃ: καὶ τῆς οἰκίης κρατῇ, ἐσγίνεται. οὐ τέτων γὰρ φόβῳ γίνεται συμπάντων, ὁκόσα τε αὐτῇ τε καὶ δῇ κοινά ἐστι.

Nam quæ lectos alienos amat, omnia domestica odit, beros, tum famulos. Huiusmodi mulier dolos apud maritu git, & mendacia aduersus omnes ei narrat, vt sola videatur xime benuola esse, & familiam regat. Hæc otium amat, exitium rebus omnibus nascitur, quas & ipsa & maritus co nes habent. *Pericȳones Pythagorica ex libro de mulieris co tate.*

Nulli enim tunc subsessorum matrimoniorum oculi met tur, sed pariter & videre sancte, & adspici mutuo pudore cu bantur. *Val. Max. lib.2.*

Adulteri multa ob libidinem audacter perpetrant, non fortes sunt. *Arist. lib.3. Eth.c.8.*

Adulter, qui lucri causa adulterium committit, iniustus est intemperatus: lucri enim causa id facit. *Idem lib.5.c.2.*

Non debet homo sanæ mentis vbique & ad quamcunque rem mittere semen suum. *Arist. lib. æconomic.*

Vir non debet iniuriari fœminæ, ne fœmina iniurier *Ibidem.*

Iniuriari fœminæ, est coire cum extranea muliere, & è co *Ibidem.*

Maximus honor est sobriæ mulieri, si videt sibi virum tem seruare, & de nulla alia muliere curare, sed præ omnibu priam fidelem æstimare. *Ibid.*

Si mulier cognouerit sibi iustum & fidelem virum, & ipsa iusta & fidelis erit. *Ibid.*

Bonum opus est ab aliena muliere abstinere, propter tem tiam. *Arist. lib.2. Polit.*

Adulteri maximam hominum inuidiam contrahunt, & no do eos, quos iniuria lacessunt, in se vltores prouocant, verum tos pene omnes, qui eandem contumeliam & iniuriam form *Franc. Patr. de regno. lib.4.*

¶ Apophthegmata.

Thales Milesius, adultero sciscitanti, an abiuraturus esset a rium? Non est, inquit, periurium adulterio peius. Significans stulte dubitare de peierando, qui facinus periurio par non du set committere. Eoque in atrocibus sceleribus nihil ponderis iusiurandum. Quisquis enim audet dare venenum, audebit & periurio inficiari. *Laert. lib.1. Brusson. lib.1.c.4.*

Socrates adulteros perinde facere dicebat, ac si qui nolim qua superne profluente bibere. sed ex illa, quæ in fundo subiec deterior est. *Stob serm.6.*

Diogenes Quum quidam Diogeni referrent, Didymu mœchum comprehensum: Dignus est, inquit, ex ipso nomin spendi. Porro Didymi Græcis testiculi dicuntur: ab his igitur nomen habebat, & quibus peccauerat, voluit eum suspendi. *L lib.6.*

Idem eos irridebat, qui cellas promptuarias obserant vectib seris, & signaculis: corpus autem suum multis fenestris & ianu periunt, per os, pudenda, aures & oculos. *Stob. serm.6.*

Demosthenes, Demadi oratori dicenti, Sus Minerua scomma inscitiam Demostheni exprobrans: At ista Minerua quit) nuper in adulterio deprehensa est. *Brusson. libro 1. cap.4 Plutarch.*

Geradas, Lycurgi temporibus tanta erat apud omnes vxo pudicitia, ac tam longe aberant ab ea turpitudine, quæ postea luit, vt prius esset incredibile, adulterii crimen apud Spartano ueniri, ferturque dictum cuiusdam vetustissimi Spartani Gera qui rogatus ab hospite quodam, quid pœnarum darent apud Sp tanos adulteri? neque enim videre se quicquam super hac re tum à Lycurgo: Nullus, inquit, ô amice, apud nos adulter est. (ille subiecisset, Quid igitur, si existat? Dabit, inquit, bouem tam vt porrecto vltra Taygetum collo, bibat ex Eurota. Cumque ill dens dixisset, Fieri non potest, vt tantus bos inueniatur. Et quo cto, inquit Geradas, Spartæ existat adulter, in qua diuitiæ, delicia corporis ascititius cultus probro habentur: contra verecundia, destia, ac obedientiæ magistratibus debitæ obseruatio, decori ha que dantur? Prudenter intellexit Geradas, ibi non posse nasci vbi non admittuntur vitiorum seminaria: eaque vbique iacere bus pro honore tribuitur ignominia. Atque hæc est clementissi ratio medendi prauis moribus, excitandique virtutis studium. *in Lacon. apoph. & in Lycurgo.*

Dionysius Senior, quum intellexisset, filium, cui principat relicturus erat, ingenui viri coniugem adulterasse, iratus inter gauit, an vnquam tale quicquam in patre comperisset? Hic a lescens: Tu inquit, non habebas patrem regem, Nec tu, fil cit.

…abiturus es, ni talia perpetrare de-
…m exhæredationis crimen iudicabat
…tum ludus est. *Plut. in reg. & imp.*

…iulta nocte ad Alexandrum ducta es-
…rex, vbi fuisset tam diu? illa respondē-
…se donec maritus isset cubitum: ministros accitos a-
…cuit, ac, Reducite, inquit, hanc: parum enim abfuit,
…quæ vestra culpa fuerim factus adulter. Egregium castitatis exem-
…plum in iuuene, tum in rege. Nam apud illos simplex stuprum
…non nullo crimine habebatur. Apparet autem tum fuisse morem
…qui adhuc durat in Italia, vt vxores secubarent à viris, nisi si quando
…vocarent. *Plut. in reg. & imp. Apoph.*

Fastidius Pontidius interrogatus à quodam; qualem existima-
…ret eum qui in adulterio deprehenderetur: Festiue, Tardum, re-
…spondit. *Bruson. lib. 1. cap. 4.* Respondeamus nos, Turpissimum &
…impium nebulonem.

Sulæ Syllæ libertus, cui Fausti nomen erat, cum intellexisset so-
…rorem eodem tempore duos mœchos habere, Fuluium Fullonem
…videlicet, & Poponium cognomento Maculam: notans per ridicu-
…lum eius adulterium: Miror, inquit, sororem meam habere macu-
…lam, cum Fullonem habeat. *Bruf. lib. 1. c. 4.* Ita ludunt probrosi & ad
…obscœna quæque admittenda & patranda nati homines, seu po-
…tius monstra hominum.

¶ Similitvdines.

Ego verò sum in hac opinione, quod sicut qui adulterium com-
…mittit in solo corde, nondum omnino progressus ad opus, ita si quis
…fecerit in corde cætera, quæ prohibita sunt, verbi causa: si quis corde
…tantum sit furatus, aut corde tantum falsum testimonium dixerit,
…non ille qui facto furatus est, aut falsum testimonium re perpe-
…trauit, sed tantum vt qui corde solo talia fecerit, punietur, idque si
…per plam fletit, quo minus peruenerit ad prauum facinus. Quod si
…præterquam quod voluit, aggressus quidem est, sed non successit,
…punietur vt qui non solum corde, verumetiam opere peccauerit.
…Superhæc quæret aliquis, an adulterium committat aliquis solo
…corde, etiamsi factum adulterii non peregerit, sed in solo corde fue-
…rit impudicus. Simili modo facies de cæteris laudabilibus. Habet
…autem hic locus quo probabiliter falli possimus, quod hac opinor
…ratione tollendum est, Adulterium quidem in corde peractum, mi-
…nus peccatum, quam si quis adiungat etiam factum. Non po-
…test autem fieri vt pudicitia sit in corde, quæ obstet impudico fa-
…cto, nisi quis hic quoque in exemplo sumat virginem, iuxta quod
…lasciuia in solitudine violatam. Fingamus enim cor alicuius esse
…pudissimum, cæterum violentam peregisse corruptionem corpo-
…ris pudicæ, in eo quod lasciuum est. Hæc sane mihi videtur prorsus
…esse etiam occulto quidem, corpore vero non esse pura, quemad-
…modum erat ante vim illatam. At non quia non pura, statim impu-
…dica. *Chryf.*

Deo quo liberis operam dedisti legitime, quamuis crimen illud
…non sit, orare tamen non audes, conuiciatus autem & contumelia-
…tus, quod gehennam tibi præparat, antequam te ipsum mundes,
…manum ad cœlum tollis, dic quæso quomodo non inhorresceis?
…Quo sic ab incontaminato lecto resurgens times ad orandum ac-
…cedere; quum in diaboli lecto sis, cur horribile Dei nomen audes
…inuocare? Diaboli quippe lectus est omne conuicium, ita, quasi
…pernicioſus quidam adulter occulta voluptate cum animo adulte-
…rato, & ex pernitioſo spermate, diabolicas inimicitias parit, contraq;
…matrimonium agens omnia eos, qui pacis vinculo in vnum coar-
…tantur, in multas dirimit partes. Quum matrimonium, in vna duos
…certe coniungat, nec coniunctos solum disseparat, sed etiam ipsum
…unum scindit, & lacerat. Quare vt libere Deum adire possis con-
…fessionem hanc atque adulterium furoris, quasi rabidum canem
…procul animo tuo extermina. Sic Paulus etiam iussit Leuantes pu-
…ras manus sine ira & disceptatione. *Idem.*

Sicut enim aurum videtur quidem esse splendidum priusquam
…probetur in fornacem, verum vbi traditum fuerit igni, tum vero
…vero dignoscitur, eo quod adulterinum est, ab eo quod est syncē-
…rum, separato. Sic & nostra opera, vbi diligenter examinaueris, tum
…euidenter reteguntur, videmusque nos ipsos multis criminibus ob-
…noxios esse. *Idem.*

Sicut quisque, siue regis violarit vxorem, siue pauperis, siue serui,
…pari ratione adulter est, cum peccatum non personarum differen-
…tia, verum ex voluntate improba, id scelus admittentis iudicetur:
…ita & hic, imo illum magis adulterum dixerim, qui quamlibet ex
…vulgo, quam qui ipsam reginam violauerit, illic enim plurima irri-
…tamenta sunt, puta opes, elegantia, forma, & eiusmodi, quorum hic
…nihil inuenitur. Eadem profecto oratione illum magis ebrium di-
…xerim, qui quolibet vino, quam qui optimo inebriatur. Ita & cupi-
…dum eam potissimum censeo, qui ne minima quidem rapere omit-
…tet. Nam qui maxima, minima fortasse contemnet. Fur igitur magis
…hic quam ille est. *Idem.*

Sicut nauclerus portu naufragium faciens, neutiquam assequi-
…tur veniam: Ita vir post nuptialem portum aliena coniugia inua-
…dens, vel mulierem alienam curiosius spectans, nullam habebit de-
…fensionem, tam apud Deum quam apud homines, etiamsi exercentes
…naturæ voluptatem prætexat. *Ser. 9. de Oz. ia. Idem Chryf.*

Plinii, Coccyx ova subdit in nidis alienis: Ita quidam alienas vxores faciunt matres. *lib. 10. cap. 9.*

¶ Exempla Sacra.

Adulterii exempla: Ruben, *Gen. 35. 22.* Beniamitæ. *Iud. 19. 25.* Dauid, *2. Sam. 11. 4.* Herodes, *Matth. 14. 3. Marc. 6. 17. Luc. 3. 19.* mulier quædam, *Ioan. 8. 2.* Corinthius incestuosus, *1. Cor. 5. 1.*

Adulterii puniti exempla: Tribus Beniamin, *Iud. 20. 46.* Dauid, *2. Sam. 12. 10.* Pharao, *Genes. 12. 17.* Israelita cum Moabitide, *Num. 25. 8.*

¶ Exempla Profana.

Clytemnestra cum Ægistho adultero in pernitiem mariti Agamemnonis coniurauit: quo interempto Orestis furor in matrem concitatus est. *Eurip. Sophocles.*

Euridice Macedonum Regina, Amynthæ vxor atq; Philippi mater, vt adultero regnum traderet, Alexandrum ac Perdiccam filios veneno sustulit: idemque viro fecisset, nisi filia scelus detexisset. *Fulgos. lib. 9. c. 1.*

Fabia Fabij Fabriciani vxor, dum Petronium Valentium liberali forma adolescentem, quo cum adulterii consuetudinem habebat, maxime deperiret: maritum interfecit, vt adultero frueretur securiùs. *Plut. in parallel.*

Apud Aegyptios si quis sine vi adulterauerat, virgis cædebatur ad mille plagas: mulier naso mutilabatur. Existimabant enim mulierem sese ad illicitam incontinentiam exornantem oportere ea parte mutilari, qua maxime facies exornatur. *Diodor. libr. 1. cap. 6.*

Apud Arabes aliasque nationes adulteris semper capitis pœna fuit: quod plerique philosophi prodidere, qui adulterium periurio grauius crimen censuerunt. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 1.*

Apud Pisidas adulterii convictus per vrbem vnà cum muliere circumducebatur super asino, ad dies aliquot. *Stob. Serm. 42.*

Apud Germanos adulteram abscisis crinibus maritus expellit domo, & per omnem pagum nudam verbere afficit. *Nicolaus, De Gentium moribus. Hestor.*

Aglaia Romana matrona dispensatori Bonifacio sese prostituit: at sub Diocletiani persecutione ad pœnitudinem ambo conuersi finem pernicioſæ voluptati statuerunt. *Marul. lib. 2. c. 12.*

¶ Hieroglyphica.

Eum qui coniugem haberet adulteram, veteres per *Caprum* designabant, eratque hoc apud illos hieroglyphicum: atque illud insuper adagium ferebatur in spurios, si de patre quispiam quæritaret vt τὰς μητρὸς ὁποῖ αὐξ, responderent: Matris quippe vti capra. *Pier. Val. lib. 10. c. 90. D.*

Per Fibrum animal Ægyptii Sacerdotes eum qui pœna sit affectus ob nequitiam, qua fuerit in muliere aliqua petulans, significabant. Proditum enim est hoc animal in venatione deprehensum suos sibi testes abscindere, atque eos proiicere, gnarum, se eorum præcipue assequendorum causa peti. Nam & adulteri eadem affici pœna solent: vt deprehensi præfectis testibus dimittantur. *Pier. Val. lib. 13. p. 122. F.*

Basilius ex congressu *Anguis & Murenæ adulterium* interpretari videtur. Admonet enim eos qui nuptiis insidiantur alienis, discant cuinam feræ, cui reptili sint similes? quum naturæ quoddam adulterium viperæ Murenæque coniunctio videatur. Atque huc potius respicit Ægyptiorum Hieroglyphicum. *Pier. Val. 29. pag. 272. F.*

Exempla.

Cuculi.

Emblema LX. Andreæ Alciati.

Rvricolas agreste genus pierid; cuculos
Cur vocitent, quænam prodita causa fuit?
Vere nouo cantat Coccyx, qui tempore vitæ
Qui non absoluit, iure vocatur iners.
Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
Cui thalamum prodit vxor adulterio.

¶ Scriptores.

De custodia & indagatione suspectæ impudicitiæ mulieris 4. 6. 9. *Hier. Paduan.* Idem de adulterio 4. 6. & 7. *Vincent. Bellouacensis* 3. 9. 2. Mœchorum Epitaphia. *Anthol. Græca. l. 4.* In adulteros Lex prima. *Calius* 20. 25. Mœchus cædis multæ propemodum auctor. *Aelian in Var. Græ. fol. 47.* Quid pateretur Mœchus in Creta, *ibid. 52.* Quod fuerit ius marito in adulterio vxorem deprehensam necare. *Gell. 10. 23.* Pellex quid? *Idem Gell. 4. 3.* Qua crudelitate Macrinus imperator in adulteros animaduerteret, *Crinitus* 11. 9. De adulterinis coniugiis. *Aur. Aug. Tomo 6.*

Vide Coniugium, Fornicatio, Matrimonium, Scortatio, Sodomia.

Aduocatus.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

ADVOCATVS, Græce παράκλητος ὁ. Nam παρακαλέω, aduoco, ille qui in iudicio est, qui iurisdictioni præest, desiderium suum, vel amici exponit, vel alterius desiderio contradicit. Vide Etymolog. trilingue Lugdun. pag. 25. col. 1.

Aduocatus à patrono sic differt: quod aduocatus generalius nomen est. Siquidem quicunque adest alteri officii gratia, aduocatus appellatur, etiamsi nihil dicat, agatque, modo sit paratus defendere. Patronus autem proprie, qui agit causam, sed accusati, non accusantis.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, & pupilli, & viduæ. Et dicat omnis populus, Amen. *Deut. 27.*

Væ, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam aufertis ab eo. *Isaiæ 5.*

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Non ideo debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis verum testimonium, quia vendit aduocatus iustum patrocinium, aut peritus verum consilium. Illi enim inter vtranque partem ad examen adhibentur, isti ex vna consultunt. *Aug. in ep. ad Mac.*

Nihil impudentius arrogantia aduocatorum, qui garrulitatem authoritatem putant, & parati ad lites in subiectos tumida intonant. *Aug. in quodam serm.*

Iuste aduocato dicitur: Redde quod accepisti: quoniam contra veritatem fecisti, iniquitati adfuisti, iudicem fefellisti, iustam causam oppressisti, de falsitate vicisti. *Ambros. in serm.*

Iustus aduocatus à nullo iniustas causas accipit, nec verba dare pro iustitia sustinet. *Greg. super Ezech.*

Verbosum aduocatum & studentem eloquentiæ, cum sapientiæ sit inanis, non aliud quam iustitiæ hostem reputes. *Bernh. de consident.*

Hi sunt, qui docuerunt linguas loqui grandia, cum operantur exigua: largissimi promissores, parcissimi exhibitores, diuersi aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes sunt, vt faciant malum, bene autem facere nesciunt. *Bern. ibid.*

Verbosus aduocatus aut rumpetur, aut loquentur. plenus est sermonibus, coarctatus est spiritus vteri sui, esurit & sitit auditores, quibus iactitet vanitates, & habita opportunitate loquendi, si de literis agitur, noua profert & vetera, volant sententiæ, resonant verba ampullosa, interrogantem præuenit, & quærenti non respondet. *Bern. ibid.*

Miror namque, quomodo religiosæ aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad subuersionem, quam ad inuentionem proficiunt veritatis. Nihil enim ita absque labore manifestam facit veritatem, sicut breuis & pura narratio. Præscinde ergo linguas vaniloquas, & labia dolosa claude. Hi sunt, qui docuerunt linguas suas loqui mendacium, diserti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes sunt, vt faciant malum, eloquentes vt impugnent verum. *Bern. ad Eugenium Papam l. 2. c. 9.*

Ranæ significant clamosas aduocatorum allegationes, quæ inani & inflata modulatione velut ranarum sonis & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim aliud vtiles, nisi quod sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddunt. *Orig. super illud Exod. 8. Percutiam omnes terminos tuos ranis.*

Antiqui forensem eloquentiam, caninam facundiam nuncupabant, eo quod causidici in certaminibus causarum, omissis quæ agunt, veluti canes alterutrum lacerant. *Isidor. 3. de sum. bon.*

Irritare, à canibus tractum, est, quorum latratibus resonat plurimum. *Sidonius.*

Hi sunt, qui causas protendunt adhibiti, impediunt prætermissi, fastidiunt admoniti, obliuiscuntur locupletati. Hi sunt qui emunt lites, vendunt intercessiones, deputant arbitros, iudicanda dictant, dictata conuellunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, retrahunt transigentes. *Cass. sup. illud Ps. 73. Irritat aduersarius nomen tuum.*

Hi sunt, qui negant ciuitatibus inducias, mercatoribus nundinas, emptoribus mensuras, reuerentiam clericis, originem nobilibus, locum prioribus, cunctis iura, distinctis priuilegia, quibus nullum genus hominum, ordinum, temporum cordi est. *Cass. ibid.*

Hi sunt in conuiuiis scurræ, in exactionibus harpyiæ, in collocutionibus bestiæ, in quæstionibus statuæ, ad intelligendum saxei, ad iudicandum lignei, ad ignoscendum ferrei, ad amicitias pardi, ad facetias vrsi, ad fallendum vulpes, ad superbiendum tauri, & ad consumendum minotauri. *Cass. ibid.*

Hi sunt, quorum si nares afflauerit cuiusquam rubiginosi aura marsupii, confestim videbis illic oculos Argi, & manus Briarei, & Sphyngarum vngues, & periuria Laomedontis, Vlyssis argutias, Simonis fallacias, fidem Polymnestoris, & pietatem pigri Leonis adhiberi. *Cass. ibid.*

Quomodo inter armatos, argutos, tumultuosos, virtute, numero, contubernio poterit ex æquo & bono solui inermis, abiectus, peregrinus & pauper, audiri, vbi est gurges de sutoribus fabularum, de concinnatoribus carminum, de publicatoribus siniistrarum opinionum, qui cum non habeant, opera pro pomis spargunt, verba pro foliis, & cum non adsit medulla sentuum, abundant spuma verborum. *Cass. ibid.*

Apud causidicos etiam ipsum silentium venale est, ac lingua eorum damnifica, nisi funibus argenteis ligetur. *Cass. ibid.*

Si quis armatus est pecunia, tanquam loricis argenteis, torrentis impetum Tulliani, fulgur incursus Hectorei, robur virtutis Herculeæ, versipelles Vlyssis vilipendit astutias. In tantum enim habendi fames incanduit, vt Dialecticæ muta sit subtilitas, Rhetoricæ languescat ciuilitas, vbi nummorum perorat pluralitas. *Alanus de conquestione naturæ.*

Si in aurem iudicis vel aduocati susurret pecunia, Orphei lyra, carmen Amphionis, musa Virgilii, voce pecuniæ suffocantur. Quid plura? Vbi nummus loquitur, Tulliani eloquii tuba rauescit: vbi nummus militat, Hectoreæ militiæ fulgura compescuntur: vbi pugnat pecunia, virtus expugnatur Herculea: nummus vincit, nummus regnat, nummus imperat vniuersis. *Alan. ibid.*

Nunquam deerit multiplex conuentus fassorum, si tantum præsentia fuerit nummorum. *Alan. ibid.*

Sæpe causas tantum differunt, quod litigantib. plus quam totum auferunt: quia maior est expensarum sumptus, quam sententiæ fructus: nec terminantur negotia pauperum cœpta, quousque eorum marsupia sint euacuata, cum tamen scriptum sit: Gratis accepistis, gratis date: ipsi vero nec gratiam gratis dant, nec iustitiam iuste reddunt. Lucrum in arca, damnum in conscientia. Sed quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? *Innoc. de Vtilitate conditionis humanæ.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 10.

Turpe reor miseros empta defendere lingua,
Quod facitat magnas turpe tribunal opes.

Ouid. epist. Acontii ad Cydippen.

Et mea quum sit
Optima, non vllo causa tuente perit.

Catullus ad M. T. Cic. epist. 46.

Disertissime Romuli nepotum,
Quot sunt quotque fuere, Marce Tulli,
Quotque post aliis erunt in annis:
Gratias tibi maximas Catullus
Agit, pessimus omnia poeta,
Tanto pessimus omnium poeta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Hi sunt, qui causas protendunt adhibiti, impediunt prætermissi, fastidiunt admoniti, obliuiscuntur locupletati. Hi sunt, qui emunt lites, vendunt intercessiones, deputant arbitros, iudicanda dictant, dictata conuellunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, retrahunt transigentes. *Sidonius in epist. de iudicibus.*

Postquam commoditas quædam, praua virtutis imitatrix sine rationabili officio dicendi copiam consecuta est, tunc ingenio freta malitia, peruertere vrbes, ac vitas hominum labefactare consueuit. *Cicero in prologo Rhetor.*

Sæpissime vidi in causis aliquid mali facere homines minime malos. *Cicero libro de Oratore.*

Vide Eloquentia, Iudex, Iudicium.

Aedificatio.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

AEDIFICATIO, Græce οἰκοδομή, ῆς, ἡ: & οἰκοδόμικος, ἡ, ὁ, architectus, & οἰκοδόμημα, ατος, τὸ, ædificium, quod ex ædes & facio componitur. Dicitur autem ædificium omnis constructio, vtputa quadrigæ, currus, portus, pontiũ, nauium, & aliorum huiusmodi. Aedificii quoque appellatione non solum superficiem significari, sed solum quoque ipsum, cui ædificium superpositum est, Vlpianus putat.

Aedificatio est actus rei ædificabilis. *Themistius in Phys. Arist. l. 3. c. 27. text. 11.*

Aedilis initio dictus est Magistratus, qui ædium non tantum sacrarum, sed etiam priuatarum curam gerebat. Postea hoc nomen & ad magistratus translatum est. Dictus est autem Aedilis, quod facilis ad eum plebi aditus esset. Sed & Aedilatus dicebatur eadem dignitas: sicut Pontificatus. *Pomp. Festus.* Aedilem Budæus & Theodorus Gaza ἀγόνομον vertit. *Plut. & alij* munus Aedilitium ἀγορανομίαν. Aedilem ἀγοράνομον appellant.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

Aedificatores lapides, quos firmos esse volunt, dulcibus aquis diu madefactos operibus imponunt. *Io. Gra. l. 2. de Anim. tex. 121.*

Aedes ita parandæ sunt, vt rerum possessarum salubritatis & commoditatis rationem habeamus. *Arist. Oeconom. l. 1. c. 6.*

Aedes

Ædes sacræ idoneum locum in ciuitate habere debent, ut esset
s locus qui supereminentiam haberet, & sub hunc locum de-
fieri constructio fori, quod debet esse purum ab omni mercatu,
vecpolices, nec agricolas inde appropinquare, nisi à Magistrati-
s vocentur: & gratior esset locatus, si Gymnasia seniorum in
conibitus sint: & circa ædes sacras decet conuiuia sacerdotum
Politicorum polit lib.7.c.12.

Legibus omnia circa forum curæ esse debent, & post templo-
vsum omnem cura ipsorum est in foro, ne quis iniuriam faciat
is quæ ad hominum vsum pertinent, vt petulantiæ & tempe-
æ inspectores sint, & castigent eum qui castigatione opus ha-
ex venustibus considerent, quæ circa externos constituta sint.
Plato de legib. 8.

Ediles ex iecundis & primis censibus quinq; eligantur. fiat au-
ipsorum electio vt vrbis curatorum, vt decem eligantur per
tigas, vt ex his quinque sortiantur, & approbatos ipsos, princi-
pronuncient. Quiuis eligat quemlibet, qui noluerit, mulctetur
nquaginta drachmis, ad hoc vt pro malo viro habeatur. *Plato*
legib. Dial.6.

Edilis gubernationem circa forum à legibus constitutam cu-
iant & templorum ac fontium in foro curam gerant, vt nemo
quam iniuria afficiat. Si verò quis iniuria affecerit: puniant
pis & vinculis seruum & peregrinum. At si sit indigena, in ipso-
potestate sit mulctare vsque ad drachmas centum numisma-
indicantes in communi cum vrbis curatoribus duplam huius
tiam exigant: idem de vrbis curatoribus. *Plato de legibus,*
6.

¶ Scriptores.

De origine Architecturæ & ædificiorum. *Polydorus Virgilius li-*
.cap.7. De ædificandi ratione. *Brusson.lib 1.cap.11.* De ædificio-
vanitate. *Conanus in apophth.* De ædificijs veterum & nouo-
Raph. Volater.lib.27. Duodecima hora ædificare quid sit. *Cæ-*
Rhod.lib.11.c.9.

De ædilis officio & munere. *Plutarch. in Mario. Liuius libr.4.*
decundata. Vitruuius in præfat. libr.10. Alexander ab Alex.
.cap.4. & lib.6.c.1. Quando primum ædilitas cœperit, & quot
ent ædiles, & qui curules, & qui plebei. *Idem Alex.ab Alex*
.4. De ædilium edicto. *Gell. lib.13 c.13.* Loca ædilem metuen-
Caliur Rhodig lib.30.cap.19.

Vide Architectura, Domus.

Ægritudo.

¶ Definitiones et etymolog.

Ægritvdo, Græcè ἀῤῥωστία, ας, ἡ; ἄῤῥωστος ς, ὁ, ægrotus dici-
tur, est opinio recens magni mali præsentis, cui subijciun-
tur inuidentia, obtrectatio, æmulatio, misericordia, angor,
us mœror, ærumna, dolor, lamentatio, solicitudo, molestia, affli-
d desperatio, &c. *secundum Ciceronem libro quarto. Tusculan.*
6.

¶ Sententiæ Philosophicæ.

De ægrotante extra patriam, Dial. cxxiiii.

Francisc. Petrarch.

Dol.

Aliena in patria ægroto. R. Quid refert cuius sit in patria ægritu-
vtique tua est. D. Ludis me, ego extra patriam ægroto. R. Qui
na vnam patriam est, intra aliam sit oportet, extra omnem pa-
m nec ægrotare, nec sanus esse quisquam potest. D. Diuerticula
horum quæris. Extra meam patriam ægroto. R. Vnum hoc bo-
m hunc inest malo. Nemo grabatulum tuum premet. Non im-
mana vxor, aut filius sui vterque solicitus, negligens tui. Quoties
me vero vxor, patri filius, fratri frater, in vltimis laboranti pului-
nuisserint, & mori adiuuerint, quem alienigenæ vetuissent? Sæ-
ibi maior est caritas, vbi minor creditur. Certè nullus astantium
uo tuo gaudebit, nullus tibi mortem optabit, quæris causam?
ilius hæreditatem tuam expectabit, omne in facinus spes & cupi-
tas impellunt, hæc tranquillitas non facilè tibi in patria contigis-
. Multi stratum circumsisterent sub officij specie funeri inhian-
que cogitatio ægrotanti ægritudo (nisi fallor) altera est. Obses-
hinc lupis, hinc vulturibus se cernenti, iam cadauer mente ca
entibus. D. Extra patriam ægroto. R. Qui scis, forsitan nunc in
nam redis. Rectum & breue iter in patriam est mori. D. Extra
nam ægersum. R. O superuacuæ semper & inanes hominum
æreliæ. Quasi verò ardentior extra patriam febris aut durior sit
ægra. Malum hoc omne, quod videtur, voluntarium est, atq; in
vestra positum potestate, vt pestes aliæ, quascunque falsa animis
inuexit opinio.

De ægritudine dentium. Dial. cxiiii.

Eiusdem Petrarchæ.

Dol.

Dentium vexor ægritudine. R. Quantum fidas intestinis, vide,
ossa te ipsa destituunt. D. Tremere dentes incipiunt. R. Quid mol-
libus spei est? duri & solidi nutant artus. D. Dentibus æger sum.
R. Inualidum & caducum animal est homo, cui etiam quæ præua-
lida videbantur infirma sunt. D. Magnus me dentium dolor habet.
R. Et quæ ad decus præcipuum q; oris robur obtigerant, doloris
in materiam verti vides, vt intelligas, quam mansura sit hæc, cui
tam securus insides mortalis compago domicilij. D. Iam mihi v-
nus, alter que dens cecidit. R. Iam ergo vel hinc existima quantum
Deo debeas, tot tantis q; muneribus, quorum paucissimis, ac mi-
nimis caruisse supplicium, & flebile damnum ducas, digna ingrati-
tudinis pœna est, Seruus vt domini largitatem quam præsentem
spernit absentem lugeat, & quam lucris intelligere noluit, damnis
intelligat. D. Iam dentibus exarmatus sum. R. Iam inermis cum
voluptate luctaberis, minus comedes, parcius ridebis, lentius mor-
debis alienam famam. Loqui parantem facta sepes dentium præ-
nabit: si non castitas, saltem pudor ab illicitis oculis tenilem petu-
lantiam cohibebit. D. Iam mihi senectus dentes fregit. R. Iure suo
illa vsa est. Tu naturæ gratias age, quæ tibi hoc suo dono vti per mi-
sit in senium, quod à multis in iuuentute repetijt, qualis fuit apud
vos ille modo regum maximus, qui adhuc virenti æuo penè denti-
bus caruit, & si iuuenilem hanc iacturam senili posi modum eximio
oculorum (vt ipse aiebat, quod q; ipse tacebat) ingenij atque a-
nimi vigore solabatur, exemplum vtile omnibus, aliquo vel natu-
ræ, vel ætatis incommodo affectis, ne singula deficant, neue omnem
solutum teporem munificentiæ cœlestis iniuriam vocent, sed ser-
uatis perdita mulceant, aipera senibus, dulcibus acria. D. Dentes
mihi rapuit senectus. R. Hos si illa non repetet, raptura mors fuer-
rat. plenam ossium sepulturam inspice, testarum dentes arentium,
primum quidem terrificè albicantes, mox ruptis vultos radicibus
atque effusos videas, non hic numerus, non hic robur, decor que va-
luerit. Filia Mithridatis, Ponti regis, vtroque gemino ordine den-
tium fuisse legitur. Pruliæ verò Bithyniæ regis filius pro superno
ordine dentium vnum inferioribus cunctis parem, hoc est vnum
os ab vna in alteram maxillam, nec inuenustè, nec incommodè
protentum habuisse. At Zenobia Regina Orientis inter cæteras
formæ laudes, tanto dentium nitore describitur, vt inter loquen-
dum, ridendum que non dentibus, sed candidis Margaritis plenum
os habere videretur. Horum quoque nunc busta perquire, singula-
re nihil inuenies, cuncta pridem æqua omnibus sparsit, & attriuit
mors. Nimis corpus amatis ac membra mortalia, nimis animum
immortalem, ac virtutem spernitis. O cæci semper, & iniqui rerum
æstimatores. D. Iam sine dentibus sum. R. Iam ergo dentium do-
lor nullus, sed nullum quoq; præsidium, nullus vsus sine dentibus,
cum labore præmolendus cibus. Et nisi dissimulas cogitandum eo
tibi iter instare vbi nil editur, atque vbi solo gaudio, cibisq; animæ
viuitur.

De ægritudine tibiarum. Dial. xcv.

Eiusdem Petrarchæ.

Dol.

Tibiarum vexor ægritudine. R. In omni ædificio periculosissi-
mum est illud vitium, quod fundamentis insidet. Cætera enim vt-
cunq; corrigas, hoc ruinam trahit, qua instante, quid est reliquum
nisi vt quamprimum ex fatiscenti migretur hospitio? D. Tibiarum
ægritudine sum affectus. R. Huius ægritudinis, vt multarum, causa
ferè omnis non aliunde quam ex vobis ipsis est. Iure igitur in vos, ex
vobis orta reflectitur, obliti enim illud consilium Sapientis, Palpe-
bræ tuæ præcedant gressus tuos, & illud alterius primum argumen-
tum, compositæ mentis existimo posse consistere, & secum morari,
neq; consistere potestis, neq; gressus vestros attendere, sed vt cæci
præcipites, hac illac palpitando discurritis. Quid miri igitur, si nunc
ad lapidem, nunc ad lignū offenditis. Illud planè mirabile est, quod
culpas vestras insonti tribuitis naturæ, quin etiam voluptas mira
dementia, equorum vos frementium turbis ingeritis, vnde sæpè
ferratorum calcium vestigia reportatis. Nonne tibi videtur, quod
ad Ciceronem vni dicitur pene omnibus conuenire? Hæc mala, in-
quit, stultissime tota ipse tibi addidisti. Sic est hercle. Nolite vos fal-
lere, mala vestra magna ex parte vobis ipsi facitis, quæ postea depl
retis. Tu si domi perstitisses, hoc est tecum, neq; hanc forsan æ-
gritudinem, neq; harum querelarum materiam inuenisses. Va-
ga vita, & instabilis, quod varijs afficiatur incommodis non in-
iustum est. D. Tibiæ doloribus agitor. R. Si tu causam dolori
bus præbuisti, gaude culpam plecti, si minus, exortem culpæ ani-
mum solare. Et si doles molestiam adesse, at abesse culpam, gau-
de. Vtcunq; se res habeat, dolorum cuspidi, patientiæ clypeum op-
pone, perpetuū in omni anxietate documentum, quo nulla vnquā
medicina salubrior repetitur. D. Tibiæ doloribus prægrauatus

sum. R. Consulent medici vt iaceas, nec te lecto moveas: haud inepte illi quidem, vt post damnum facias quod ante debueras. Ego autem de illorum consilijs nil amplius dicam, sed tu ipse quanti ea sint pretij tuo discres impendio. Idem tamen consulam, quod medici, sed respectu alio, illi enim te iacentem fomentis adhibitis instaurari posse facilius opinantur, dum ad locum dolentem haec spiritus adeo confluunt, nec humores stanti confluerét aut eunti. Ego te in tuo lectulo compositum, quicquid de salute corporea eueniturum sit, sepositis interea curis omnibus, tranquillo tantisper accubitu mitigatis angoribus, de sepulchro aliquid cogitare, qualiterue ibi sis iaciturus, & præsentis status tui conditionem metiri velim, mortemque ipsam, antequam veniat, tam familiarem tibi efficere, vt non horreas venientem. Mors enim sola est, quæ possit mortale corpusculum ab omni ægritudine liberare.

¶ Apophthegmata.

Socrates, Stulti, inquit, curari nequeunt, quando siniſtram fortunam experiuntur: nec ægrotantes sanari possunt, si voluptatibus operam dederint. *Stob. serm.* 2.

Antigonus, à graui morbo postquam conualuerat: Nihilo prius est, inquit, siquidem hic morbus submonuit nos, ne animo efferamur, quum simus mortales. *Plut. in apoph.* Quis docuerat Ethnicum Regem Philosophiam Christiano dignam animo? Deplorabant amici eeu magnum malum, quod tam grauiter ægrotasset: ille interpretatus est, ex morbo plus accessisse boni, quàm mali. Corpus extenuárat, sed animum reddidit modestiorem: corporis robori nonnihil detraxerat, sed animo detraxit insolentiam, morbum longè periculosissimum. Proinde non pessimè res habet quum leuior morbus arcet pestilituè maiorem. *Erasm.* verum hoc idem dictum alij etiam Alexandro adscribunt.

Ion Sophista dicere solebat, rem morosam esse ægrotationem. Nam ægrotis vxor molesta est, & medicum incusant, & lectulum molestè ferunt. Ex amicis etiam si quis accedit, grauis est: & qui discedit, molestus. *Philostratus & Brusonius lib. 4. c. 20. ex Plut. lib. de animi tranquill.*

Iramus, quum apud Antigonum militaret, corporis aduersa valetudine laborans, rogatus à Rege palloris causam, ægritudinem incognitam causatus est. Rex vero animi magnificentia ductus, iubet remedia adhiberi ad eum sanandum. Restitutus igitur sanitati miles, postea omnia mortis pericula vitabat. Rogatus vero à Rege mutationis causam, ait: ô Rex, tu me minas audacem fecisti, quod ijs malis me vindicasti: quibus vita à me mea contemptui habebatur. Sensit miles, ægritudinem hominibus in eo prodesse, vt omnia fortunæ bona, & ipsam etiam vitam miseram & ærumnosam contemnant, qua, cum sani sumus, in nostram perniciem abutimur. *Brusonius lib. 4. c. 15. ex Plut.*

Anaxarchus ridebat Alexandrum, quod seipsum Deum faceret: cum autem aliquando in morbum incidisset Alexander, & ei medicus sorbitionem imperaret fieri, ridens Anaxarchus, inquit: At nostro Deo spes omnis in sorbillatione patellæ posita est. Irridet philosophus Alexandrum Regem, qui ob fortunam propitiam, & res tam feliciter gestas, Deum se esse putabat. At ostendunt humanæ vitæ miseriæ & incommoda, quæ indies nos circumueniunt, nos homines esse fragiles: quo fit, vt moneamur subinde, ne ex hominibus nos Deos esse fingamus, nullis malis obnoxios. *Aelian. lib. 8. de var. hist.*

Seneca, Nihil æquè ægrum reficit atque adiuuat, quàm amicorum affectus. *Epist. 76.*

Theodoricus Colonienſis ecclesiæ Pontifex, religiosa vita tum etiam prudentia & authoritate inter Electores imperij facilè princeps, quærenti Sigismundo Cæsari, quonam facto feliciratem consequi posset? Inter mortales, ait, frustra requiris. Petenti rursum, ad cœlestem illam quo itinere pergeret? Recta, inquit. Instanti tertio, quid agens recta vaderet? Si vitam tuam ita institueris, duxerisque, inquit, vt facturum te promisisti, dum calculus, aut podagra, siue alia valetudo aduersa acrius te oppressit. Docuit autem morbum monere nos ad capessendam meliorem vitam. *Aeneas Syluius lib. 2. comment. de reb. gest. Alphonsi.*

¶ Similitvdines.

Quemadmodum stulti curari nequeunt, cum siniſtram fortunam experiuntur: Sic ægrotantes sanari non possunt, si voluptatibus operam dederint. *Socrates apud Stobæum sermone 2. de imprudentia.*

Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: Simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. *Lib. 2. Tusc. quæst. Cic.*

Vt fit in prælio, vt ignauus miles, ac timidus, simul ac viderit hostem, abiecto scuto, fugæ quantum possit, ob eamque causam pereat nonnunquam, etiam integro corpore, cum ei qui sterterit, nihil tale euenerit: Sic qui doloris speciem ferre non possunt, abiciunt se, atque ita afflicti & exanimati iacent: qui autem restiterunt, discedunt ipsi, isti ne superiores. *Lib. 2. Tusc. quæst.*

Vt in causis non semper vtimur eodem statu, sed ad tempus, ad controuersiæ naturam, ad personam accommodatione lenienda. nam quam quisque curationem dendum est. *Lib. 3. Tusc. quæst.*

Exempla Biblica.

Exempla ægritudinis: Aegyptij, *Exod. 9. v.* peccatum Dauidis immissa, *2. Sam. 24. vers. 15.* Lepra Oziæ cœlitus inflicta, *15. v. 5. 2. Paral 26. v. 21.* Ioram, *21. v. 19.* Vlcera quibus percussus fuit Dauid, *Psalm. 38. vers. 6.* Paralyticus, *Matth. 9. v. 2.* Homo triginta octo annos infirmus, *Ioan. 5. v.* Corinthij, *1. Corinth. 11. v. 29. 30.* Extraordinarius morbus Ioram ob idololatriam, *2. Paral. 21. v. 19.*

Aegritudinem Hebræi *daabon* appellant, id est, tabem, morbum tabificum, à verbo *Daab*, tabuit præ animi mœrore aut præsertim ecrute elanguit, perijt phthisi. Idem significat verbum *Adab.* & *Dol.* Cognationem habent cum *Abad*, perijt. Et conuenit cum his vocibus nomen *Tabes*, morbus qui ex animi ægritudine plurimum oritur, quo etiam laborantes pereunt.

¶ Profana Exempla.

In pestilentia memorat *Thucydides* eos, qui vnicè virtutem sectabantur, vnà cum affectis amicis interisse: nam salutis suæ rationem, vt accederent ad necessarios suos, nullam habebant. *Plut. de amicorum multitud.*

C. Iulius Cæsar amicos tanta semper facilitate indulgentiaq; tractauit: vt C. Oppio comitanti se per sylue stre iter, correptoq; subita valetudine, & in diuersorio loco, quod vnum erat, cesserit, ac ipse humi & sub dio accubuerit. *Suet. in Cæs.*

¶ Hieroglyphica.

Sunt, qui *cor dentibus ambesum*, pro homine ponant, qui ægritudinibus afflictetur. *Pierius Valer. lib. 21 pag. 196. E.*

Vereres Aegyptij, cum aliquem, medicina ab aliquo Deorum præmonstrata, à morbo conualuisse ostendere voluissent: *Columbam*, vel, vt scribunt alij, *Palumbem* lauri ramusculum rostro gestantem exprimebant. Ales enim ea, quoties ægrotat, lauri folio decerpto, sibi ipsa medetur. *Idem lib. 22. pag. 205. B.*

Vide Morbus, Sanitas, Valetudo,

Æmulatio.

¶ Nomen et definitio.

Æmvlatio, Hebraic. *Kineah*, à verbo *Kinnea*, Aemulatus est, prouocauit, zelum habuit, vel ex inuidia, vel fauore, indignatus est, ægrè tulit. Verbum medium. Inde ὀχυάνεται, ὀχυάνεμαι, indignor, stomachor: ὀχυανάκτησις indignatio. Ab Hebræo verbo fit nomen *Kanna*. Zelotes, æmulator, qui ægrè fert iniurias: vox etiam media: nempe quæ in bonam vel malam partem sumitur: vt & *Kanno*, nomen eiusdem significationis. Græce ζῆλος, & ζηλόω, æmulor, est dolor quidam: quoniam bona & honorabilia, quæ æmulus assequi posset, non similibus adesse videantur: non quoniam aliis sunt, sed quoniam non ipsis quoque. *Aristot. libr. 2. Rhetor.*

Aemulatio est calcar ad capessenda ardua & difficilia. *Gell. Ant. Natta, de pulchro. lib. 5.*

Aemulari indignos non conuenit, nec miseros, sed misereri. *Plato in Gorg.*

Aemulatio est bona & bonorum virorum: inuidia, & mala & malorum. *Aristl. lib. 2. Rhet.*

Ad æmulationem propensi sunt, qui se bonis dignos censent, quæ non habent: ideo iuuenes & magnanimi tales sunt, quibus talia bona supperunt, quæ honoratis viris digna sunt, vt diuitiæ. Et ij, quos alij dignos censent. Et quorum maiores aut cognati, aut propinqui, aut natio, aut ciuitas honore excellunt, qui ea sibi propria esse, & dignos se arbitrantur. *Aristl. ibid.*

Aemulabilia sunt, quæ alijs vtilitatem afferunt, & virtutes, & quæ beneficium afferre possunt: & bona, quibus frui proximi possunt. *Aristl. lib. 1. Rhet.*

Aemulandi sunt, qui bona æmulabilia possident, vt sortitudinem, sapientiam, magistratum. *Idem lib. 2. Rhet.*

Aemulatio dupliciter dicitur, vt in laude & vitio nomen hoc sit. Nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur; & est æmulatio ægritudo, si eo quod concupierit, alius potiatur, ipse careat. *Cicero ad Attic. 6.*

Aemulatio est dolor animi, quum alius potitur ea re, quam tu concupiueris, & tu ea cares. *Franciscus Patric. de Regno, libro 5. capite. 12.*

¶ Divisio.

Aemulatio dicitur dupliciter secundum Ciceronem in Rhetoricis: est enim hoc nomen & in laude & in vitio. Nam imitatio virtutis

…æmulatio dicitur, & ſiue laudis eſt. Item æmulatio, ægritudo boni, quod quis concupierit, alius potiatur.
…mulatio duplex eſt, alia cum animi dolore, quod alius habet, habere non poteſt: alia ex ſimilitudine oritur & imitatione, nominatim dia, quæ laudanda eſt. *Franc. Patric. de Regno, libr. 5. ca-*
pit.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. 3 Art.

Tuta bene fortis equus reſerato carcere currit,
Cum quos præterea at, quos ſequatur, habet.

Heſiodus.

Ἰσοδίης τις ἐστὶν ἀγαθὸς ζηλωτύπος. Id eſt:
Æmulatur autem vicinus vicinum.

¶ Apophthegmata.

…ander Lacedæmonius dicebat, duos Lyſandros Spartam ferre poſſe. Et Archeſtratus Athenienſis, duos Alcibiades in ciuitate nem ſuam tolerari non poſſe. Adeo, tametſi diuerſi & contra-…nentem intolerabiles. *Aelian. libr. 11. de var. hiſtor. Plut. in …andr. & Alcibiade.*
…ſtides, quum Xenocratis æmulatione aperuiſſet ſcholam, …ccam vſurpauit:
ἐπιχωρεῖν ἔφη Ξενοκράτει δ' ἰδίᾳ λέγειν.
…ſt loco cede turpe, ac Xenocratem pati loqui. Laer. lib. 5. c. 1.
…xander, quum ei datum eſſet ſcriniolum, quo nihil inter o-…ſius pretiolius pulchriuſue repertum eſt, & quæreretur, in …rſum deſtinandum eſſet: alijs aliud ſuadentibus, dixit: Huic …ſtruandus dabitur Homerus: ſentiens, nullum eſſe theſau-…o pretioſiorem. Ita viſum eſt iuueni, qui ſe totum ad exem-…ſtilis componebat. *Plut. in Alex.*

¶ Similitvdines.

…ſterchi, Vt non eſt verus amor, qui caret zelotypia: Ita non …thementer virtutem, niſi ardet æmulatione rectè factorum …*in moralibus.*
…neri, Qui ex ſtatuis, aut glorioſis ſepulchris poſitis gloriam …mortalitatem ſperant, ſimiles ſunt ijs, qui anticipantes meſ-…iam prodigunt: nam & illis ij potius abutuntur viui, quam …*Apoph. 5. 73.*

¶ Adagia.

…agia de Æmulatione vide ſub titulo, Inuidia.

¶ Exempla Biblica.

…mpla Æmulationis damnatæ: Ioſita. *Num. 5. v.* 28. Phariſæi, …9. vii. Apoſtoli, *Luc. 9. v.* 49. Ioannis diſcipuli, *Ioan. 3. v. 26.* …itæ Iudæi, *Act. 19. v. 12.*

¶ Profana Exempla.

…s vir ſummus, & *Xenophon* haud expertes fuiſſe æmulationis …ntur, eo quod neuter alterius meminerit vnquam: cum mul-…que ſcripſerit, clari præſertim & inter ſe noti. *Sabell. libr. 6.*

…mulatio quoque non extitit parua inter *Ariſtotelem & Iſo-*…*oratorem.* Vide *Eraſ. in Adagijs ex Ciceronis Orat.*
…ius & Mœuius, ineptiſſimi Poetæ Vergilio ſuam inuiderunt …m, de quibus ipſe in Bucol. *Qui Bauium non odit, &c.*
…ller, præſtantiſſimus pictor æmulantium ambitione ſæpe …udicio ſuperatus, prouocauit inde ad naturæ tribunal, eſtq; …ictor iudicatus, in equi figuratione. *Sabellicus libro ſexto, ca-*
…

…xander Magnus Philippi filius, viſo Achillis ſepulchro, col-…mari cœpit, ſtudio gloriæ & æmulatione virtutis: eumque …m prædicauit, cui contigiſſet habere laudum ſuarum præco-…Homerum. *Plut. in Alex.*

¶ Emblema.

Æmulatio impar.

Emblema CXLI.

Altiuolam miluus comitatur degener harpam,
Et præda partem ſæpe cadentis habet.
Mullum perſequitur, qui ſpretas ſargus ab illo,
Prateritasq; auidus deuorat ore dapes.
Sic mecum OEnocrates agit: at deſerta ſtudentum
Vtitur hoc leppo curia tanquam oculo.

Vide Inuidia, Litor.

Aenigma.

¶ Definitio et Etymolog.

…Nigma, obſcura & inuoluta eſt quæſtio. *Alciat. ex Gellio …lib. 4. parer. cap. 19.* Cuiuſmodi ſunt illud, quod Homerum interemit, vt legimus apud Plutarchum & Herodotum à Piſcatoribus Ionijs. κατ' ὀλίγον λιπόμεσθα, οὐδὲν ἧσσον ὅλοιεν φιξόμεσθα. Quæ cepimus reliquimus, quæ non cepimus ferimus.

Aenigmatis ea eſt forma, oratio ſcilicet, quæ ex minimè congregantibus inter ſe conſtat, quod per nominum compoſitionem fieri non poteſt, per translationem poteſt. *Ariſtoteles de poetica capite vigeſimo primo.*

Hebr. verbum *Chodh*, ſignificat ænigma ſeu problema, propoſuit quæſtiones difficiles & obſcuras, quibus magis ingenij quodam acumine quàm certa indagine explicantur ſecreta: ſignificat item, propoſuit theſes arduas acuendi ingenij gratia. Cognationem habet cum *Chadhadh*, id eſt, acutus fuit. Eſt enim ænigma propoſitio acuta & arcana, Græcè αἰνίσσομαι, obſcurè loquor, propono ænigma. Nomen Hebræum Singulare *Chidhah*, ænigma plurale *Chidhoth*, & cum affix. *Chidhotham*, ænigma, vtrunque. verbum nempe & nomen, occurrit in veteri teſtamento. Numer. 12. 8. Iudic. 14. Cap. Reg. 13 14. & ſequentibus. 1. Regum 10. & 2. Chron. 9. 1. Pſalm. 49. 5. & 78. 2. Prouerb. 1. 6. Ezech. 17. 2. Dan. 8. 23. Abac. 2. 6. In nouo, Apoſtolus, 1. Corinth. 13. 12. Videmus nunc per ſpeculum, in ænigmate.

¶ Sententiæ Patrvm

Mare eſt Scriptura diuina, habens in ſe ſenſus profundos, altitudinem Prophetiorum ænigmatum; in quod mare plurima introierunt flumina. *Ambr. epiſt. 44. ad Conſt. Epiſc.*

Sic loquitur diuina Scriptura, vt altitudine ſua ſuperbos irrideat, magnos profunditate ſua terreat, attentos paſcat, & ſua paruos affabilitate nutriat. Noſtri eſt tarditas ingenii, quod eam non comprehendimus, & velamen cordi manet impoſitum; niſi ab eo qui habet clauem Dauid, auferatur, & Lux cordibus infundatur. *Auguſt.* vide eius *epiſt. 2. ad Volvſianum.*

Quemadmodum Scriptura ſimplices ſuperficie reſonet, ita ſapientes myſterio exercet. Habet enim in publico, vnde paruulos nutriat; & ſeruat in occulto, vnde mentes ſublimium in admirationem dulcedinis ſuæ ſuſpendat; quaſi fluuius quidam mirabilis, planus ſimul & altus; in quo agnus peditat, & elephas natat. *Greg. in Moral.*

¶ Philosophorvm Sententiæ.

Pythagoras Deum ænigmaticè ita deſcripſit. Eſt maximi numerorum exceſſus ſupra proximos numeros. Ænigma illud ita explicatur. Deus exceſſus eſt, nempe quo maximus numerus, denarius videlicet, proximum nonarium ſuperat. Vincit nonarium vnitate denarius. Deus igitur vnitas eſt, atque adeo denarius vnitas perfectiſſimi numeri, id eſt, naturæ omnes omnium perfectionum gradus complexæ.

Quid omnium eſt antiquiſsimum? Reſp. Thales. Deus. Cur ita? ὅτι ἀγέννητος.

Quid robuſtiſsimum? Neceſsitas, ſiue fatum. Superat enim omnia.

Quid pulcherrimum? Mundus. Eſt enim opus Dei, quo nihil pulchrius. Vel, Omnes eius partes ordine aptæ ſunt.

Quid ſapientiſsimum? Tempus, Id enim alia inuenit, reliqua inuenient.

Quid communiſsimum? Spes, quibus enim reliqua omnia deſunt, hæc adeſt.

Quid maximum? Locus. Reliqua enim mundus continet, ab hoc continetur.

Quid vtiliſsimum? Virtus. Hæc enim reliqua etiam rectè vtendo vtila facit.

Quid damnoſiſsimum? Animi vitium: huius enim præſentia plurima bona corrumpuntur.

Quid facilimum? Quod eſt naturæ conſentaneum. Nam voluptates etiam ſunt quæ ſæpenumero reſpuantur. *Plutarchus* hæc Thaleris ænigmata refert *in Conuiuio ſeptem ſapientum*, vt & alia multa ex veteribus Aegyptijs & Græcis.

Ante illos ſolenne fuit Hebræis ænigmaticè loqui, vt maximi momenti negotia elegantius exponerent, teſte Iorhamo, Gedeonis filio, noxia Sichemitarum Magiſtratuum conſilia perſtringente, Iudic. 9. cap. à verſ. 8. ad 16. & Ioazo Iſraelitarum rege ſtultam Amaſiæ regis Iudæ confidentiam ænigmate Sarcaſtico vellicante. 2. Reg. 14. 9.

Piorum, eruditorum & argutorum ænigmatum ex veteribus & neotericis collectas Centurias multas, edidit ante annos aliquot Iohannes Heidfeldius, quæ omnium manibus teruntur.

¶ Apophthegmata.

Cicero. Hortenſius orator defenſionis mercedem à Verre acceperat Sphingem argenteam, is, quum M. Tullio obliquius quiddam & inuolutius loquuto dixiſſet: Non didici ſoluere ænigmata. Atqui, inquit Cicero, Sphingem habes domi. Nota eſt fabula de monſtro Sphinge, quæ præmiis propoſitis edebat ænigmata, non ſoluentibus autem, mors erat præmium. *Plutarchus in Roman. apophthegm.*

Idem

Idem. Orator ænigmate lusit in matrem Pletorij, qui Frontelum accusabat, dicens, eam, dum viueret, ludum, mortuam magistros habuisse, notans, quod, dum viueret, infames ad eam fœminæ commeare solebant: post mortem verò bona eius venibant. Sermo videtur & absurdus & præposterus. Nam qui ludos habent, ipsi magistri sunt, & discipulos habent. Magistri autem dicuntur non solum, qui docent, verum etiam qui regunt. *Eras. lib. 4. apoph.*

Plut. archus. Si quis huiusmodi ænigma componat; Quid sit quod oderit simul & amet, fugiat & persequatur, minetur & supplicet, irascatur & misereatur, desinere velit ac nolit, eadem re maximè tum gaudeat, tum tristetur? Hic sane scirpus ægrè solui & conciliari posset. Porro Sphingis ænigma permulta quoque conficta habet. Non enim reuera tripes est senex, si baculo innitatur: neque infans est quadrupes, quia gressus molles & infirmos manibus fulcit. Amantium autem affectus veri sunt: amant, oderunt, eundem absentem desiderant, præsentem metuunt, adulantur, conuitia dicunt, &c. *Stobæus serm. 52.*

Exempla Profana.

Ænigmata mittebant olim Reges finitimi alterutris, & sophisticas quæstiones, quas si nesciret alter dissoluere, pecunia aut aliqua parte regni mulctabatur, & qui vincebat, sapientior habebatur. Idem Græci, sublatis mensis sibi ipsis gryphos, nodos, & scrupos, vt dicebant, cum pœna & præmio proponebant. *M. Anton. Natta de pulchro. lib. 1.*

Vide Argutia, & argutè dicta, Sophistica.

Aequalitas.

¶ Definitio et etymologia.

Æqvalitas, Hebr. *Ioscher*, à verbo *Iaschar*, rectus fuit, directus est, rectus & planus fuit. Et *Mischor* ab eodem verbo, quod cognationem habet cum *asschar*, beatus fuit; & *Casschar*, congruit. Græcè ἰσότης, ητος, ἡ, dicitur. Et est proportio habentium vnam quantitatem. *Secundum B. Thom. sent. distinct. 19. quæst. 1.*

Μοίραν πᾶσι νέμειν, ἰσότητας δ' ἐν πάσιν ἄριστα.

Partem omnibus tribue, æqualitas sanè in omnibus optima.

Æqualis, Græcè ἴσος, η, ον, & ἴσαιος, α, ον, dicitur. Est medium inter defectum & excessum. *Secundum Aristotelem libro secundo Ethicorum.*

Aequale est, quod habet quantitates mensuratas æquales. *Alb. Mag. lib. 3. phys. tract. 7. c. 5.*

Aequale, in iustis, & in amicitia, non similiter se habet. Nam in iustis primò est, quod est ex dignitate: secundò, quod in quantitate est: at in amicitia contra. *Arist. lib. 8. Eth. Nicom. c. 7.*

Aequalitate existente, stat iustitiæ opus. *D. Thom. Ethicorum. 8. libro 7.*

Aequales omnes sunt numero in potestate populari, qui publicæ administrationis participes sunt. *Eustach. 5. Ethicorum, capite sexto.*

Aequalitas in ciuitate erit, si diuitibus addantur pauperes, & pauperibus diuites, vt si alij decem, alij viginti, videntur autem diuitum sex, pauperum verò quinque, accedant pauperibus quatuor diuitum, & diuitibus quinque pauperum. *Aristoteles Politic. 6. capite 3.*

¶ Divisio.

AEQVALITAS duplex, scilicet:
- *Quantitatis, quæ requiritur in iustitia commutatiua, vt quisque tantum accipiat, quantum debeat, & conuenerit.*
- *Proportionis, quæ requiritur in iustitia distributiua, & in merito respectu præmij, ex B. Thom. 4. sent. dist. 46. q. 1. art. 1.*

Aequalitas est duplex; vna secundum continentiam: & sic locus & locatum sunt æqualia: alia, quæ communi mensura mensuratur. *Alb. Mag. 4. Phys. tract. 1. cap. 13.*

Aequalitas duplex, rei secundum qualitatem & virtutis similitudinem in intentione: & æqualitas proportionis ad quoddam alterum, rei æqualitas in nullo potest esse commixta: proportionis æqualitas mixtionem ingreditur. *Alb. Mag. 1. de generat. & corrupt. c. 6.*

¶ Apophthegmata.

Themistocles. Is facilitate morum multos ciuium sibi conciliarat, atque hinc popularem potentiam est adeptus. Itaque cuidam ipsum admonenti; Bene principatum geres Athenis, si cunctis æqualis & communis esse voles: respondit; Nunquam ei sellæ insederim, vnde nihilo plus à me ferrent amici, quam alieni. *Plutarchus.*

Diogenes, Pecunijs si quando egeret, eas ab amicis accipiebat. At cum à quibusdam ob id suggillaretur, quo[d] dignitatem mendicorum more peteret: Imò, [in]repeto. Repetimus autem mutuum, aut depos[i]tem egenti amico dans, non donat, sed reddit; [et] eo debet: quoniam amicorum omnia debe[nt]. *Laert. lib. 6.*

Epicurus, is mirum in modum Pythagoræ institutum imi[ta]batat: qui cum doceret, amicorum omnia esse communia, [et] bat vt discipuli, quod quisque habebat, deponerent in comm[u]diceus id esse dissidentium verius, quàm amicorum. Nam [si] verus est amicus, nihilominus habeo pro meis, quæ ille posi[de]quam si deposuisset. Qui diffidit autem, aut non est verus am[i]aut dubitat de animo alterius. *Eras. lib. 8. apoph.*

Plato, felicem & beatam esse eam ciuitatem, inquit, in qu[a] voces, Meum & Non meum, proferri non audiantur: eo quod [in] munibus, quoad fieri potest, rebus, quæ quidem alicuius [sit] tionis sunt, vti ciues debeant. Sed multo magis huiusmodi [ma] connubio eximenda est. *Plut. in nupt. præcept. & Stobæus ser[m]ne 72.*

Idem, serui & domini, inquit, amici nunquam erunt. Nec[que] nec improbi, etiam si æqualibus afficiantur honoribus. Inæ[qua]bus etiam æqualia inæqualia fiunt, nisi mensuram accipiant, [et] propter hæc vtraque seditionibus replentur Respublicæ. Ver[um] nim priscus ille sermo. Ab æqualitate amicitiam procreari. *[Plut.] de legib. Stob. serm. 42.*

Leon. Eurycratidis filius interrogatus, in qua tandem vi[ta] quis possit tuto vitam agere: In ea, inquit, quam qui inco[lu]que plus possident, neque minus: & vbi iustitia viget, iniustitia becillis est. Grauiter admonuit, æqualitatem esse pacis & tran[qui]litatis altricem, inæqualitatem seditionis esse seminarium, [et] locum esse iustitiæ, vbi vt quisque potentior est, ita licentius [se] mit imbecilliorem. *Plut. in Laconicis apoph.*

Lycurgus interrogatus, quomodo liceret hostium insultem [re] fugere. Si, inquit, nec alius alio plus requirat. Quo dicto docu[it] tiores esse eos ab hostium incursu, inter quos est æqualitas, & [in] qualitate concordia. *Plut. in loco apoph.*

Idem, quoniam intelligebat æqualitatem & ad frugalitatem [et] ad concordiam in primis conducere, fecerat nouam agrorum [di] tionem, & in singulos ciues æquam portionem distribuerat. [Ve]tur itaque, cum dein ex peregrinatione rediens iter faceret per [a]recens demessum, conspiceretque manipulorum aceruos [æ]positos & æquales, delectatus eo spectaculo, cum risu dixisse [ad] tibus: Vt tota Lacedæmon videtur multorum esse fratrum, [qui]per inter se diuiserint hæreditatem. Bono principi nihil incun[di] est ciuium concordia, ruri sum tyranno nihil formidabilius. *Plu[t.] Lycurgo.*

Idem, quum statuisset inuadere delicias, luxumque, & [in]quoque tollere diuitiarum admirationem, instituit Systitia, hu[ius] conuiuia publica. Percontanti verò cur ea constituisset, sic vti[tur] gulis conuiuijs pauci cum armis discumberent: Vt, inquit, [ex]sint ad parendum imperatis: & si quid tumultus incident, [ad] paucos sit delictum, sitque inter omnes potus ac cibi æqua [por]Denique non solum in esculentis & poculentis, verum, ne in [ve]quidem aut vasis, aut alia re quacunque plus haberet diuer[si] pauper. *Plut. in Lacon.*

Curius, deuictis Sabinis, cum ex Senatusconsulto ei ampli[us] agri modus quem consummati milites accipere solent, recusa[ret] gregalium portione contentus fuit, dicens: esse malum ciue[m] non esset satis, id quod cæteris esset satis. *Plinius Iunior, capit. [de] Curio illust.*

¶ Adagia.

Æqua concertatio.

Cum significabimus duos ex æquo paratos ad disceptan[dum] xandumue, licebit accommodare carmen illud ex Iliad. 3.

Τὰ μὲν δὴ χείρας τε καὶ ἐγχεα ἐξυσσέα,
ἀντίον ἀλλήλων ἰέμενον μαχέσασθαι.
Id est,
Illi inter sese iamiam pugnare parantes,
Obtendunt partes manus, præacutaq; pila.

Par pari. ἰσοτίμως.

Dicimus vbi quid ex æquo moderatum significamus.

Pari iugo.

Pro eo, quod est, par studio pariq; conatu.

Pertinax contentio.

Quoties ostendimus obstinatam, ac mulierebrem æqualitatem [in] ipsos contentionem, quum neuter ex altero vult inferior videri. [Ad]ueniet istud, quod Iliad. 4. Iuno dicit ad Iouem.

Καὶ γάρ τ' ἐμὸν ἐστὶ γένος, δέ μοι ἶσον σόν τε.
Id est,
Ipsa etiam Dea sum, genus inde mihi, vnde tibi ortus.

Amicitia æqualitas, &c.

Amicus alter ipse. *Neque enim quicquam non commune, vbi [for]tunarum æqualitas: neque dissentio, vbi idem animus: neque [di]uortium, vbi coagmentatio duorum in vnum.*

Æqualitas non parit bellum.

Aequalitate enim continetur concordia: inæqualitas autem discordiarum est mater.

¶ Hieroglyphica.

Per hirundinem in primis Ægyptij, quæ filijs suis cibum submittant, hominem intelligebant, qui liberis æquas hereditatis portiones tribueret. Neque non principem, qui se ciuibus æquaret & neque illo vellet ornatu vel apparatu magis quàm reliqui conspici vel intercipi. *Hirundo* siquidem mira filios alit æquitate, nec alicui horum parem impartiens: ea adhibita diligentia: ne qui deficiat, neue bis accipiat: atque ita, vt par sit omnium sportula, &c. *Pier. Val. lib. 21. pag. 208. E.*

Vide Æquitas, Ius, Iustitia, Lex.

Aequanimitas.

¶ Differentia.

AEQVANIMITAS in spectando. Bonitas in probandis his, quæ bona sunt. Aequanimitas in ignoscendis vitijs atq; delictis. *Aelianus Donatus Terent interpr.*

Aequanimis dicitur, qui est æqui animi, qui nec prosperis exultat nec aduersis frangitur: ita Hebræi æquanimem seu æquanimum nomine *Erech appasim*, id est, hominem longarum narium; patientem & tardum ad iram appellant. Id Deo proprium est, cui semper & experientia perpetua. De hominibus dicitur, pro munere gratiæ Dei.

¶ Sententiæ Patrum

esse corde de præceptis Dei & constitutionibus mundi non murmur. Quia iustum est omnia æquanimiter ferre, quæ iudicante Deo iubemur tolerare. *Augustin.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Solon. in Eleg.

Bonus amicus in re mala dimidium est mali:
Princeps iniqua & aqua pariter audiat.
Sed quem instituerit ciuitas, & paruus eum
Andire oportet, & aqua, & his contraria.

Plautus.

Iure mala, animo si bono vtare, iuuat:
Feriter ferendo vincitur malum quod euitari non potest.

Plautus Aulul.

Pol si est animus aequus tibi, satis habes, qui bene vitam colas.

Idem in Rudente.

Animus aequus optimum est aerumnæ condimentum.

Antholog. Sacra Iac. Bil.

Dum mutabilium decurrunt tempora rerum,
Dumq; suis mundus motibus atteritur:
Fortorum est aduersa pati, & tolerare modesti,
Nec querula in quoquam voce mouere Deum.
Cuius iudicio nulla parcetur iniquo,
Et perpes iustos gloria suscipiet.

¶ Similitvdo.

Quis absumat absynthij pusillum, & mittat in amphoram mellis, non in totum mel exterminabit, & tantum mellis à modico non deperdit & perdit dulcedinem mellis, & iam non habet eum apud dominum suum, quoniam vsum suum perdidit. Vide quoniam æquanimitas dulcissima est plusquam mel, & non perit domino qui in ipsa commoratur. Si ergo iuxta fuerit ira, ad æquanimitati contribulatur animus, & non est vtilis oratio *Chrysostomus.*

¶ Adagia.

Si mala, animo si bono vtare, adiuuat. *Plaut.*

Feriter ferendo vincitur malum, quod euitari non potest.

Magistratum gerens, audi & iustè & iniustè. ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως,

Significauit, vt qui in tractandis Reipub. muneribus versatur, patientem sit auribus, æquissimoq; sit animo, & bene atque male audita conniuescat: neque facile populi vel laudibus vel conuitijs a proposito deiiciatur. Wer regieren will / der muß hören vnd nicht hören / sehen vnd nicht sehen.

Durare iugum,

Incommode ferre seruitutis necessitatem. *Translatum à bobus iam assuetis iugo.*

Ad finem vbi peruenerit, ne velis reuerti, μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τὰ ὀπίσω.

Non vt a quo animo feras Ne Horatianum illud occinas.

O multa præteritos referat si Iuppiter annos!

Aequus, & æquitas.

¶ Definitio et etymolog.

AEQVVS, Græc. ἰσοειδής, ἐος, ὁ, ἡ dicitur, & est æquum, quod præter legem scriptam iustum est. *Arist. lib. 1. Rhet.*

Hebr. *Ieschurum*, id est, rectus, à verbo *Iasthar*, vt & æqualis atque æqualitas. Et *Schalem* perfectus fuit, absolutus, pacificus, à verbo *Schalem*, in 1. coniugatione: in 2. *Schillem*. Ab eodem verbo deducitur *Schalem*, Pax, quæ æquitatis fructus est. Et *Schitelum*, persolutio, retributio, quibus iniquitas & iniquus opponuntur.

Aequus vir est, qui non exactè amplectitur ius in peiorem partem, sed de suis commodis detrahi patitur, etsi lege se tueri possit: & hic habitus, & hæc bonitas, & æquitas Græc. ἐπιείκεια dicitur, nec ne aliud est quàm iustitia quædam. *Arist. lib. 5. Ethic.*

Æquus ab aqua deducitur, quia summa est aquæ æqualitas, dum quiescit, ita vt imaginem, tanquam speculum reddat. Significatq; æquus planum proprie, & per metaphoram ponitur pro iusto, quia nullam in partem inclinat. Vnde æquitas dicta & æqualis.

Aequitas, Græc. ἰσότης, ητος, ἡ, & ἴσος, æquus dicitur. Et est iustitia dulcore misericordiæ temperata.

Aequitas est pars iustitiæ, & continetur sub ἐπιεικείᾳ. *Secundum B. Thom. secund. Secundæ q. 80.*

Aequus & bonus vir est, qui non est exactus iuris executor in peiorem partem, sed imminuit potius, etiamsi legem ad id adiutricem habet. *Arist. 5. Eth. c. 10.*

Aequitas est quod naturalis ratio persuasit. *Boetius in Topic. lec. 3.*

Aequitas est directio iusti legalis. *D. Thom. Ethic. 5 lib. 16.*

Aequus est qui descripta legibus iusta diminuit & moderatur: namque legislator ad vnguem definire non potest, sed in vniuersum loquitur, hic in eisdem intercedens delegit, quæ legislator particulariter quidem definire volebat, verum ei facere non licuit. *Arist. mag. moral. c. 1.*

Aequitas est iustorum conducentiumque remissio, moderatio in commercijs, ordo rationalis animæ, quo ad honesta & turpia *Speusip. de Plato. definitio.*

¶ Divisio.

AEQVITAS secundum Cyprianum, quæ Græcè ἐπιείκεια dicitur seruatur in

- *Legum congrua ad opus applicatione, vt scilicet, potius legislatoris intentio seruetur, quam eius verba: Vnde Greg. & habet 22. q. 5.*
- *Humanæ verba deseruire intentioni debent non intentio verbis.*
- *Rerum iusta & debita commutatione. Leuit 19. Statera, vt iusta & aqua sint pondera.*
- *Bonorum proportionata participatione, vt in omni collegio æquitas seruetur in laboribus, & emolumentis, pro officiorum proportionata conditione, ex Archiepiscopo Floren. 4.*

Aequum duplex, vnum numero, alterum dignitate: numero ceu multitudine & magnitudine idem, & æquum dignitate id quod est secundum rationem, vt 4. ad 2. sic 2. ad 1. ambo enim mediocritates sunt. *Arist. pol. 5. c. 2.*

¶ Sententiæ Philosophicæ.

Aequum & iustum est extra leges scriptas, & accidit partim iniuitis legislatoribus quoties latet, partim volentibus, quoties distinguere non possunt. *Arist. rhet. pri.*

Aequum est rebus humanis ignoscere, nec legem, sed legislatorem spectare, non verba, sed sententiam, non actionem, sed præelectionem, nec partem, sed totum, nec qualis nunc, sed qualis semper aut plerunque extitit: & memoria tenere potius commoda quàm incommoda, & quæ accepit commoda, quàm quæ attulit, & ad arbitrum, quàm ad iudicem accedere malle: æquum enim arbiter inuenire, iudex legem: & ideo arbiter inuentus est, vt æquum valeat. *Arist. rhet. pri.*

Aequitas pacis tempore in iudicijs dominetur oportet, summum ius, summa iniuria. *Franc. Patr. de regno, lib. 2. c. 17.*

Aequitate, quam sanguine: causa, quam armis retinere parta maioribus, laudabilius æstimatur. *Corn. Tac.*

Absit iniuria & labor, quibus nulla fructus pars est. *Sallustius.*

Est ita comparatum, vt etiam malorum societas, nisi æquitas atque iustitia fuerit seruata, facillimè infringatur. *Polybius.*

Exempla Sacra.

Exempla æquitatis & iustitiæ: Abraham, *Genes. 13. vers. 8.* Iacob 30. *vers. 31. 32. 33.* Iosua cum principibus, *Ios. 9. vers. 19.* Filiæ Salphaad, *Num. 17. vers. 7.* Adonibesech, *Iud. 1. vers. 6. 7.* Samuel, 1. *Sam. 15. vers. 32. 33.* Dauid, 1. *Sam. 26. vers. 23. & 30. vers. 32.* 2. *Sam. 24. vers. 23.* Assuerus *Esth. 7. vers. 9.* Tobias, *Tob. 2. vers. 19. 20. 21.* Darius, *Dan. 6. v. 24.* Populus apud Danielem, 13. v. 60. 61. Antiochus,

2. *Mach.*

2. *Mach.* 4. 38. & 9. v. 28. Iasón. 5. 9. 10. Homo regius, *Matth.* 18. v. 34. Nicodemus, *Ioan.* 7. 51. Tribunus profanus, *Act.* 21. 38.

¶ Exemplvm Profanvm.

Neque quidem exemplum aliud prætereundum, ex quo æquitatis etiam idem hoc animal seruantissimum esse fatemur. Quidam mensuræ, quo magistro impendebatur, & lapillos, & puluerem immiscebat, quo de pondere aliquid fraudaret: animaduertit Elephas apud illum carnes elixari, accedensque cinerem è foco in ollam paria facturus iniecit. *Pierius Val. lib. 2. p. 16. F.*

Vide Jus, Justitia, Lex.

Ærarium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ærarium ab ære appellatum. *Varro de lingua Latina, libro 4.* Gr. ὀπισθόδομος, ταμεῖον, ab Hebræo *Taman*, id est, abscondere, recondere. Inde *Natmon*, thesaurus siue ærarium publicum aut priuatum. Vide Etymologicum Trilingue, Lugduni excusum Anno 1607. pag. 831. 832. vbi multa de ærario seu thesauro obseruatu digna occurrunt. Chaldæis *Thimion*, id est, thesaurus, ærarium. Syri vocant ærarium, *Beth gazza*, domum diuitiarum, seu thesauri. Vide Thesaurus. De Gazophylacio, Euangelistæ, Marc. 12. 41. 43. Luc. 21. 1. & Ioan. 8. 20. Ærarium multiplex, Politicum, Ecclesiasticum, Oeconomicum, priuatum.

Antiquissimi nondum auro argentoque inuento, ære vtebantur. Nam prius ærea pecunia in vsu hominum fuit: post argentea: deinde aurea subsecuta: sed ab ea qua cepit nomen, retinuit. Vnde & ærarium dictum, quia prius æs tantum in vsu fuit, & ipsum solum recondebatur, auro argentoq; nondum signato, ex quorum metallis quàmuis postea facta fuisset pecunia: nomen tamen ærarij permansit ab eo metallo, vnde initium sumpsit. *Isidor. lib. 15. cap. 17. ad Origenem.*

Ærarium populi erat, Fiscus principis, donec omnia in fiscum suum transtulit. *Alciat. de verb. sign.*

¶ Apophthegmata.

Traianus Imperator fiscum, lienem vocare solebat, quod eo crescente reliqui artus omnes tabescerent. *Langus in Nicephori annotationibus.*

Constans Imperator dicere solebat, opes publicas melius à priuatis pluribus haberi, quàm intra vnum principis claustrum reseruari. *Eutrop.*

Vide tit. de Ciuitate & Republica.

Aetas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ætas, Græcè ἡλικία, ας, ἡ, dicitur, quasi æuitas, vel potiusab αἰὼν deducitur ætas, ab αἰὼν enim æuum, æuitas, & per Syncopen ætas. Ætates ab antiquis variè distinguebantur. Seruius Tullius rex Romanorum eos pueros appellauit, qui essent infra decimum septimum annum. Indeque ad quadragesimum sextum iuniores dixit, quos bello idoneos elegit: supra verò sextum & quadragesimum annum seniores nominauit. Varro autem diuisit ætatem in infantiam, adolescentiam, iuuentam, & senectam. Quarum singulæ trifariam diuiduntur, vt prima pars viridis, secunda adulta, vltima præceps dicatur. Virgilius:

Iam senior, sed cruda Deo, viridisq; senectus.

Hebræi ætas, *heth*, id est, tempus, opportunitas temporis, à verbo *hattah*, tempestiuus fuit, in tempore fuit. Hinc ἔτος annus. Et *Dor*, ætas durabilis, & Seculum, à verbo Dor, perdurauit. Hinc ἤ-γεον, ὁ αἰὼν, diu; & ὁ ηρὸς, diutinus: Latinum item duro, perduro, quod ætatis cursu quodam perficitur.

¶ Divisio.

Ætatum Diuisio secundum Varronem & Galenum atque Hippocratem.

Doctissimus Varro quinque ætatis gradus æquabiliter putat esse diuisos, ac vnumquemque, præter extremum, in annos 15. Propterea sectio prima annum quintumdecimum attingens, pueros habet: ex puritatis ratione ita nuncupatos. Secunda ad tricesimum porrecta, adolescentes: ab incrementi ratione nomen adeptos. Iuuenes sectionem faciunt tertiam, ad annos quinque & quadraginta, quibus inde appellatio facta, quod in bellicis vsibus Reipub. adiumento forent. Et inde huiusmodi ex catalogo esse dicuntur, sicut vltra catalogum, qui iam militiæ habentur inepti. Ad annorum decada sextam, seniores perueniunt. Reliquum vitæ tempus sectionem habet quintam, in qua qui agunt, iam vocantur senes. Ex hac Varronis a ætatum distributione commoueor scitè admodum, & congruenter vitæ tempora fabulis comparari. Nam & Cice, inbuit, authoritatis præmijs splendidè vsi fuerint, ij[illegible] si fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati extremo actu corruisse. In fabulis vero actus seruari q[illegible] arbitror esse quem fugiat, quam nec persona quinqu[illegible] tra exire potest. In quo attentè animaduertendum, [illegible] scena vacua ob omnibus sit personis, vt in ea chorus, [illegible] dici possit: id enim cum viderimus, ibi actum esse finis[illegible] agnoscere. Hippocrates (sicuti libro de die natali p[illegible] nus) septem ætatis constituisse gradus deprehenditur quidem anno septimo terminasse: secundum, quatuo[illegible] tium, duodeuicesimo: quartum, triceſimoquinto; q[illegible] dequadragesimo: sextum, sexagesimo primo: septi[illegible] coronidem protendit.

Galen. in libr. cui titul. ὅροι ἰατρικοὶ, ætates statuit omnino [illegible] tuor: ex quibus primam facit τῶν νέων, id est, iuuenum: sec[illegible] τῶν ἀκμαζόντων, id est, vigentium: tertiam τῶν μέσων, id est, medi[illegible] rum: postremam τῶν γηράντων, id est, senum. *Galenus de definitionibus medicis.*

Iuuenes postmodum esse ait, temperatura calidos humidosq[illegible] veri præcipuè assimiles, in vigore constitutos, calere simul, are[illegible] que ætatis modo. Medios pronunciat esse frigidos, ac siccos, præ[illegible] de ac autumnus est. Sunt verò humecti cum frigiditate. Inter τοῦ χειμῶνα παραπλήσιοι. Effloresc it in iuuenibus sanguis, in vi[illegible] tibus ξανθὴ χολὴ, in medijs μέλαινα, in senibus φλέγμα. Et hæc [illegible] ris intimi ratione omnia. *Idem.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Odysseæ β.

Ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα.
Νῦν δ', ὅτε δὴ μέγας εἰμὶ καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων
Πυνθάνομαι, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός. Id est,
Eram adhuc puer.
Ast vbi iam sum grandior, & reddit me aliorum ratio doctum,
Ipse q; grandescit mi animus.

Virg. 1. Georg.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant: ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Ouid. 1. Metamorph.

Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem, rectumq; colebat,
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat sine militis vsu
Mollia secura peragebant otia gentes.
Ipsa quoque immunis, rastroq; intacta, nec vllo
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus.

Ouid. 1. Fast.

Nondum iustitiam sacrus mortale fugarat:
Vltima de superis illa reliquit humum.
Prog; metu populum sine vi, pudor ipse regebat:
Nullus erat iustis reddere iura labor.

Virgil. 8. Æneid.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaq; perhibent, illo sub rege fuere
Secula: sic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies & amor successit habendi.

Plaut. in Asin.

Nam in hominum ætate multa veniunt huiusmodi:
Capiunt voluptates, mox rursum miserias:
Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam.

Horat. Satyr. 6.

Quid crastina voluerit ætas.
Scire nefas homini.
Viue memor quam sis æui breuis.

Idem Epist. 8.

Inter cuncta leges, & percunctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter æuum.

Ex 6. Metam. Ouid. Fab. 1.

Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet: sera venit vsus ab annis.

Terent. in Adelph.

Ad omnia ætate magis alia rectius sapimus ô Demea.

Ouid. Ex Metam. lib. 15. Fab. 16.

Etenim mihi multa vetustas
Scire dedit.

Et

Aequalitate enim continetur concordia: inæqualitas autem discordiarum est mater.

¶ Hieroglyphica.

Per hirundinem in primis Ægyptij, quæ filijs suis cibum submittant, hominem intelligebant, qui liberis æquas hereditatis portiones tribueret. Neque non principem, qui se ciuibus æquaret & neque illo vellet ornatu vel apparatu magis quàm reliqui conspici vel intercipi. *Hirundo* siquidem mira filios alit æquitate, nec alicui horum parem impartiens: ea adhibita diligentia: ne qui deficiat, neue bis accipiat: atque ita, vt par sit omnium sportula, &c. *Pier. Val. lib. 21. pag. 208. E.*

Vide Æquitas, Ius, Iustitia, Lex.

Aequanimitas.

¶ Differentia.

AEQVANIMITAS in spectando. Bonitas in probandis his, quæ bona sunt. Aequanimitas in ignoscendis vitijs atq; delictis. *Aelianus Donatus Terent interpr.*

Aequanimis dicitur, qui est æqui animi, qui nec prosperis exultat nec aduersis frangitur: ita Hebræi æquanimem seu æquanimum nomine *Erech appasim*, id est, hominem longarum narium; patientem & tardum ad iram appellant. Id Deo proprium est, cui semper & experientia perpetua. De hominibus dicitur, pro munere gratiæ Dei.

¶ Sententiæ Patrvm

esse corde de præceptis Dei & constitutionibus mundi non murmur. Quia iustum est omnia æquanimiter ferre, quæ iudicante Deo iubemur tolerare. *Augustin.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Solon. in Eleg.

Bonus amicus in re mala dimidium est mali:
Princeps iniqua & aqua pariter audiat.
Sed quem instituerit ciuitas, & paruus eum
Andire oportet, & aqua, & his contraria.

Plautus.

Iure mala, animo si bono vtare, iuuat:
Feriter ferendo vincitur malum quod euitari non potest.

Plautus Aulul.

Pol si est animus aequus tibi, satis habes, qui bene vitam colas.

Idem in Rudente.

Animus aequus optimum est aerumnæ condimentum.

Antholog. Sacra Iac. Bil.

Dum mutabilium decurrunt tempora rerum,
Dumq; suis mundus motibus atteritur:
Fortorum est aduersa pati, & tolerare modesti,
Nec querula in quoquam voce mouere Deum.
Cuius iudicio nulla parcetur iniquo,
Et perpes iustos gloria suscipiet.

¶ Similitvdo.

Quis absumat absynthij pusillum, & mittat in amphoram mellis, non in totum mel exterminabit, & tantum mellis à modico non deperdit & perdit dulcedinem mellis, & iam non habet eum apud dominum suum, quoniam vsum suum perdidit. Vide quoniam æquanimitas dulcissima est plusquam mel, & non perit domino qui in ipsa commoratur. Si ergo iuxta fuerit ira, ad æquanimitati contribulatur animus, & non est vtilis oratio *Chrysostomus.*

¶ Adagia.

Si mala, animo si bono vtare, adiuuat. *Plaut.*

Feriter ferendo vincitur malum, quod euitari non potest.

Magistratum gerens, audi & iustè & iniustè. ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως,

Significauit, vt qui in tractandis Reipub. muneribus versatur, patientem sit auribus, æquissimoq; sit animo, & bene atque male audita conniuescat: neque facile populi vel laudibus vel conuitijs a proposito deiiciatur. Wer regieren will / der muß hören vnd nicht hören / sehen vnd nicht sehen.

Durare iugum,

Incommode ferre seruitutis necessitatem. *Translatum à bobus iam assuetis iugo.*

Ad herum vbi peruenerit, ne velis reuerti, μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην.

Non vota aquo animo feras Ne Horatianum illud occinas.

O multa præteritos referat si Iuppiter annos!

Aequus, & æquitas.

¶ Definitio et etymolog.

AEQVVS, Græc. ἰσοδικὴς, ἐος, ὁ, ἡ dicitur, & est æquum, quod præter legem scriptam iustum est. *Arist. lib. 1. Rhet.*

Hebr. *Ieschurum*, id est, rectus, à verbo *Iasthar*, vt & æqualis atque æqualitas. Et *Schalem* perfectus fuit, absolutus, pacificus, à verbo *Schalem*, in 1. coniugatione: in 2. *Schillem*. Ab eodem verbo deducitur *Schalem*, Pax, quæ æquitatis fructus est. Et *Schitelum*, persolutio, retributio, quibus iniquitas & iniquus opponuntur.

Aequus vir est, qui non exactè amplectitur ius in peiorem partem, sed de suis commodis detrahi patitur, etsi lege se tueri possit: & hic habitus, & hæc bonitas, & æquitas Græc. ἐπιείκεια dicitur, nec ne aliud est quàm iustitia quædam. *Arist. lib. 5. Ethic.*

Æquus ab aqua deducitur, quia summa est aquæ æqualitas, dum quiescit, ita vt imaginem, tanquam speculum reddat. Significatq; æquus planum proprie, & per metaphoram ponitur pro iusto, quia nullam in partem inclinat. Vnde æquitas dicta & æqualis.

Aequitas, Græc. ἰσότης, ητος, ἡ, & ἴσος, æquus dicitur. Et est iustitia dulcore misericordiæ temperata.

Aequitas est pars iustitiæ, & continetur sub ἐπιεικείᾳ. *Secundum B. Thom. secund. Secundæ q. 80.*

Aequus & bonus vir est, qui non est exactus iuris executor in peiorem partem, sed imminuit potius, etiamsi legem ad id adiutricem habet. *Arist. 5. Eth. c. 10.*

Aequitas est quod naturalis ratio persuasit. *Boetius in Topic. lec. 3.*

Aequitas est directio iusti legalis. *D. Thom. Ethic. 5 lib. 16.*

Aequus est qui descripta legibus iusta diminuit & moderatur: namque legislator ad vnguem definire non potest, sed in vniuersum loquitur, hic in eisdem intercedens delegit, quæ legislator particulariter quidem definire volebat, verum ei facere non licuit. *Arist. mag. moral. c. 1.*

Aequitas est iustorum conducentiumque remissio, moderatio in commercijs, ordo rationalis animæ, quo ad honesta & turpia *Speusip. de Plato. definitio.*

¶ Divisio.

AEQVITAS secundum Cyprianum, quæ Græcè ἐπιείκεια dicitur seruatur in

- *Legum congrua ad opus applicatione, vt scilicet, potius legislatoris intentio seruetur, quam eius verba: Vnde Greg. & habet 22. q. 5.*
- *Humanæ verba deseruire intentioni debent non intentio verbis.*
- *Rerum iusta & debita commutatione. Leuit 19. Statera, vt iusta & aqua sint pondera.*
- *Bonorum proportionata participatione, vt in omni collegio æquitas seruetur in laboribus, & emolumentis, pro officiorum proportionata conditione, ex Archiepiscopo Floren. 4.*

Aequum duplex, vnum numero, alterum dignitate: numero ceu multitudine & magnitudine idem, & æquum dignitate id quod est secundum rationem, vt 4. ad 2. sic 2. ad 1. ambo enim mediocritates sunt. *Arist. pol. 5. c. 2.*

¶ Sententiæ Philosophicæ.

Aequum & iustum est extra leges scriptas, & accidit partim iniuitis legislatoribus quoties latet, partim volentibus, quoties distinguere non possunt. *Arist. rhet. pri.*

Aequum est rebus humanis ignoscere, nec legem, sed legislatorem spectare, non verba, sed sententiam, non actionem, sed præelectionem, nec partem, sed totum, nec qualis nunc, sed qualis semper aut plerunque extitit: & memoria tenere potius commoda quàm incommoda, & quæ accepit commoda, quàm quæ attulit, & ad arbitrum, quàm ad iudicem accedere malle: æquum enim arbiter inuere, iudex legem: & ideo arbiter inuentus est, vt æquum valeat. *Arist. rhet. pri.*

Aequitas pacis tempore in iudicijs dominetur oportet, summum ius, summa iniuria. *Franc. Patr. de regno, lib. 2. c. 17.*

Aequitate, quam sanguine: causa, quam armis retinere parta maioribus, laudabilius æstimatur. *Corn. Tac.*

Absit iniuria & labor, quibus nulla fructus pars est. *Sallustius.*

Est ita comparatum, vt etiam malorum societas, nisi æquitas atque iustitia fuerit seruata, facillimè infringatur. *Polybius.*

Exempla Sacra.

Exempla æquitatis & iustitiæ: Abraham, *Genes. 13. vers. 8.* Iacob 30. *vers. 31. 32. 33.* Iosua cum principibus, *Ios. 9. vers. 19.* Filiæ Salphaad, *Num. 17. vers. 7.* Adonibesech, *Iud. 1. vers. 6. 7.* Samuel, 1. *Sam. 15. vers. 32. 33.* Dauid, 1. *Sam. 26. vers. 23. & 30. vers. 32.* 2. *Sam. 24. vers. 23.* Assuerus *Esth. 7. vers. 9.* Tobias, *Tob. 2. vers. 19. 20. 21.* Darius, *Dan. 6. v. 24.* Populus apud Danielem, 13. v. 60. 61. Antiochus,

2. *Mach.*

2. *Mach.* 4. 38. & 9. v. 28. Iasón. 5. 9. 10. Homo regius, *Matth.* 18. v. 34. Nicodemus, *Ioan.* 7. 51. Tribunus profanus, *Act.* 21. 38.

¶ Exemplvm Profanvm.

Neque quidem exemplum aliud prætereundum, ex quo æquitatis etiam idem hoc animal seruantissimum esse fatemur. Quidam mensuræ, quo magistro impendebatur, & lapillos, & puluerem immiscebat, quo de pondere aliquid fraudaret: animaduertit Elephas apud illum carnes elixari, accedensque cinerem è foco in ollam paria facturus iniecit. *Pierius Val. lib. 2. p. 16. F.*

Vide Jus, Justitia, Lex.

Ærarium.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ærarium ab ære appellatum. *Varro de lingua Latina, libro 4.* Gr. ὀπισθόδομος, ταμεῖον, ab Hebræo *Taman*, id est, abscondere, recondere. Inde *Natmon*, thesaurus siue ærarium publicum aut priuatum. Vide Etymologicum Trilingue, Lugduni excusum Anno 1607. pag. 831. 832. vbi multa de ærario seu thesauro obseruatu digna occurrunt. Chaldæis *Thimion*, id est, thesaurus, ærarium. Syri vocant ærarium, *Beth gazza*, domum diuitiarum, seu thesauri. Vide Thesaurus. De Gazophylacio, Euangelistæ, Marc. 12. 41. 43. Luc. 21. 1. & Ioan. 8. 20. Ærarium multiplex, Politicum, Ecclesiasticum, Oeconomicum, priuatum.

Antiquissimi nondum auro argentoque inuento, ære vtebantur. Nam prius ærea pecunia in vsu hominum fuit: post argentea: deinde aurea subsecuta: sed ab ea qua cepit nomen, retinuit. Vnde & ærarium dictum, quia prius æs tantum in vsu fuit, & ipsum solum recondebatur, auro argentoq; nondum signato, ex quorum metallis quàmuis postea facta fuisset pecunia: nomen tamen ærarij permansit ab eo metallo, vnde initium sumpsit. *Isidor. lib. 15. cap. 17. ad Origenem.*

Ærarium populi erat, Fiscus principis, donec omnia in fiscum suum transtulit. *Alciat. de verb. sign.*

¶ Apophthegmata.

Traianus Imperator fiscum, lienem vocare solebat, quod eo crescente reliqui artus omnes tabescerent. *Langus in Nicephori annotationibus.*

Constans Imperator dicere solebat, opes publicas melius à priuatis pluribus haberi, quàm intra vnum principis claustrum reseruari. *Eutrop.*

Vide tit. de Ciuitate & Republica.

Aetas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Ætas, Græcè ἡλικία, ας, ἡ, dicitur, quasi æuitas, vel potiusab αἰὼν deducitur ætas, ab αἰὼν enim æuum, æuitas, & per Syncopen ætas. Ætates ab antiquis variè distinguebantur. Seruius Tullius rex Romanorum eos pueros appellauit, qui essent infra decimum septimum annum. Indeque ad quadragesimum sextum iuniores dixit, quos bello idoneos elegit: supra verò sextum & quadragesimum annum seniores nominauit. Varro autem diuisit ætatem in infantiam, adolescentiam, iuuentam, & senectam. Quarum singulæ trifariam diuiduntur, vt prima pars viridis, secunda adulta, vltima præceps dicatur. Virgilius:

Iam senior, sed cruda Deo, viridisq; senectus.

Hebræi ætas, *heth*, id est, tempus, opportunitas temporis, à verbo *hattah*, tempestiuus fuit, in tempore fuit. Hinc ἔτος annus. Et *Dor*, ætas durabilis, & Seculum, à verbo Dor, perdurauit. Hinc ἤ-γεον, ὁ αἰὼν, diu; & ὁ ηρὸς, diutinus: Latinum item duro, perduro, quod ætatis cursu quodam perficitur.

¶ Divisio.

Ætatum Diuisio secundum Varronem & Galenum atque Hippocratem.

Doctissimus Varro quinque ætatis gradus æquabiliter putat esse diuisos, ac vnumquemque, præter extremum, in annos 15. Propterea sectio prima annum quintumdecimum attingens, pueros habet: ex puritatis ratione ita nuncupatos. Secunda ad tricesimum porrecta, adolescentes: ab incrementi ratione nomen adeptos. Iuuenes sectionem faciunt tertiam, ad annos quinque & quadraginta, quibus inde appellatio facta, quod in bellicis vsibus Reipub. adiumento forent. Et inde huiusmodi ex catalogo esse dicuntur, sicut vltra catalogum, qui iam militiæ habentur inepti. Ad annorum decada sextam, seniores perueniunt. Reliquum vitæ tempus sectionem habet quintam, in qua qui agunt, iam vocantur senes. Ex hac Varronis a ætatum distributione commoueor scitè admodum, & congruenter vitæ tempora fabulis comparari. Nam & Cice, inbuit, authoritatis præmijs splendidè vsi fuerint, ij[illegible] si fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati extremo actu corruisse. In fabulis vero actus seruari q[illegible] arbitror esse quem fugiat, quam nec persona quinqu[illegible] tra exire potest. In quo attentè animaduertendum, [illegible] scena vacua ob omnibus sit personis, vt in ea chorus, [illegible] dici possit: id enim cum viderimus, ibi actum esse finis[illegible] agnoscere. Hippocrates (sicuti libro de die natali p[illegible] nus) septem ætatis constituisse gradus deprehenditur quidem anno septimo terminasse: secundum, quatuo[illegible] tium, duodeuicesimo: quartum, triceſimoquinto; q[illegible] dequadragesimo: sextum, sexagesimo primo: septi[illegible] coronidem protendit.

Galen. in libr. cui titul. ὅροι ἰατρικοὶ, ætates statuit omnino [illegible] tuor: ex quibus primam facit τῶν νέων, id est, iuuenum: sec[illegible] τῶν ἀκμαζόντων, id est, vigentium: tertiam τῶν μέσων, id est, medi[illegible] rum: postremam τῶν γηράντων, id est, senum. *Galenus de definitionibus medicis.*

Iuuenes postmodum esse ait, temperatura calidos humidosq[illegible] veri præcipuè assimiles, in vigore constitutos, calere simul, are[illegible] que ætatis modo. Medios pronunciat esse frigidos, ac siccos, præ[illegible] de ac autumnus est. Sunt verò humecti cum frigiditate. Inter τοῦ χειμῶνα παραπλήσιοι. Effloresc it in iuuenibus sanguis, in vi[illegible] tibus ξανθὴ χολὴ, in medijs μέλαινα, in senibus φλέγμα. Et hæc [illegible] ris intimi ratione omnia. *Idem.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Odysseæ β.

Ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα.
Νῦν δ', ὅτε δὴ μέγας εἰμὶ καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων
Πυνθάνομαι, καὶ δή μοι ἀέξεται ἔνδοθι θυμός. Id est,
Eram adhuc puer.
Ast vbi iam sum grandior, & reddit me aliorum ratio doctum,
Ipse q; grandescit mi animus.

Virg. 1. Georg.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant: ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Ouid. 1. Metamorph.

Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem, rectumq; colebat,
Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.
Non tuba directi, non æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat sine militis vsu
Mollia secura peragebant otia gentes.
Ipsa quoque immunis, rastroq; intacta, nec vllo
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus.

Ouid. 1. Fast.

Nondum iustitiam sacrus mortale fugarat:
Vltima de superis illa reliquit humum.
Prog; metu populum sine vi, pudor ipse regebat:
Nullus erat iustis reddere iura labor.

Virgil. 8. Æneid.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Composuit, legesq; dedit, Latiumq; vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aureaq; perhibent, illo sub rege fuere
Secula: sic placida populos in pace regebat:
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies & amor successit habendi.

Plaut. in Asin.

Nam in hominum ætate multa veniunt huiusmodi:
Capiunt voluptates, mox rursum miserias:
Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam.

Horat. Satyr. 6.

Quid crastina voluerit ætas.
Scire nefas homini.
Viue memor quam sis æui breuis.

Idem Epist. 8.

Inter cuncta leges, & percunctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter æuum.

Ex 6. Metam. Ouid. Fab. 1.

Non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus, habet: sera venit vsus ab annis.

Terent. in Adelph.

Ad omnia ætate magis alia rectius sapimus ô Demea.

Ouid. Ex Metam. lib. 15. Fab. 16.

Etenim mihi multa vetustas
Scire dedit.

Et

Ex Trinummo Plauti.

Sapientia ætas condimentum est. Sapiens ætati cibus est.
Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

Ex Hippolyto Senecæ Tragœdia 4.

Ætas fluere, mobilis cursu fugit.
Nulla vita dies
Quæ non prohibe.

Ibidem.

Prima describit Deus
Ortus & ævum per suos ducit gradus.
Lætus iuvenem, frons decet tristis senem.

Ouid. lib. 3. de Arte.

Nimium est ætate, cito pede labitur ætas,
Nil bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

Horat. lib. 2. Carminum, Ode 11.

Quid bellicosus Cantaber, & Scythes
Hyrpine Quincti cogitet, Hadria
Divisus obiecto, remittas
Quærere, nec trepides in vsum.
Poscentia anni pauca fugit retro
Lasciua iuventus, & decor, & arida
Pellente lascivos amores
Canitie facilemq; somnum.

Menæchmis Plauti.

Confectum senectute onustum gero
Corpus, vires relinquere, vt ætas mala est merx? male est ergo.
Nam res plurimas pessimas, cum aduenit, adfert, quas si autumem.
Omnes, nimis longus sermo est.

Idem in Bacchidibus.

Hæc ætati optabile fecisti, cum isthanc nactus es impudentiam.

Ouid. 6. Fast.

Tempora labuntur, tacitisq; senescimus annis.
Et fugiunt frano non remorante dies.

Corn. Gal.

Diuersos diuersa iuuant, non omnibus annis:
Omnia conueniunt, res prius apta nocet.
Exultat lenitate puer, grauitate senectus:
Inter virumq; manens stat iuuenile decus.
Hunc tacitum, tristemq; decet: sit clarior ille
Lætitia, & linguæ garrulitate suæ.
Cui trahit secum, vertitq; volubilis ætas,
Nec patitur certa currere quemq; via.

Auson. in Rom.

Collige virgo rosas, dum flos nouus, & noua pubes,
Et memor esto æuum sic properare tuum.

Lucretius lib. 5.

Infantiam describit his vers.

Tum porro puer (vt sæuus proiectus ab vndis
Nauita) nudus humi iacet, infans indigus omni
Vitali auxilio, cum primum in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profundit:
Vagitu, locum lugubri complet, vt æquum est,
Cui tantum in vita restet transire malorum.

Ouid. 15. Metamorph.

Editus in lucem iacuit sine viribus infans,
Mox quadrupes, vitiq; tulit sua membra ferarum,
Paulatimq; tremens, & nondum poplite firmo,
Constitit, adiutusq; aliquo conamine neruis.

Ouid. 15. Metamorph.

Quid non in specie secedere quatuor annum
Aspicit, ætatis peragentem imitamina nostræ?

Pueritia.

Nam tener & lactens, puerique simillimus æuo,
Vere nouo est, tunc herba nitens, & roboris expers
Turget, & insolida est, & spe delectat agrestes.
Omnia tunc florent, florumq; coloribus almus
Ludit ager, nec adhuc virtus in frondibus illa est.

Iuuentus.

Transit in ætatem post ver, robustior annus,
Tuq; valens iuuenis: neq; enim robustior ætas.
Vlla, nec vberior, nec quæ magis ardeat, illa est.

Virilis ætas.

Excipit autumnus posito feruore Iuuentæ
Maturus, mitisq;, inter Iuuenemq; senemq;
Temperie medius, sparsus quoq; tempora canis.

Senectus.

Inde subit hyems tremulo venit horrida passu,
Aut spoliata suos, aut quos habet alba capillos.

Ouid. 2. Metam.

Veruq; nouum stabat cinctum florente corona.
Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.
Stabat & autumnus calcatis sordidus vuis,
Et glacialis hyems canos hirsuta capillos.

Terent. in Adelph.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, & vsus semper aliquid adportet noui:
Aliquid moneat, vt illa, quæ te scire credas, nescias:
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Iuuenalis Satyr. 9.

Vtile consilium modo sed commune dedisti.
Nunc mihi quid suades, post damnum temporis, & spes
Deceptas? festinat enim decurrere velox
Flosculus angustæ miseræq; brevissima vitæ
Portio: dum bibimus, dum serta, vnguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.

Horat. lib. 1. Ode 11.

Sparso breui
Spem longam reseces: dum loquimur, fugerit inuida
Ætas.

Iuuenalis Satyra 6.

Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.

Tibullus Eleg. 3. lib. 2.

Ferrea non Venerem, sed prædam secula laudant:
Præda tamen multis est adoperta malis.
Præda feras acies cinxit discordibus armis:
Hinc cruor, hinc cædes mors propiorq; venit.
Præda vago tussit geminare pericula ponto,
Bellica cum dubiis rostra dedit ratibus.

Iuuenalis Satyra 13.

Non ætas agitur, peiorq; secula ferri
Temporibus, quorum scelera non inuenit ipsa
Nomen, & a nullo posuit natura metallo.

Horat. Oda 6. lib. 3.

Ætas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos,
Progeniem vitiosiorem.

Iuuenalis Satyra 2.

Dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: sicut grex totus in agro
Vnius scabie cadit, & porrigine porci.

Seneca in Thyeste.

In nos ætas vltima venit.
O nos dura sorte creatos!

Vide Iuuentus, Puericia, Senectus.

¶ Philosophicae Sententiae.

Virtutis quam ætatis cursus celerior.

Ætas vt superior, sic & posterior esse solet. *Cic. Phil. 5.*

Studia quæ sunt in adolescentia tanquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. *Cic. pro Cal.*

Romanorum Rex eos pueros appellauit, qui essent infra decimum septimum annum: indeque ad sextum & quadragesimum, iuniores dixit, quos bello idoneos elegit: supra vero quadragesimum sextum annum, seniores dixit. *Seruius Tullius.*

Quis vllam vllius boni spem habebit in eo, cuius primum tempus ætatis palam fuerit ad omnes libidines diuulgatum? *Cicero ad Sen. post reditum.*

Non cani, non rugæ repente authoritatem afferre possunt, sed honeste acta superior ætas fructus authoritatis præbet extremos. *Cato Maior.*

De Aetate florida, Dialogus 1. Gaudium, & Ratio. Franciscus Petrarcha.

GAV.

Aetas florida est, multum superest vitæ. Ra. En prima mortalium vana spes quæ multa hominum millia & fefellit & fallet. Gau. Florida est ætas. Ra. Inane gaudium & breue, flos iste, dum loquimur, arescit. Gau. Aetas integra est. Ra. Quis integram vocet cui multum deest, & quantulum sit, quod restat, incertum est. Gau. Atqui lex est certa viuendi. Ra. Quis hanc legem tulit, aut quod istud legitimum tempus est vitæ? Iniquissima vero lex quæ non omnibus vna est. Immo tam varia vt nihil incertius in hominum vita, quam ipsius vitæ modus sit. Gau. Est tamen & modus aliquis, & vitæ meta, quam sapientes statuerunt viri. Ra. Metam vitæ statuere, non qui accipit, sed qui dat illam, Deus potest. Intelligo autem septuagesimum, aut si natura potentior est, octuagesimum cogitatis annum, atque ibi metam figitis, quo prouectos maneat labor & dolor, nisi forte longius spem promouit is qui ait, Numerus dierum hominum, vt multum centum anni, quo, quam rari veniant, videmus: sed vt sit omnium, quod paucorum est, quantulum tamen nunc etiam id est? Gau. Multum sane. Est enim iuuenum vita serior, & à senectute remotior & à morte. Ra. Falleris. Et si nil tutum homini, illa tamen periculosior vitæ pars quam securitas nimia reddit incautam. Nil est alteri vicinius, quam mors vitæ. Cum distantissimæ videantur,

contiguæ sunt. Semper illa præterlabitur. Semper hæc instat. Quocunque fugeritis, præsto est, & ceruicibus imminet. Gau. Iuuenta nunc saltem præsens est & senectus absens. Ra. Nil mobilibus iuuenta, nihil insidiosius senectute. Illa non stat, mulcendoque fugiens abit, ista per tenebras, atque silentium pedetentim subiens improuidos ferit, & dum longinqua fingitur, in foribus est. Gau. Aetas in ascensu est. Ra. Insidiosissimæ rei fidis. Ascensus iste descensus est. Vita breuis, tempus instabile furtim nullo pedum strepitu inter somnum & iocos effluit, & O! Si hæc temporum celeritas, vitæque brevitas, vt in fine, sic in principio nota esset, nunc intrantibus infinitum quiddam, exeuntibus nihil, & quot fœcula videbantur, vix totidem sunt momenta. Sic tum demum fraus nescitur, dum vitari nequit, vnde est, quod sæpe frustra huic consulitur ætati, incredula simul & inexperta est, & contemptrix alieni consilii nops sui. Itaque iuueniles errores licet innumerabiles & immensos, his ipsis tamen occultos, & incognitos, quorum sunt, nil melius quam senectus detegit, & dissimulantium conniuentumque luminibus ingerit, nec prius quod esse debuistis, aduertitis, quam quod esse voluistis, effecti estis, fierique iam aliud non potestis: Quod si quis in tempore, aut per semetipsum intelligere posset, aut docenti credere, ille mihi vnus ex millibus præclarus, ac felix surgeret adolescens, nec tam multis anfractibus ageret vitam, cuius vnica tuta, & recta per virtutem via est. Gau. Ætas indecerpta est. Ra. Quomodo indecerpta est, quæ ex quo esse cœperit, assiduè carpitur, & quæ minutissimis portiunculis dum datur, eripitur? Siquidem motu perpetuo cœlum rotat, momenta horas, horæ diem rapiunt. Is alium diem trudit, isque alium, & nunquam quies. Sic menses prætereunt. sic anni, sic & ætas currit, & properat. Et vt Cicero ait, volat. Quodque ait Maro. *Celeres neque commouet alas.* Ita ceu nauiiter agentibus, nec sentientibus, qui vehuntur, sæpe nec cogitantibus finis adest. Gau. Aetas incipiens, ab extremo procul abest. Ra. Intra breuis viæ spacium nihil est procul. Gau. At nulla pars à fine distantior quam principium. Ra. Nulla quidem, sed tunc recte diceretur, quando omnes æquis spaciis viuerent. Nunc pluribus viis, & sæpius prima ætas in mortem incidit, quo fit, vt plerunque vicinior sit extremo, qui remotior videbatur. Gau. Certe florentissima est Aetas. Ra. Etsi ad hoc pauci animum aduertant, tamen ex quo loqui cœpimus mutatio aliqualis incessit, & modo per singulos syllabarum tractus, vitæ aliquid excidit, aliquid de caduco ætatis flore subtrahitur. Quid autem (quæso) plus habet hic mollis, & nitidus adolescens, quam ille durus & squamosus senex, præter hunc, quem loquimur, ætatis breuem scilicet & caducum, immo assidue cadentem florem? Vbi quid tam dulce, tam iucundum non inuenio, cum sciat dicto citius se futurum quod ille nunc est, vel si nescit, insaniat. Nisi forte è duobus alias capitali simul supplicio addictis, ille fœlicior est habendus, qui nouissime iussus est dare colla securibus, qui mihi quodammodo, ipsa dilatione, miserior videatur: quanquam non est par horum conditio, & illorum: huic enim interuenire aliquid potest, vnde collegæ supplicium euadat, & viuat. Iuuenem senio eripere sola mors potest. Ad summam, paruo temporis in spacio non stat magna felicitas, & ingentibus animis breue nihil optabile est. Expergiscimini consopiti: tempus est, caligantesque oculos aperite. Assuescite iam tandem æterna cogitare, & amare, & optare, simul autem peritura contemnere. Condiscite ab his sponte discedere quæ nobiscum diu esse non possunt, & animo illa relinquere antequam relinquamur. Gau. Aetas est stabilis virensque. Ra. Mentiuntur, qui nescio quam ætatem stabilem dicunt. Nil volubilius tempore, tempus vero est vehiculum ætatum omnium & hoc stabile fingitis? O vanitas! nihil est stabile, nunc maxime raperis.

¶ Similitvdines.

Chrysostomi. sicut corpus vsquequo febribus detinetur, & subsequentibus ægritudinibus, etsi sit validum, tamen affligitur: cum autem liberatum fuerit ab obsessione morborum, recreat propriam virtutem: Sic etiam anima in iuuentute febribus laborat, & amor gloriæ opprimit eam, & deliciarum, & venerearum rerum, & aliarum multarum imaginationum. Cum autem senectus aduenerit, omnes has passiones effugiat, alias per satietatem, alias per philosophiam constrictas: has quippe suas corpore relegat senectus, nec si velit anima illis vti, permittit, sed sicut hostes diuersos recludens, velut in loco à turbis libero collocat, & multam ei operatur tranquillitatem, & timorem inducit ampliorem. *Homilia septima, in Epistola ad Hebraos.*

Philonis Iudæi. sicuti non eadem discunt viri quæ pueri, sed suæ cuique ætati disciplinæ conueniunt: Sic interdum natura fert vt animæ pueriles maneant etiam in senilibus corporibus, & contra perfectæ inueniantur in florentibus adhuc & pubescentibus. *Lib. de Profugis. fol. 304.*

Synesii Cirenæi. quemadmodum viarum diuortia primum quidem paruo interuallo distant, quod deinceps quo proceditur longius magis magisque augescit, vt desinentia illa longissimo spacio opponantur: ita cum adolescentia animaduertere licet fieri similiter, vt parua diuersitas multum discriminet ætate proiectos. *De prouidentia, lib. 1. fol. 50.*

Augustini. nostra ætas cum rempublicam accepisset egregiam, sed euanescentem vetustate coloribus iisdem, quibus fuerat, renouare nequidem curauit, vt formam saltem eius, & exteamenta seruaret. *De ciuitate Dei libro primo.*

Sicut in oculo cæci in nocte vitium cæcitatis est, sed non apparet, nec discernitur inter videntem & cæcum, nisi luce veniente. Sic in puero vitium esse non apparet, donec ætatis prouectioris tempus occurrat. *De verbis Apostoli.*

Plutarchi. vt non qui multum cecinit, aut rhetoricatus est, aut gubernauit, laudatur, sed qui scite: Sic non qui diu vixit, sed qui bene. *In Moralibus.*

Senecæ. sicut amplæ & regiæ opes, vbi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur: at quamuis modicæ si bonis custodi traditæ sunt, vsu crescunt. Ita ætas nostra bene disponenti multum patet. *De breuitate vitæ ad Paulinum capite primo.*

Quemadmodum ex amphora primum quod est sincerissimum effluit, grauissimum quodque turbidumque subsidit: Sic in ætate nostra quod est optimum, primum est. *lib. 2. epist. 109.*

Ille herba quæ in segetem frugemque ventura est, aliam constitutionem habet tenera & vix eminens sulco, aliam cum conualuit, & molli quidem culmo, sed qui ferat onus suum constitit: aliam cum flauescit, & ad aream spectat: & spica eius solidauit: in quam constitutionem quum venit, eam tuetur, in qua componitur. Alia ætas est infantis, pueri, adolescentis, senis. *lib. 2. epistola 122.*

Quemadmodum nauigantibus terræque vrbesque recedunt: Sic rapidissimi temporis cursu primum pueritiam abscondimus, deinde adolescentiam, deinde senectutis optimos annos.

Plinij. vti ciconias nemo aduenire sentit, sed aduenisse: nemo discedere, sed discessisse quod noctu clanculum faciunt vtrumque: Ita iuuentutem nemo intelligit discedere, sed discessisse: & senectutem non sentimus aduenire, sed aduenisse. *Lib. 10. c. 23. Historia Naturalis.*

Roterodami. vt à currente flumine tantùm habes, quantùm hauris: Ita ex animis semper euntibus nihil accipis, nisi quod in rescripturas collocaris. *In Simil.*

Sicuti vina & poma subacerba, vetustate mitescunt, dulcescuntque: Sic ætatis insolentia longo rerum vsu mitigatur. *In similibus.*

Vt Apiana vina, & alia quædam initiò dulcia, austeritatem accipiunt ab annis: Ita quidam ætate fiunt inhumaniores. *In Similibus.*

Sicut Aminæa vina senio fiunt meliora: Ita quidam in iuuenta solutiores aut asperiores, ætate & vsu rerum fiunt mitiores. *In Similibus.*

¶ Scriptores.

Aetatum gradus septem ex Hippocrate *Pollux enumerat lib. 2.* Vide præterea. *Alciat. in l. puer. appell. ff. de verb. sign.* Proclus in Alcibiade, *cap. 36.* Septem ætates constituit septem planetis congruas. De ætate nuptiis accommoda, *Cælius Rhodig. lib. 28. cap. 20.* Quæ firma ætas, *idem lib. 27. cap. 20.* Quàm eruditè Pythagoras hominum ætatem in quatuor partes diuisit: atque inibi de Seruio Tullio: qui Romanorum ciuium tres ætates notauerit, ex Tuberone & Gellio. *Petrus Crinitus libro 5. capite 9.* Aetates humanas Planetarum consequi rationem. *Cælius libro 19. capite 22.* De octo hominum generationibus, *Leoniceus lib. 3. cap. 32.* Aetatum humanæ vitæ distributio. *Cælius Rhodig. lib. 19. cap. 21.* Philosophorum placita, & Auicennæ de ætatibus, *Idem libro 19. capite 22.* De ætatum finibus, pueritiæ, iuuentæ, senectæ, ex Tuberonis historia sumptum, *Gellius libro 10. cap. 28.* Fabulam ætatis peragere, ex Cicerone quid sit. *Cælius Rhodig. lib. 19. cap. 21.* Vocabula plura quibus ætates à Græcis distinguuntur. *Idem Cæl. lib. 19. ca. 22.* De ætatum moribus vide Aristot. in Rhetoricis. De his ipsis Dialogum dedit Nicol. Leonicen. Thomæus, quem inscripsit *Phlebum. Dial. Vol. 7.*

Æternitas.

¶ Definitio: et etymolog.

Æternitas Græce ἀιωνία, ας, ή, & ἀιδιότης, τητος, æternus. est interminabilis vitæ simul tota & perfecta possessio, *secundum Boetium lib. 5. de consol.* Dicitur que quasi æuiternitas: & sempiternus, quasi semper æternus. Differunt autem æternum & perpetuum, quod æternum sit id, quod sine principio est, & sine fine, vt Deus: perpetuum autem quod habuit principium, sed finem non est habiturum, vt anima.

A æter-

A verbo *halam*. Occuluit, occultauit, abscondit, deducunt Hebraei interpretes vocem *holam*, i. Seculum, Perpetuum, Aeternum, Sempiternum. Et interdum significat tempus, longum, aut multũ, nonnunquam tempus à vitæ alicuius : aliquando spatium illud temporis apud Iudæos vsque ad annum Zobel seu Iubilæum. In scriptura S. hãc vocem diuturnitatem temporis significat, homini abscondita & conditum inde à nomen habet, non, vt quidam volunt, quod secundum quando sit illud desiturum, nobis sit abscondita. Ac nũc quidem diuinum, quando sit illud desiturum, nobis sit abscondita. Ac nũc quidem diuinum, quando sit illud desiturum, nobis sit absconditum. Aeternitatem infinitam, qualis in Deo est, sine principio aut fine; Aeternitatem longissimum, aut longius tempus significat, vt ab orbe condito, aut ab alio notabili tempore ad aliud tempus notabile & insigne, vt vsque ad Legem, vel Christum, vel mundi consummationem. Interdum & breuius, vt ad Iubilæum vsque: vt Græce ἀιών, quod nunc æuum, nunc æternitatem etiam sonat. Hæc omnia facilè distinguet circumstantia locorum.

¶ Sententiæ Patrvm.

Quicquid vget moueturque per se semper, nec videri, aut tangi potest, æternum sit necesse est *Lactant. Firmianus l. de epist. rei c.* 17.

¶ Philosophicae Sententiae.

Δεῖ γὰρ τῶν ὑποκειμένων ἄλλο ἄλλων εἶναι τὰ μὲν ἀΐδια ἀΐδιων, τὰ δὲ φθαρτὰ φθαρτῶν· πάντα γὰρ ὁμωνύμως τοῖς ὑποκειμένοις. Oportet forte, subiectum esse subiectorum, corruptibilia corruptibilium, æternorum vero æterna, corruptibilium vero corruptibilia esse principia, omnino vero homogenea ipsi subiectis. *Aristot. de cœlo c.* 1.

In eorum nihil nec præteritum est, neque venturum est. Existit vere atque rerum natura est. *Philo Iudæus l. de mundo.*

Fuit quidam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumscripto temporum metiebatur. Spatio tamen qualis ea fuerit, intelligi non potest: Quod ne in cogitationem quidem cadit, vt fuerit tempus aliquod nullum cum tempus esset, *Cicer. 1. de natura Deorum.*

Affabilitas.

¶ Definitio. et Etymolog.

Affabilitas, Græce ἐυτραπελία, ας. ἡ, & ἐυτράπελος, ου. ὁ, affabilis dicitur, est virtus, qua homo se habet ad conuersationem in dictis & factis delectabiliter ad omnes non æquabiliter. Cum eis principaliter conuiuantes delectare, sed quando oportet, non vereatur eos contristare, propter bonum promouendum, vel propter malum vitandum: & est media inter adulationem, & litigium.

Affabilis, in sermone iucundus, modestus, gratus, comis, lenis, facilis dicitur. Affabilitas, Hebr. *Chen*, i. gratia, fauor, gratia, dulcedo, à verbo *chanan*, gratia affecit, misertus est, beneficit gratuito. Affabiles verò enim circa consolationes & beneficia versatur: nam micula panis non est lapidosus. Inde Græce, γανάω, γάνυμαι, γαῦμαι, gaudium per gratiam præstitam lætificio. Quam suauia sint piorum & affabilium hominum, ad cor amicorum suorum loquentium, norunt innumeri homines. Affabilitas etiam Hebræis *Hanah* dicitur, à nomine *Hanan*, mitis, modestus, quod cognatorum rectissimam habet cum verbo *Hanah*, i. consideravit diligenter mente tenus: vnde *Hani*, miser, pauper. nam mansuetus is dicetur, qui multis miseriis exercitatus considerat nouitque seipsum & humilitatem suam mansuetudo, quæ hominem docet adfari vt conueniat ac adfabilem seu affabilitatis studiosum reddit.

¶ Sententiae Biblicae.

Congregationi pauperum affabilem te facito. *Eccl.* 4.

Mens ardorem sedabit ros: Sic melius verbum, quam donum. *Eccl.* 18.

¶ Poeticae Sententiae.

Horat. in arte Poet.

Syluestres homines sacer interpresq; deorum
Cædibus & sœdo victu, deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tygres, rapidosq; leones:
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis,
Saxa mouere sono testudinis, & prece blandæ
Ducere quo vellet.

Vrsinus.

Sis patiens, sis rax. comis, sermone modestus,
Sint tua laudatis seria dicta locis.
Multum quippe placent admixtis dulcia acerbis:
Adde sales grauibus, tempore grauis eris.
Scilicet extremum nemo laudabit vtrumq;
Serius aut nimium siue iocosus eris.

¶ Apophthegmata.

Demonax, cuidam sciscitanti, quomodo delegatam sibi prouinciam administrare commode posset, respondit. Si minimum loquens, plurima audieris. Hoc dicto princeps iubetur, & æqua & iniqua audire. *Eras. l. 8. apoph.*

Hortensius, ob cultum mundiorem ac gestulationes in dicendo molliores crebrò malè audiebat, in ipsis etiam iudiciis: Sed quum Luc. Torquatus, homo subagrestibus moribus, dum apud consilium de causa Syllæ quæreretur, non iam histrionem illũ diceret, sed gesticulatricem, Dionysiamque notissimæ saltatriculæ nomine compellaret, tum voce molli demissaque, Hortensius, Dionysia (inquit) Dionysia malim equidem esse, quam quod tu Torquate, ἄμουσος, ἀγροῖκος, ἀπερόητος, id est, inelegans, agrestis, aditu difficilis. Periculose maledicit alteri, cui vel idem, vel simile, vel diuersum, sed deterius vitium potest obiici. *Eras. l. 6. apoph.*

Titus Vespasianus admonitus ab amicis, quod plura polliceretur interpellantibus quam præstare posset: respondit, Non oportet quenquam à Cæsaris colloquio tristem discedere. *Sueton. in eius Vita.*

Hadrianus Imp. in colloquiis etiam humillimorum mire ciuilis erat: eosque detestari solebat, qui hanc humanitatis voluptatem ipsi inuiderent, hoc prætextu quod dicerent principis maiestatem vbique seruandam. *Dion.*

Aristippus, quum aliquando Dionysium interpellaret pro amico, nec ille preces admitteret, prostratus cœpit amplecti pedes regis, & impetrauit. Id factum quum quidam velut abiectius, quam vt philosophum deceret, reprehenderet: Non ego, inquit, sum in culpa, sed Dionysius, qui aures habet in pedibus. Ingenium iuxta promptum, & ad faciendum, & ad excusandum quidlibet. *Laert. l. 2. c.* 8.

Legati Laced venerunt aliquando Lacedæmonii ad Lygdamin tyrannum, legatione fungentes: sed quum ille variis causationibus frequenter distulisset colloquendi copiam, tandem post omnes excusationes dictum est, illum parum firma esse valetudine, sed languere nonnihil. Legati responderunt: Per louem, non venimus huc cum illo luctaturi, sed colloquuturi *Plut. in Lacon.*

Graca mulier: anui cuidam pauperculæ Philippum appellanti, vt causam ipsius cognosceret, cum hac flagitatione frequenter obstreperet illi, respondit, tibi non esse otium. Cumque anus inclamasset. Proinde ne rex quidem esse velis: Philippus admiratus aniculæ liberam vocem, non illi solum præbuit aures, verumetiam alios audiuit. Hoc idem Latini tribuunt Adriano Imperatori: sed Philippo Macedoniæ regi tribuit *Plutarch. in apoph. regum & imper.*

Affectatio.

¶ Apophthegmata.

Anicula Theophrasto licitanti quiddam, idque admodum Attice: Hospes, inquit, non vendo tanti: Notans illum, quasi non esset Atticus natura, quia supra modum affectaret atticismum. Id enim solent hospites, dum in aliena lingua volunt videri diserti. *Eras. l. 6. apoph.*

Fauorinus, ad adolescentem priscarum & iam obsoletarum vocum affectatorem: Curtius, inquit, & Fabricius dilucide cum suis fabulati sunt: neque Aruncorum, Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi Italiam incoluisse leguntur, sed ætatis suæ verbis locuti sunt: tu vero perinde quasi cum matre Euandri nunc loquaris, verbis iam olim desitis vteris. Quod si intelligi non vis quæ loqueris, non hoc abunde consequeris tacens? *Eras. Ror. lib. 6. apoph.*

Melanthus, interrogatus quid sentiret de tragœdia Diogenis: Non vidi, inquit. Notauit affectationem Diogenis in scribendo, quæ sæpenumero non minima obscuritatis causa est, *Plut. in lib.* περὶ τοῦ ἀκούειν.

Pacatus, Oscus Rhetor quidam clarissimus cum adeo loquendo simul & scribendo affectaret, vt nihil absque schemate proferret, Pacatus obuiam ei veniens dixit: Poteram dicere Aue Osce. Irrisit hominem affectatorem, salutatione affectata. Vsus est enim occupatione affectata, præter omnem necessitatem. *Eras. libr. 8. apoph.*

Plato, Polus sophista cum daret operam vt nimis affectate loqueretur, atque hinc immodice gloriaretur: Plato hominem sic taxauit: O Pole, vt te tuo alloquar modo. Polus autem Græce sonat pullum equinum. Voluit autem taxare hominis affectate loquentis arrogantiam. *Laert. l. 3.*

Demonax, quum interrogasset quendam, atque is verbis nequaquam vulgaribus respondisset: Ego, inquit, amice te nunc interrogo: at tu perinde respondes, quasi viueret adhuc Agamemnon. *Eras. l. 8. apoph.*

Idem, Quendam Rhetorem audiens ita loquentem, Hora nimiũ iaculatrix adueniens regionem herbis defectam reddidit: Non desines, ait, mecum vt cum turba agere. Notauit autem his verbis, sermonem hominis plus satis affectatum. *Plut. in Ro. apoph.*

Idem, Phauorini dictionem vt nimium compositam solebat arguere ridicule, quod cum ille ægre tulisset, ait vt Philosophum vestis neglectior, ita oratio decet inaffectata. *Eras. lib. 8. apoph.*

Augustus Cæsar, Mecœnas cum verbis affectatis scribere soleret, ab Augusto hac valedictione derisus est: Vale mel gentium, melcule ebur ex Hetruria, laser Aretinum, adamas Supernas, Tiberinum margaritum, Cilneorum smaragde, Iaspis figulorum, Berylle Porsennæ, &c. *Macrob. lib. 2. c. 4.*

Vide, Imitatio.

Affectio, & Affectus.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

AFFECTIO Græce διάθεσις, & ιος. ἡ: διατίθημι afficio dicitur. & est raptus & abstractio animæ circa mores *secundum Arist. lib. 8. Politicor.*

Affectio est animi & corporis, ex tempore, aliqua de causa mutatio, vt sunt gaudium, lætitia, misericordia, cupiditas, metus, molestia, & alia, quæ à nostris modo affectus, modo affectiones dicuntur, Græci πάθος hoc est, morbum vocant, hinc affectare, quod est nimio affectu, & anxie quærere.

Virgilius.

Viamq; affectat Olympo.

Ouid. lib. 1. Metamor. Fab. 6.

Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantes.

Affectus, Græce πάθη, Latinis potest verti perturbatio, quam antiqui fieri putarunt, Ægritudine, Gaudio, spe & metu. Fuit Stoicorum opinio hos affectus è mentibus hominum minime posse euelli, vnde prodit verus & phanatica ἀπάθεια, quam Augustinus & Hieronymus irridet.

Affectus est (vt Zeno inquit) irrationalis ac redundans animæ commotio, in animi naturam irrumpens.

Alii sic: Affectus est auersa à recta ratione aduersus animi naturam commotio, vt Aristoteles inquit: Ipsum ægrimonia voluptasq; comitatur reprehendenda.

¶ DIVISIO.

Cum binas humana anima tam Aristotelis quam Platonis sententia partes sortita sit, rationale & rationis expertem: sicut ex rationali parte omnis honorabilis & laudabilis emanat sensus, ita ex irrationali nascitur affectus, quod Græce πάθος appellant: sed nostri modo affectum, modo affectionem, modo perturbationem, aliquando morbum, Neoterici passionem & appetitum dicunt.

Constituunt autem genera affectuum, & excandescentiam & cupiditatem, & secuti Platonem & Aristotelem rursus excandescentiæ duas tribuunt species: de præteritis rebus dolorem, de futuris motum: totidemque cupiditati: nam de præteritis ei lætitiam deputant, de futuris spem ascribunt. Sunt autem qui pro doloribus ægritudinem, pro spe libidinem ponant. Cæterum his affectibus contrarias & aduersantes Stoici opposuerunt, quas vocant ἀπαθείας. Cicero constantias nominauit, quas aiunt pro tribus perturbationibus siue affectibus in animo esse sapientis: pro spe voluntatem, pro lætitia gaudium, pro metu cautionem: pro ægritudine vel dolore, quam Neoterici tristitiam vocant, negauerunt aliquid posse in animo sapientis: stulti quippe aiunt esse, in malis affici opinatis, animosque demittere & contrahere rationi non obtemperantes. Voluptas porro, inquiunt, expetit bonum, quod facit sapiens quam ita diffiniunt.

Voluptas est, quæ cuique cum ratione desiderat, siquidem quæ à ratione diuersa est, incitata vehementius, ea libido est, vel cupiditas, quæ effrenis in stultis hominibus inuenitur.

Gaudium, vt aiunt, de bono adepto, quod vbique adipiscitur sapiens, vt cum ratione animus mouetur placide & clementer atque constanter: quum autem inaniter & effuse animus insurgat, tum ea lætitia, quam diffiniunt, sine ratione animi elationem.

Cautio deuitat malum: quod debet sapiens deuitare, nam cum bona à natura appetimus, & à malis declinamus, si declinatio cum ratione fiat, cautio appellabitur: quæ autem sine ratione, & cum exanimatione humili atque fracta, metus nominatur, vt sit metus à ratione auersa cautio.

Dolor porro quia de malo est, quod iam accidit: nullum autem malum existimant posse accidere sapienti, nihil in eius animo pro illo esse dixerunt.

Ægrimonia, porro vel iuxta quorundam opinionem ægritudo, quæ opinio recens mali præsentis in quo demitti, contrahique animo rectum esse falso videatur, est (vt quidam inquiunt) irrationalis motus, omnem ex animo auferens delectationem: Vel, est animi aduersante ratione contractio. Apud Platonem Timæus, qui affectuum bina facit genera: ægritudinem & voluptatem ita diffinit: Ægritudo est bonorum fuga, sicut voluptas malorum omnium esca, atque illecebræ. alii: Ægritudo est opinatio recentis mali, in quo animus substernitur. Græcis nominata ἀρρωστία, ἀρρωστέω, ægroto, ἄρρωστος, ægrotus, imbecillis.

Aegrimoniæ species decem & septem. Seneca de clementia.

Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Nemo enim parricidæ aut proditoris supplicio misericordia fere commouetur. vel, vt alii: *Misericordia* est ægrimonia, cum animi digna vel indigna passum aliquê miserantur. Græc. ἔλεος vel ἐλεημων.

Æmulatio est ægritudo, si eo, quod concupierit spe careat: quam & in laude, & in vitio nomen habet virtutis æmulatio dicitur. verum ad hoc nihil dem laudis.

Inuidentia est ægritudo suscepta propter alterius res lecti quæ nihil noceant inuidenti, nam si quis doleat eius rebus fec dis, à quo ipse lædatur, non recte dicitur inuidere: vt si Hecto gamemnon. Qui autem cui alterius commoda nihil noceant, men quum doleat his frui, hic profecto inuidet, Græcis φθόνος ap latur.

Mæror est ægrimonia quæ cum animo penitus insederit, ips vehementer affligit. alii sic: Mæror est ægrimonia flebilis.

Morositas est animi quædã dispicentia, quæ cũ rudi & subtrũ asperitate commouetur, quando non ita ad vnguem & ex cuius tentia actum est, quod postulabatur. Hinc morosus, peruersus mo bus, moratus, bonis moribus. Græcis εὐηθικὸς ἐστι.

Amentia est tam insignis ægrimonia, vt citra omnem ratio cogitationem deducatur atque erumpat, vel, secundum Aris lem, est vitium irrationalis animæ partis male viuendi causa ap principium. Ipsius proprium est, res male discernere, male consi re, male consuescere, male præsentibus vti bonis, opinione fa iis, quæ ad vitæ cultum honesta bonaque pertineant.

Comites { Insicitia, inexperientia, incontinentia.
Amentiæ } Execratio. Dei contemptus, obliuio.

Amentia vel dementia (sine discrimine enim dici perhiben affectio lumine mentis carens.

Obtrectatio ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo ipse concupierit, quæ rivalitas etiam dici potest. Græcis ζῆλος. Oritur ex amore non patiente consortium in re amata. Vel, se dum Chrysippum, est ægritudo animi ex eo proueniens, qu meas ne adsit alii, quod cum nemine velis habere commune igitur ita amat, vt sit sollicitus, ne quis amore suo perfruatur, typus est.

Solicitudo est ægrimonia cum cogitatione, quod osci, vt C ὀλοὸν vnuerfum dixerint, mutata aspiratione in σ. & citati, qua tum commoueri, solicitum dicas. ἀνησεσθαι Græce.

Confusio est ægrimonia mentem tam acri commotione pe dens, vt ob mentis caliginem & vehementem agitationem ne q quidem exponere, contra obtueri plerumque ea agitati hor possint. Augustinus, Confusio, inquit, quæ mordet conscien quam Hebræi Basun vocant.

Angor est ægrimonia premens.

Luctus est ægritudo ex eius, qui charus fuerit, interitu acce

Aerumna ægritudo laboriosa.

Dolor ægritudo crucians.

Lamentatio ægritudo cum eiulatu.

Molestia ægritudo permanens.

Afflictatio, ægritudo cum vexatione corporis.

Desperatio, ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorum

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Passio homonymos dicitur: nam passio dicitur corporis, vt tudines, & vulnera. dicitur rursus passio & animæ, vt concupis & ira. Est autem communiter & generaliter animæ passio ἑκ affectus animalis quam voluptas comitatur aut tristitia. Secu etiam passionem trist. tia, at non est tristitia ipsa passio: nam cur sensibilia patiuntur non dolent: non est igitur passio dolor, sed sionis sensus. *Ioan. Damasc. 2. de Orthodox. fide.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Boetius de consolatione Philos. l. 1.

Nubibus atris
Candida nullum
Fundere possunt
Sidera lumen.
Si mare voluens
Turbidus auster
Miscerat æstum,
Vitrea dudum
Parque serenis
Vnda diebus,
Mox resoluto
Sordida cæno
Visibus obstat:
Quid, vagatur
Montibus altis
Deflaus amnis
Sæpe resistit
Rupe soluta
Obice saxi.
Tu quoq; si vis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem:

Gau

Gaudia pelle.
Pelle timorem.
Spemq; fugato,
Nec dolor adsit.
Nubila mens est.
Vinctaq; frenis.
Hæc vbi regnant.

Iacobus Billius Antholog. sacra.

Animi perturbationes ebrietatis speciem præbere.

Eheu a me procul est (hoc dicis in horas)
Ne animo est vnquam mens mea mota mero.
Quidnam? si pectus tenet insaturata cupido,
Ira fit ratio dat tua victa locum:
Iuuenum causis alios incessis, erisne
Iurgator, exigui si licet ipse meri?
Furiens esse potest, ratio quem deserit omnis?
Nemadida ebrietas, nec mihi sicca placet.

¶ Philosophicae Sententiae.

Impetus omnes contrahendi, sedandique sunt, excitandaq; est animo lentus & diligentia: vt ne quid temerè ac fortuitò, inconsideratè negligenterque agamus. 1. *Offic.*

Efficiendum est vt appetitus rationi obediant, eamque neq; præcurrant, neq; propter pigritiam aut ignauiam deserant: sintque tranquilli, atque omni perturbatione animi careant: ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. 1. *Offic.*

Si quis hoc robore animi est, atque hac indole virtutis ac continentiæ reputat omnes voluptates: omnemque vitæ suæ cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficiat: quem non pudeat, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non conuiuia delectent: nihil in vita expetendum putet, nisi quod est cum laude & honore & cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia diuinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto. *Pro M. Cæl.*

Regum est ita viuere: vt non modo homini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias: contemnere omnes libidines: non auri, non argenti, non cæterarum rerum indigere: populi vtilitati magis consulere quam voluntati: nemini cedere: multis obsistere. *Pro Sylla.*

Et abstinentem, continere omnes cupiditates: præclarum magis quam difficile. *Ad Quintum Fratrem, Epist. 1.*

Quæ præcipitur, vt nobismetipsis imperemus: hoc præcipitur, vt obtundatur temeritatem. 2. *Tusc.*

Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modo singulos homines, sed vniuersas familias euertunt: totam etiam labefactant Rempub. Excitantibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur. Nec hæc foris solum iactant, nec tantum in alios cæco impetu feruntur: intus etiam animis incluſæ inter se dissident atq; discerpuntur. 1. *de Finibus.*

Moderari & animo & orationi, cum sis iratus: aut etiam tacere & tenere in ea potestate motum animi, & dolorem, etsi non est perfectæ sapientiæ: tamen non est mediocris ingenii. *Ad Quintum Fratrem, Epist. 1.*

Animum vincere: iracundiam cohibere: victoriam temperare: adversarium non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare cui multam dignitatem, præclarum est. Hæc qui faciat, non ego cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. *Pro Mar.*

Gubernatores se ventorum mutationibus accommodant: & viri sapientes animi affectibus. *Stobæus.*

¶ Apophthegmata.

Thales Milesius interrogatus, quisnam felix dicendus esset: Qui corpore, inquit, sanus est: animo verò castus. Sensit vir sapientissimus duos esse animi morbos. *Laert.*

Cato maior, dicebat eum optimum & laude dignum esse imperatorem, qui propriis suis affectibus imperare possit. *Plutarch. in Rom. apoph.*

Alphonsus Arragonum rex aiebat, si sibi contigisset nasci tempore quibus Romana Respublica florebat, se constructurum fuisse contra curiam templum Ioui Positorio, in quo priusquam veniret in Senatum patres conscripti, odium, amorem, ac primos affectus omnes deponerent. Alluſit ad priscorum morem, qui Iouem multis cognominibus insigniebant, nunc Statorem, nunc Gamelion, nunc Genethlion, nunc Phidium, nunc Xenion angelicum. Ac si tam multa possit Iupiter, illud inprimis præstandum erat, vt in synodis, in iudiciis, in senatibus, in quibus de Reipubl. consultatur, nihil haberent momenti affectus priuati. Nam hi sunt qui frequenter & ciuitates & regna bellis committunt, ne pessundant denique. *Panormitan. lib. 3. de dictis & factis Alphonsi.*

Idem nil inconuenientius esse dicebat, quam si quis aliis imperare, qui suis affectibus propriis imperare prius non posset. Sentiès, nil pernitiosius esse Reipubl. quam si is qui prauos aliorum affectus coercere debet pœna adhibita, à propriis ipse affectibus vincatur. *Panor. lib. 2. de reb. gest. Alphonsi.*

A. Politianus dicebat, sicut Tarquinius papauerum summa capita, dum in horto ambularet, baculo decussit, sic semper in animo validioribus affectibus atque potentioribus potissimum esse resistendum. *lib. de ira.*

Demonax cuidam seruum suum virgis cædenti, desine, inquit, te seruo tuo similem ostendere. Seruus enim est, qui suis affectibus & cupiditatibus imperare non potest. *Eras. 8. apoph.*

Megabates, quum Agesilaum adiisset aliquando salutandi gratia, ac iuxta Persarum morem osculum offerret: Agesilaus auertit vultum ac refugiens osculum, ait, Præstantius duco, vt quis sibi seruet suam libertatem, quam vt aliis libertatem adimat. Intelleuit nimirū vir continentissimus neminem esse liberum qui cupiditatibus seruiret: nullum imperium esse tam speciosum, quam si quis animo suo posset imperare. *Plut. in apoph. Lacon. Eras. lib. 3. apoph.*

Diogenes iactanti se cuidam, ac dicenti, Viros supero in Pythiis. Ego, inquit, viros, tu vero mancipia. Lusit rursus affinitate vocum, quæ est inter ἀνδρας & ἀνδράποδα. Mancipia autem appellabat, quicunq; seruirent cupiditatibus: hos Philosophia vincere pulchrius est, quam in Pythiis ludis vincere viros. *Laert. lib. 6. Eras. lib. 5. apoph.*

Demosthenes: Sapientis esse dicebat, nunquam animo conniuere, neque affectibus quoquomodo licentius indulgere, ne effrenati rationis imperium deserant. *Stobæus.*

Antoninus Pius, quum M. Antoninus fleret educatorem suum mortuum, & adolescens ab aulicis ministris reuocaretur à declaratione pietatis erga nutricium: Permittite, inquit Antoninus Pius, illi vt homo sit: neque enim vel Philosophia, vel imperium tollit affectus. *Eras. lib. 6. apoph.*

¶ Similitvdines.

Philonis Iudæi: quemadmodum in arcam Noe omnes animaliū species admisit, paradysus autem nequaquā: Ita corpus humanum omnes affectionum motus pestesque immanes & indomitas admittit, virtutes autem laude dignas reiicit. *De plantatione Noe.*

Maximi: quemadmodum natura bonus existens, & omni carens affectu, omnes pariter ex æquo diligit, veluti suas creaturas, attamen virtute præditum glorificat, vt eum qui cognitionem recte obseruet: Non secus facit qui animo bono & affectibus vacuo præditus fuerit. *De charitate lib. 1.*

Quemadmodum passerculus pede alligatus, volare incipiens in terram funiculo detrahitur: Sic quoque mens nondum affectibus liberata, & ad rerum cœlestium cognitionem volare contendens: ab affectibus ducitur, & ad terram detrahitur. *Lib. 1. de charitate.*

Tertulliani: multum spiritualibus viribus licet & inuisibiles & insensibiles in affectu potius quam in actu suo apparent. Ac si poma, si fruges nescio quod auræ latens vitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulnerat, ac si cæca ratione tentatus aer pestilens halitus suos effundit: eadem igitur obscuritate contagionis aspiratio dæmonum, & angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus & amentiis fœdis, ac sæuis libidinibus cum erroribus variis. *In Apologet. cap. 22.*

Philonis Iudæi: sicuti ciuitates dominantur paucorum, & tyrannidem ferentes seruiunt, oppresso molesto imperio, contra vero quę legibus parent, degunt liberè. Non aliter etiam homines quotquot in concupiscentiæ, aut cuiuscunq; vitii perturbationisve insidiosæ potestatem deueniunt, omnes seruitutem seruiunt. Sicut è diuerso liberi sunt, quotquot viuunt sub legibus ac ratione recta. *Lib. Quod omnis probus liber sit 546.*

Quemadmodum vis ignis absumit obiectam materiam. Eodem modo & affectus excandescens abligurit corrumpitq; quicquid inuenit obuium. *Lib. De cognit. quæren. erud.*

Chrysostomi: quemadmodum oculus turbatus aliud pro alio cernit: ita mens prauarum cogitationum confusione perturbata, idem pati consueuit: itidem & qui laborant insaniâ, alias pro aliis rerum species se videre credunt.

Pessimus scopulus vana gloria, qui nimium habet suauitatis, occurrit magis omnium noxius quam illi scopuli, qui monitruosi à fabularum inducuntur autoribus. Quemadmodum venti quidam feri atq; immanes, cum in serenum irruerint pelagus, ipsum totum à fundo perturbant, adeo vt & arena sæpius vndis misceatur: Ita & hæ perturbationes, cum in animam irruperint, cuncta permiscent, & quæ superiora erant ad infima detrahunt, excæcantque mentis clarissimum lumen, atq; in primis gloriæ vesana cupido. Nam honoris esse negligentem, laudemq; non affectare multorum, maximo labore indiget magnæ philosophiæ & animæ cuiusdam angelicæ, & quæ ipsum verticem cardinis cœlestis attigerit, certum argumentum est. *Homil. 1. ad Philemonem.*

Marci eremitæ: quemadmodum sunt serpentes occurrentes in nemoribus, sunt item & alii in ædibus latenter excubantes: Sic affectus sunt rationaliter formati, sunt item alii latentes in operibus tametsi ex aliis in alios subinde transmutentur. *De lege spirit.*

Quemadmodum fuga in hyeme & sabbato dolor est corpori &

profanatio animæ: Sic affectuum impugnatio senescenti corpori & animæ sanctificatæ. *De lege spirituali.*

D. Bernhardi: quomodo stilla aquæ modica multo infusa vino deficere à se tota videtur, dum & saporem vini induit & colorem: & quomodo ferrum ignitum & candens, igni simillimum fit, pristina propriaque forma exutum: & quomodo solis luce perfusus aer, in eandem transformatur luminis claritatem, adeo vt non tàm illuminatus, quàm ipsum lumen esse videatur? Sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem, quodam ineffabili modo necesse erit à semetipsa linquescere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem. *De natiuit. Ioan. Baptist.*

Epicteti: Inter deambulandum, quemadmodum caues, ne clauum calces, aut pedem distorqueas: Ita caue, ne quod in teipso dominatur offendas, & hoc si in quauis re seruemus, toties illam aggrediemur *in Enchirid. cap. 53.*

Aristonymi: veluti gubernatores se ventorum mutationibus accommodant: Ita viri sapientes animi affectibus. *Apud Stobæum serm. 1. de prudentia.*

Senecæ: Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum ac domesticum & mite, natura enim illorum est surda suadenti: Sic non sequuntur, non audiunt affectus, quamtulicunq; sint. *Lib. 2. Epist. 86.*

Vt initia morborum quamuis leuia serpunt: Ita si vitia & affectus vel leuissimos semel admittas, crescunt & augescunt.

Affectus sunt motus animi, improbabiles, subiti & concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum: Sicut distillatio, nec adhuc in morem adducta, tussim facit assidua, & vetus phthisim. *Lib. 2. epist. 76.*

Roterodami: Vt æstum maris, auctus aut detrimenta lunæ magis sentiunt imbecilliora corpora: Ita rebus contrariis vehementius commouetur animus minus sibi constans, & affectibus vitiatus. *in Sim.*

Thriueri: Magna est tempestas quæ ex cœlo, sed grauior quæ ipso mari oritur: nec sunt contemnendi tumultus qui ex aliis: verum maxime obseruandi affectus, qui oriuntur ex nobis ipsis. *In apoph.*

Augustini: Ira inueterascens fit odium, dum quasi iusti doloris admixta dulcedo, diutius eam in vase detinet, donec totum acescat, vasque corrumpat. Quapropter multo melius, ne iuste cuiquam irascamur, quam velut iuste irascendo, in alicuius odium & occulta facilitate delabimur. In recipiendis enim hospitibus ignotis, ista solemus dicere: Multo est melius malum hominem perpeti, quam forsitan per ignorantiam excludi bonum dum cauemus ne recipiatur malus. Sed in affectibus animi contra est. Nam incomparabiliter salubrius est, etiam iræ iuste pulsanti non aperire penetrale cordis, quam admittere non facile recessuram & peruenturam de sarculo ad trabem: studet quippe impudenter etiam crescere quam putatur. *Ad Profut. epist. 149.*

Tyrij Platonici: Quemadmodum accidit, vt subditis procellis crescentes amnes legitimum excedat alueum, superque vel segetes, vel plantarum culturam præcipites lati, rusticorum operum saltem atque ornamentum euertant: Sic & animus affectionum nimia vi à rectis ratiocinationibus depulsus, falsis nimirum, atque improbis opinionibus, præter naturam probam surgentibus corrumpitur, quæ eius menti pro ebriorum more, quibus nimia crapula interiores concitare ægritudines solet, velut ex latibulis repentina quædam animalia, confundunt mentem, ab iisque cogitur proprias eorum voces personare. Si vero manifestioribus exemplis opus sit, improbitatem animi inconditæ plebis assimilabimus imperio: quod quidem fit, quotiescunque in ciuitate probitas victa multitudinis penitus licentiæ atque audaciæ seruiat. Necesse est enim eiusmodi ciuitatem dissonantem ac multarum partium esse, eandemque innumeris affectionibus ac variis cupiditatibus refertam, in voluptatibus quidem intemperantissimam, in iracundia præcipitem, in tribuendis honoribus immodicam, in felicitatibus elatam, in calamitatibus abiectissimam esse. *Sermone 17.*

Plutarchi: Quemadmodum timidi, & qui nauseæ nauigando obnoxii sunt, existimantes se meliuscule habituros, si ex acatio in gaulum, rursumque si in triremem commigrarint, nihil tamen proficiunt, bilem timiditatemq; secum circumferentes: Ita aliud vitæ genus non eximit animo ea, quibus grauatur, & perturbatur, hoc est, rerum insciam & rationis imperfectionem, ac id vitium quod non potest, neque callet recte præsentibus vti. *De tranquillitate animi.*

Vt periculosior est tempestas, quæ non sinit in portum appellere, quam quæ verat nauigare: Ita grauiores animi motus, qui non sinunt hominem consistere, ratione perturbata, sed præcipitem auferunt in tempestates. *In moralibus.*

Roterodami: Vt hominem vehementer ægrotum, vel lunæ deliquium, vel ventus asperior, vel maris decessus, aut huiusmodi quæpiam leuis rerum commutatio tollit è medio: Ita animos imbecilles & affectibus corruptos quæuis offensa perturbat: cum qui firmis sunt animis, istiusmodi non sentiant. *In Similibus.*

Philum Iudæi: quemadmodum aurigæ subiugalibus nunc remittere habenas, nunc in terga retrahere
runtur impetu, solent: Sic vir prudens affe
quibus constamus, nunc moderari constan
æquanimiter in viam reducit. *In lib. De s*

Sicut deterrimus quisque puer odit præ
atque omnem bonum monitorem castigatoremq;: Sic atro
amator rectam rationem, gubernare ac præcipere solitam.
sacrificio Abelis & Caini.

Chrysostomi: Vt ardente lampade lux vndique diffundit
extincta occupant tenebræ: ideo ait, Nolite spiritum extin
Extinguitur, cum oleum deficit, cum vehementior quæd
venti perflat, cum comprehenditur, & in arctum cogitur
nim ignis extinguitur. Comprehenditur à curis secularibus
guitur malis cupiditatibus. Quando olei defectui aquam
dam superaddimus, hoc est, cupiditatem iniustorum animi
dentem, quomodo iterum potest accendi? Vbi hinc migra
cinerem & puluerem referemus, atque fumum densiorem,
accusabit. Vbi fumus est, illic necessaria ignis extinctus. *Hom*
in Ioan.

Sicut oculorum acies pura, & lucida acute omnia intuetu
que etiam in tenuissimis deprehendendis corporibus labora
si quis malus à capite humor, vel caligo aliqua ad oculum
dit, densa quidem ante pupillam nebula obiicitur, quæ ne cr
quidem corpora videre sinit: Ita animæ vsu venit, cum omi
turbatio quæ eam offenderat, purgata est, intentè oppor
mnia prospicit: verum cum plurimus turbatur affectibus,
mnem illam amittit, vt nihil altum valeat intueri: sed qua
mum nebula obiecta, & somno atque segnitie, quæ ad virtu
vitam vtilia sunt, nulla in his capessendis alacritate com
Homil. 1. in Ioan.

Sicut planta quidem nuper humi consita, facilè reuellit
multum vero temporis radicibus firmata non itidem. Et v
cium recenter fundatum à vexantibus facile subuertitur, be
firmatum, multa diruere conantibus, præbet negotia. Et
quibus locis multum temporis est conuersata, difficulter
tur. Et sicut febris ab initio aggressa, non magna siti labora
urit; postquam autem inualuerit, & flammam extulerit, ian
inducit immedicabilem: etiam si quis eis concesserit, vt
impleantur, non extinguit, sed accendit fornacem. Sic & in
accidit affectu, si se circa primordium in animam nostram i
tem non prohibuerimus, neque fores occluserimus, ingre
insanabilem morbum susceptoribus infert. *Homil. 80. d*
tentia.

Si membrum insanabile, metu, ne reliqua corrumpat
mus, non quod illud negligamus, sed vt seruemus cætera:
magis in iis qui malè nobis iuncti sunt, idem faciendum? *Ho*
Ioan.

Vsquequo veluti in pictura imponat quis colores vmb
dam est, cum vero flores ipsos quis colorum iunxerit &
rit, tunc imago efficitur: Tale quiddam erit lex. *Homil. 1*
braos.

Regem honoramus, & eius purpuram & diadema, quo
sta sunt signa principatus. Si viderimus eum cum purpura
ab armigeris suis conculcari, præfocari, in custodiam mitti
ri, nunquid reueremur tunc purpuram aut diadema: N
psum schema deplorabimus. Non ergo propter canos vel
rari, quando ipse illos iniurias. Nam & ipsi se vlcisci debe
niam schema splendidum & honorabile confundis. Rex
est senex, si voluerit, & ab eo qui purpuram habet, magis re
dum passiones animi vicerit, & velut armigeros subiicit p
Si vero abstrahatur & deiiciatur à solio, & seruus effectu
pecuniæ, ornandi corpus, delitiarum, ebrietatis, iracundiæ
rearum rerum, quali pœna non sit dignus huiusmodi? *Ho*
Hebræos.

Si qui militarem vitam viuunt, omnibus renunciant
cunque bellum vocauerit, ibi aderunt, & vias incedunt,
cum alacritate sustinent? Multo amplius nos Christi
præparatos esse oportet, ac dispositos ad bellum passio
est nunc persecutio, sed bellum cupiditatis, iræ, inuidiæ
que passionum. Multum bellum per linguam, oculos &c.
Hebræos.

Procopij sophistæ: Quemadmodum qui caput serpen
dit, reliquum longum corporis syrma necauit: Sic qui p
tiorum surculos eradicat, etiam cætera quæ inde prouei
stulit. Hoc autem nunquam eueniet, nisi postibus nos
fuerit cruor eius qui interfectorem vel occisorem inte
fariam necantur affectus, scilicet primogenitis pereuntib
stris ianuis in tutum collocatis ob aspersionem sanguini
fol. 244.

Marci eremitæ: Quemadmodum fuga in hyem
to dolor est corpori & profanatio animæ: Sic affectu
gnatio senescenti corpori & animæ sanctificatæ. *De*
tuali.

Maximi monachi: Quemadmodum corpus propter
habetque ad disciplinam virtutes corporales, quarū
culo resipiscit: Non secus quoque animus per cogita

…pari ratione ad disciplinam virtutes habet …affectibus res continens ad meliorem men…eritate.

…tia solet euenire, ij qui corpora curant, sa… liberos adiumentis quibusdam ad sanita… …tem facientibus, securos reddunt; illos verò qui iam …minimè attingunt? Sic sermo noster ex parte tantum …bedire poterit, custodiam atque obseruationem contra …ectus animi monstrando, hos verò qui tam illis tenentur …De ebrietate.

…ræ blanda manu permulsæ, leui certamine superan… …lines, pauores animæ, venefica mala consuetudine so… …petuo irritamento efferata, eluctabiliora deinde vi ra… …Ad Gregorium.

…Iustinianæ patriarchæ, Quemadmodum qui compe… …ti quo illis libuerit, gradiendi habeant potestatem, necessa… …ne è vinculis absoluantur: Ita ab immoderato sunt …affectu quicunque ad Dominum rectis gressibus ad… …perare properant. De spirituali animæ resurrectione.

…In magno fluctu non sistitur nauis, nisi pondus an… …ralto infixæ vado: Sic in magnis rerum procellis, sum… …debet animum cohibere, ne ab affectibus auferatur. In …

…vendum pro nauis magnitudine: Ita cupiditates pro …sunt moderandæ. In Moralibus.

…iam mansuefacti, etiam si auriga non vtatur habenis, ta… …sponte rectam pergunt ire viam: Sic affectus à ratione …domiti & assuefacti, nec in somnis nec in morbis sopita …quam tentant turpe. In Moralibus.

…les querimoniæ facilè conquiescunt: Ita leues cupidita… …materia facilè sedantur. In Moralibus.

…quasi fuescitne conniueant aut lachrymentur oculi, ne …tum: Itamulto magis animus, ne phantasijs commoueatur. …abat.

…Quemadmodum tempestatis ac pluuiæ ante ipsas notæ …uæ, amoris, omniumque istarum procellarum animos …sunt quædam prænuncia. Qui comitiali vitio solent …adeuentare valetudinem intelligunt, si calor summa de… …certum lumen neruorumque trepidatio est, si memoria …caputque vertatur. Solitis itaque remedijs incipientem …cupant, & odore gustuque quicquid est, quod alienat a… …pellitur, aut fomentis contra frigus rigoremque pugna… …parum medicina profecit, vitauerunt turbam, & sine te… …ant. Lib. 3. de ira.

…lum animal nec mite, nec ferum paret rationi, qua caret: …affectus.

…Politiani: Quemadmodum Tarquinius papauerum …anta, virga dum ambularet in horto, baculo decussit: Sic …animo validioribus affectibus atque potentioribus po… …resistendum. De ira.

…nus: Vt homini semper adest remedium aduersus serpen… …, nempe saliua, qua contacti ceu feruenti perfusi aqua, …emoriuntur: etiam si in fauces penetrauerit: Sic aduer… …spestiferas cupiditates præsens remedium semper nobi… …umferimus, si modo nouerimus vti. Id ab animo petatur …Insimilitudinibus.

…rcus. Vt Circes poculis homines subitò transformabantur …Sic affectus repentè alium reddunt hominem. In Morali…

…ita agrestia subnascentia in agro, mala quidem ipsa sunt, …antigna felicis atque vberis soli, si quis excolat: Sic animi …per se mali, arguunt ingenium non malum, si accedat re… …tutio.

…rpus non est capax voluptatum, nisi bene temperatum: …ma non capit veram voluptatem, nisi libet metu, ac cæteris …ia.

…ultiora corporis vitia, quæ in vulnus & in tumorem erum… …ta animi affectus, qui grauibus curis vitam reddunt mole… …vitium est ex aromis omnia nata credere, at non animum …modum auaritia.

…deus ad pedis formam torquetur, non contra: Sic vitæ ge… …que est eiusmodi, cuiusmodi sunt animi affectus.

…stra puro haurias vase è fonte turbido: Ita non potes alijs …esse, aut rebus obeundis accommodus, nisi purgaueris a… …malis affectibus.

…inum habet acre, & vapidum, nec vt vinum potest reddere, …ecum: Ita Zenoni, τὰ μεσοπίπτοντα nec bona sunt nec mala. …a lucernam non ferunt, multò minus ferrent solem: Sic qui …ribus rebus perturbantur, multo magis obstupescunt in …

…cus supinus ac mollis, nihil expellit, quod inciderit, nec po… …ere: Sic animus vitiosâ præditus verecundiâ nulli peruius …turpibus affectibus.

¶ Exempla Sacra.

Affectus carnalis exempla: Moyses filijs Caath propinquis suis nullum dedit plaustrum, &c. *Numer.7. vers.* 8. 9. Moriturus solicitè rogauit Dominum, *Numer.27. vers.* 15. 16. Iosua tribui suæ paruam dedit portionem, *Iosuæ,17.14.* Eli, 1. *Samuel 4. vers.* 17. 18. Septem filiorum mater, 2. *Mach.7. vers.27.28.* Christus, *Matth.12. 49.59. Ioan.19.* 26. Mater filiorum Zebedæi, *Matth.* 20. 21. Affectus inter se contrarij, *Matth.*28.8. *Ioan,*21.18. *Rom.7.v.*15. *Galat.5.*§.17. 1. *Petri.*2.6.

¶ Profana Exempla.

Suidas Homerum cæcum putat appellatum: quod affectibus non succumberet. *Gul. Canterus.*

Socrates qui Delphico oraculo sapientissimus omnium iudicatus est, nec risit in tota vita, nec fleuit: quin vno semper eodèq; vultu visus adeo, vt mirum videri possit quod eximiam illam animi temperiem, neque nuptialis lætitia variare potuit, neque tristitia illius diei quo venenum hausit. *Laertius libro secundo, cap.* 5.

In Phocione Athenensi idem oris habitus semper obseruatus est, non ridere, non flere quisquam eum temerè vidit: tanta in eo fuit obseruantia decori. *Sabellicus libro quarto, capite decimo, ex Plutarcho.*

Heraclius Ephesius & Diogenes Cynicus philosophi nihil vnquam de rigore animi remiserunt, calcatisque turbinibus fortuitorum, aduersus omnem dolorem & miseriam vniformi durauere proposito. *Solinus cap.4. & Laertius.*

Themistocles Athenienfis, filium suum, quem mater adamabat, atque in delicijs habebat plurimum omnium Græcorum posse, colligebat hunc in modum: Athenienses, inquit, dominantur Græcis, ego Athenienfibus, mihi mater, matri filius. *Plutarh. in Græc. apoph.*

Quum Pyrrhoni Elienfi philosopho obiurganti sororem Philistam, quidam obijceret, quod oblitus esset suæ professionis (docebat enim, omnia esse indifferentia) sic eluisit: Non enim, inquit, in muliercula declarabitur indifferentia. *Laertius libro nono, capite vndecimo.*

Cleon quum Reipubl. administrationem capessere destinasset, testatus est, se iam omnium amicitiarum vincula velle soluere, quod amici plerunque obstarent, ne liceret vbique rectum tenere clauum. *Eras. lib.6. apoph. ex Plut.*

Alexander, Quum peritum ex Indis sagittarium cepisset in fuga, qui per annulum sagittam mittere diceretur, voluit vt artis suæ specimen ederet. Recusantem autem iratus occidi iussit. Verum cum iam duceretur ad mortem, dixit sagittarius, se multis iam annis non exercuisse artem suam eoque timuisse ne erraret. Id vbi delatum est ad regem, quod ignominiæ metu recusasset, admiratus ingenium ambitiosum, dimisit illum donatum: eo quod mortem oppetere maluisset, quam fama sua videri indignus. Apparet autem ex hac historia nos affectus nostros etiam amare in alijs. Alexander enim cum semper ambitiosus & gloriæ appetens fuerit, similem affectum in sagittario probauit. *Vide Plut. in regum & imp. apoph.*

Alexandro Macedonum regi pirata quidam captus, & ad ipsum adductus, rogatusque quare auderet infesta reddere maria, paucis respondit: Ego cum vnica nauicula pirata nominor, tu cum idem facias magna classe, rex appellaris. Quo dicto Alexander motus, ipsum statim dimisit. *Plutarchus in vita Alexandri.*

Agesilaus, Illud sibi cum primis gloriæ ducere solebat, quod rex cum esset, cæterisque consilio prospiceret, nihilo secius in laboribus obeundis nemini cederet, quodque sibi imperaret, suique (vt ita loquar) rex esset, id pulchrius esse iudicabat, quàm quod regnum obtineret in alios. *Plutarchus in apophthegmatibus Laconicis.*

M. Antonius Verus, Iamiam moriturus, cum suos ad grabbatum stare, dolere, atque angi videret: Humanum est, inquit, humanis casibus ingemiscere: multoque magis, misericordiam prouocare, quæ oculis vsurpantur. Sensit autem hominem non lignum aut lapidem esse, qui nullis rebus afficiatur, sed animal, quod affectibus misericordiæ tangatur, & compatiatur etiam. *Herodianus lib.1.*

Socrates quum post sudorem è palæstra collectum videret alios ad potum confugere, vt sitim explerent, ipse bibere solus noluit, Verum interrogatus, cur bibere nollet? Ne consuescam, inquit, affectibus. *Laert. in eius vita.*

¶ Hieroglyphica.

Philosophi antiquiores, quique doctrinam eorum secuti sunt, pedes pro contemptissima parte ponunt, essèque in anima pedes affectus voluptarios, veneream mollitudini mancipatos. *Pier. Val lib.35. pag.338.*

Augustus Cæsar, Mecœnas cum verbis affectatis scribere soleret, ab Augusto hac valedictione derisus est: Vale mel gentium, melcule ebur ex Hetruria, laser Aretinum, adamas Supernas, Tiberinum margaritum, Cilneorum smaragde, Iaspis figulorum, Berylle Porsennæ, &c. *Macrob. lib. 2. c. 4.*

Vide, Imitatio.

Affectio, & Affectus.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

AFFECTIO Græce διάθεσις, & ιος. ἡ: διατίθημι afficio dicitur. & est raptus & abstractio animæ circa mores *secundum Arist. lib. 8. Politicor.*

Affectio est animi & corporis, ex tempore, aliqua de causa mutatio, vt sunt gaudium, lætitia, misericordia, cupiditas, metus, molestia, & alia, quæ à nostris modo affectus, modo affectiones dicuntur, Græci πάθος hoc est, morbum vocant, hinc affectare, quod est nimio affectu, & anxie quærere.

Virgilius.

Viamq; affectat Olympo.

Ouid. lib. 1. Metamor. Fab. 6.

Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantes.

Affectus, Græce πάθη, Latinis potest verti perturbatio, quam antiqui fieri putarunt, Ægritudine, Gaudio, spe & metu. Fuit Stoicorum opinio hos affectus è mentibus hominum minime posse euelli, vnde prodit verus & phanatica ἀπάθεια, quam Augustinus & Hieronymus irridet.

Affectus est (vt Zeno inquit) irrationalis ac redundans animæ commotio, in animi naturam irrumpens.

Alii sic: Affectus est auersa à recta ratione aduersus animi naturam commotio, vt Aristoteles inquit: Ipsum ægrimonia voluptasq; comitatur reprehendenda.

¶ DIVISIO.

Cum binas humana anima tam Aristotelis quam Platonis sententia partes sortita sit, rationale & rationis expertem: sicut ex rationali parte omnis honorabilis & laudabilis emanat sensus, ita ex irrationali nascitur affectus, quod Græce πάθος appellant: sed nostri modo affectum, modo affectionem, modo perturbationem, aliquando morbum, Neoterici passionem & appetitum dicunt.

Constituunt autem genera affectuum, & excandescentiam & cupiditatem, & secuti Platonem & Aristotelem rursus excandescentiæ duas tribuunt species: de præteritis rebus dolorem, de futuris motum: totidemque cupiditati: nam de præteritis ei lætitiam deputant, de futuris spem ascribunt. Sunt autem qui pro doloribus ægritudinem, pro spe libidinem ponant. Cæterum his affectibus contrarias & aduersantes Stoici opposuerunt, quas vocant ἀπαθείας. Cicero constantias nominauit, quas aiunt pro tribus perturbationibus siue affectibus in animo esse sapientis: pro spe voluntatem, pro lætitia gaudium, pro metu cautionem: pro ægritudine vel dolore, quam Neoterici tristitiam vocant, negauerunt aliquid posse in animo sapientis: stulti quippe aiunt esse, in malis affici opinatis, animosque demittere & contrahere rationi non obtemperantes. Voluptas porro, inquiunt, expetit bonum, quod facit sapiens quam ita diffiniunt.

Voluptas est, quæ cuique cum ratione desiderat, siquidem quæ à ratione diuersa est, incitata vehementius, ea libido est, vel cupiditas, quæ effrenis in stultis hominibus inuenitur.

Gaudium, vt aiunt, de bono adepto, quod vbique adipiscitur sapiens, vt cum ratione animus mouetur placide & clementer atque constanter: quum autem inaniter & effuse animus insurgat, tum ea lætitia, quam diffiniunt, sine ratione animi elationem.

Cautio deuitat malum: quod debet sapiens deuitare, nam cum bona à natura appetimus, & à malis declinamus, si declinatio cum ratione fiat, cautio appellabitur: quæ autem sine ratione, & cum exanimatione humili atque fracta, metus nominatur, vt sit metus à ratione auersa cautio.

Dolor porro quia de malo est, quod iam accidit: nullum autem malum existimant posse accidere sapienti, nihil in eius animo pro illo esse dixerunt.

Ægrimonia, porro vel iuxta quorundam opinionem ægritudo, quæ opinio recens mali præsentis in quo demitti, contrahique animo rectum esse falso videatur, est (vt quidam inquiunt) irrationalis motus, omnem ex animo auferens delectationem: Vel, est animi aduersante ratione contractio. Apud Platonem Timæus, qui affectuum bina facit genera: ægritudinem & voluptatem ita diffinit: Ægritudo est bonorum fuga, sicut voluptas malorum omnium esca, atque illecebræ. alii: Ægritudo est opinatio recentis mali, in quo animus substernitur. Græcis nominata ἀρρωστία, ἀρρωστέω, ægroto, ἄρρωστος, ægrotus, imbecillis.

Aegrimoniæ species decem & septem. Seneca de clementia.

Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Nemo enim parricidæ aut proditoris supplicio misericordia fere commouetur. vel, vt alii: *Misericordia* est ægrimonia, cum animi digna vel indigna passum aliquê miserantur. Græc. ἔλεος vel ἐλεημων.

Æmulatio est ægritudo, si eo, quod concupierit spe careat: quam & in laude, & in vitio nomen habet virtutis æmulatio dicitur. verum ad hoc nihil dem laudis.

Inuidentia est ægritudo suscepta propter alterius res lecti quæ nihil noceant inuidenti, nam si quis doleat eius rebus fec dis, à quo ipse lædatur, non recte dicitur inuidere: vt si Hecto gamemnon. Qui autem cui alterius commoda nihil noceant, men quum doleat his frui, hic profecto inuidet, Græcis φθόνος ap latur.

Mæror est ægrimonia quæ cum animo penitus insederit, ips vehementer affligit. alii sic: Mæror est ægrimonia flebilis.

Morositas est animi quædã dispicentia, quæ cũ rudi & subtrũ asperitate commouetur, quando non ita ad vnguem & ex cuius tentia actum est, quod postulabatur. Hinc morosus, peruersus mo bus, moratus, bonis moribus. Græcis εὐηθικὸς ἐστι.

Amentia est tam insignis ægrimonia, vt citra omnem ratio cogitationem deducatur atque erumpat, vel, secundum Aris lem, est vitium irrationalis animæ partis male viuendi causa ap principium. Ipsius proprium est, res male discernere, male consi re, male consuescere, male præsentibus vti bonis, opinione fa iis, quæ ad vitæ cultum honesta bonaque pertineant.

Comites { Insicitia, inexperientia, incontinentia.
Amentiæ } Execratio. Dei contemptus, obliuio.

Amentia vel dementia (sine discrimine enim dici perhiben affectio lumine mentis carens.

Obtrectatio ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo ipse concupierit, quæ rivalitas etiam dici potest. Græcis ζῆλος. Oritur ex amore non patiente consortium in re amata. Vel, se dum Chrysippum, est ægritudo animi ex eo proueniens, qu meas ne adsit alii, quod cum nemine velis habere commune igitur ita amat, vt sit sollicitus, ne quis amore suo perfruatur, typus est.

Solicitudo est ægrimonia cum cogitatione, quod osci, vt C ὀλοὸν vnuerfum dixerint, mutata aspiratione in σ. & citati, qua tum commoueri, solicitum dicas. ἀνησεσθαι Græce.

Confusio est ægrimonia mentem tam acri commotione pe dens, vt ob mentis caliginem & vehementem agitationem ne q quidem exponere, contra obtueri plerumque ea agitati hor possint. Augustinus, Confusio, inquit, quæ mordet conscien quam Hebræi Basun vocant.

Angor est ægrimonia premens.

Luctus est ægritudo ex eius, qui charus fuerit, interitu acce

Aerumna ægritudo laboriosa.

Dolor ægritudo crucians.

Lamentatio ægritudo cum eiulatu.

Molestia ægritudo permanens.

Afflictatio, ægritudo cum vexatione corporis.

Desperatio, ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorum

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Passio homonymos dicitur: nam passio dicitur corporis, vt tudines, & vulnera. dicitur rursus passio & animæ, vt concupis & ira. Est autem communiter & generaliter animæ passio ἑκ affectus animalis quam voluptas comitatur aut tristitia. Secu etiam passionem trist. tia, at non est tristitia ipsa passio: nam cur sensibilia patiuntur non dolent: non est igitur passio dolor, sed sionis sensus. *Ioan. Damasc. 2. de Orthodox. fide.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Boetius de consolatione Philos. l. 1.

Nubibus atris
Candida nullum
Fundere possunt
Sidera lumen.
Si mare voluens
Turbidus auster
Miscerat æstum,
Vitrea dudum
Parque serenis
Vnda diebus,
Mox resoluto
Sordida cæno
Visibus obstat:
Quid, vagatur
Montibus altis
Deflaus amnis
Sæpe resistit
Rupe soluta
Obice saxi.
Tu quoq; si vis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem:

Gau

Gaudia pelle.
Pelle timorem.
Spemq; fugato,
Nec dolor adsit.
Nubila mens est.
Vinctaq; frenis.
Hæc vbi regnant.

Iacobus Billius Antholog. sacra.

Animi perturbationes ebrietatis speciem præbere.

Eheu a me procul est (hoc dicis in horas)
Ne animo est vnquam mens mea mota mero.
Quidnam? si pectus tenet insaturata cupido,
Ira fit ratio dat tua victa locum:
Iuuenum causis alios incessis, erisne
Iurgator, exigui si licet ipse meri?
Furiens esse potest, ratio quem deserit omnis?
Nemadida ebrietas, nec mihi sicca placet.

¶ Philosophicae Sententiae.

Impetus omnes contrahendi, sedandique sunt, excitandaq; est animo lentus & diligentia: vt ne quid temerè ac fortuitò, inconsideratè negligenterque agamus. 1. *Offic.*

Efficiendum est vt appetitus rationi obediant, eamque neq; præcurrant, neq; propter pigritiam aut ignauiam deserant: sintque tranquilli, atque omni perturbatione animi careant: ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. 1. *Offic.*

Si quis hoc robore animi est, atque hac indole virtutis ac continentiæ reputat omnes voluptates: omnemque vitæ suæ cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficiat: quem non pudeat, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non conuiuia delectent: nihil in vita expetendum putet, nisi quod est cum laude & honore & cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia diuinis quibusdam bonis instructum atque ornatum puto. *Pro M. Cæl.*

Regum est ita viuere: vt non modo homini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias: contemnere omnes libidines: non auri, non argenti, non cæterarum rerum indigere: populi vtilitati magis consulere quam voluntati: nemini cedere: multis obsistere. *Pro Sylla.*

Et abstinentem, continere omnes cupiditates: præclarum magis quam difficile. *Ad Quintum Fratrem, Epist. 1.*

Quæ præcipitur, vt nobismetipsis imperemus: hoc præcipitur, vt obtundatur temeritatem. 2. *Tusc.*

Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modo singulos homines, sed vniuersas familias euertunt: totam etiam labefactant Rempub. Excitantibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur. Nec hæc foris solum iactant, nec tantum in alios cæco impetu feruntur: intus etiam animis incluſæ inter se dissident atq; discerpuntur. 1. *de Finibus.*

Moderari & animo & orationi, cum sis iratus: aut etiam tacere & tenere in ea potestate motum animi, & dolorem, etsi non est perfectæ sapientiæ: tamen non est mediocris ingenii. *Ad Quintum Fratrem, Epist. 1.*

Animum vincere: iracundiam cohibere: victoriam temperare: adversarium non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare cui multam dignitatem, præclarum est. Hæc qui faciat, non ego cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. *Pro Mar.*

Gubernatores se ventorum mutationibus accommodant: & viri sapientes animi affectibus. *Stobæus.*

¶ Apophthegmata.

Thales Milesius interrogatus, quisnam felix dicendus esset: Qui corpore, inquit, sanus est: animo verò castus. Sensit vir sapientissimus duos esse animi morbos. *Laert.*

Cato maior, dicebat eum optimum & laude dignum esse imperatorem, qui propriis suis affectibus imperare possit. *Plutarch. in Rom. apoph.*

Alphonsus Arragonum rex aiebat, si sibi contigisset nasci tempore quibus Romana Respublica florebat, se constructurum fuisse contra curiam templum Ioui Positorio, in quo priusquam veniret in Senatum patres conscripti, odium, amorem, ac primos affectus omnes deponerent. Alluſit ad priscorum morem, qui Iouem multis cognominibus insigniebant, nunc Statorem, nunc Gamelion, nunc Genethlion, nunc Phidium, nunc Xenion angelicum. Ac si tam multa possit Iupiter, illud inprimis præstandum erat, vt in synodis, in iudiciis, in senatibus, in quibus de Reipubl. consultatur, nihil haberent momenti affectus priuati. Nam hi sunt qui frequenter & ciuitates & regna bellis committunt, ne pessundant denique. *Panormitan. lib. 3. de dictis & factis Alphonsi.*

Idem nil inconuenientius esse dicebat, quam si quis aliis imperare, qui suis affectibus propriis imperare prius non posset. Sentiès, nil pernitiosius esse Reipubl. quam si is qui prauos aliorum affectus coercere debet pœna adhibita, à propriis ipse affectibus vincatur. *Panor. lib. 2. de reb. gest. Alphonsi.*

A. Politianus dicebat, sicut Tarquinius papauerum summa capita, dum in horto ambularet, baculo decussit, sic semper in animo validioribus affectibus atque potentioribus potissimum esse resistendum. *lib. de ira.*

Demonax cuidam seruum suum virgis cædenti, desine, inquit, te seruo tuo similem ostendere. Seruus enim est, qui suis affectibus & cupiditatibus imperare non potest. *Eras. 8. apoph.*

Megabates, quum Agesilaum adiisset aliquando salutandi gratia, ac iuxta Persarum morem osculum offerret: Agesilaus auertit vultum ac refugiens osculum, ait, Præstantius duco, vt quis sibi seruet suam libertatem, quam vt aliis libertatem adimat. Intelleuit nimirū vir continentissimus neminem esse liberum qui cupiditatibus seruiret: nullum imperium esse tam speciosum, quam si quis animo suo posset imperare. *Plut. in apoph. Lacon. Eras. lib. 3. apoph.*

Diogenes iactanti se cuidam, ac dicenti, Viros supero in Pythiis. Ego, inquit, viros, tu vero mancipia. Lusit rursus affinitate vocum, quæ est inter ἀνδρας & ἀνδράποδα. Mancipia autem appellabat, quicunq; seruirent cupiditatibus: hos Philosophia vincere pulchrius est, quam in Pythiis ludis vincere viros. *Laert. lib. 6. Eras. lib. 5. apoph.*

Demosthenes: Sapientis esse dicebat, nunquam animo conniuere, neque affectibus quoquomodo licentius indulgere, ne effrenati rationis imperium deserant. *Stobæus.*

Antoninus Pius, quum M. Antoninus fleret educatorem suum mortuum, & adolescens ab aulicis ministris reuocaretur à declaratione pietatis erga nutricium: Permittite, inquit Antoninus Pius, illi vt homo sit: neque enim vel Philosophia, vel imperium tollit affectus. *Eras. lib. 6. apoph.*

¶ Similitvdines.

Philonis Iudæi: quemadmodum in arcam Noe omnes animaliū species admisit, paradysus autem nequaquā: Ita corpus humanum omnes affectionum motus pestesque immanes & indomitas admittit, virtutes autem laude dignas reiicit. *De plantatione Noe.*

Maximi: quemadmodum natura bonus existens, & omni carens affectu, omnes pariter ex æquo diligit, veluti suas creaturas, attamen virtute præditum glorificat, vt eum qui cognitionem recte obseruet: Non secus facit qui animo bono & affectibus vacuo præditus fuerit. *De charitate lib. 1.*

Quemadmodum passerculus pede alligatus, volare incipiens in terram funiculo detrahitur: Sic quoque mens nondum affectibus liberata, & ad rerum cœlestium cognitionem volare contendens: ab affectibus ducitur, & ad terram detrahitur. *Lib. 1. de charitate.*

Tertulliani: multum spiritualibus viribus licet & inuisibiles & insensibiles in affectu potius quam in actu suo apparent. Ac si poma, si fruges nescio quod auræ latens vitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulnerat, ac si cæca ratione tentatus aer pestilens halitus suos effundit: eadem igitur obscuritate contagionis aspiratio dæmonum, & angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus & amentiis fœdis, ac sæuis libidinibus cum erroribus variis. *In Apologet. cap. 22.*

Philonis Iudæi: sicuti ciuitates dominantur paucorum, & tyrannidem ferentes seruiunt, oppresso molesto imperio, contra vero quę legibus parent, degunt liberè. Non aliter etiam homines quotquot in concupiscentiæ, aut cuiuscunq; vitii perturbationisve insidiosæ potestatem deueniunt, omnes seruitutem seruiunt. Sicut è diuerso liberi sunt, quotquot viuunt sub legibus ac ratione recta. *Lib. Quod omnis probus liber sit 546.*

Quemadmodum vis ignis absumit obiectam materiam. Eodem modo & affectus excandescens abligurit corrumpitq; quicquid inuenit obuium. *Lib. De cognit. quæren. erud.*

Chrysostomi: quemadmodum oculus turbatus aliud pro alio cernit: ita mens prauarum cogitationum confusione perturbata, idem pati consueuit: itidem & qui laborant insaniâ, alias pro aliis rerum species se videre credunt.

Pessimus scopulus vana gloria, qui nimium habet suauitatis, occurrit magis omnium noxius quam illi scopuli, qui monitruosi à fabularum inducuntur autoribus. Quemadmodum venti quidam feri atq; immanes, cum in serenum irruerint pelagus, ipsum totum à fundo perturbant, adeo vt & arena sæpius vndis misceatur: Ita & hæ perturbationes, cum in animam irruperint, cuncta permiscent, & quæ superiora erant ad infima detrahunt, excæcantque mentis clarissimum lumen, atq; in primis gloriæ vesana cupido. Nam honoris esse negligentem, laudemq; non affectare multorum, maximo labore indiget magnæ philosophiæ & animæ cuiusdam angelicæ, & quæ ipsum verticem cardinis cœlestis attigerit, certum argumentum est. *Homil. 1. ad Philemonem.*

Marci eremitæ: quemadmodum sunt serpentes occurrentes in nemoribus, sunt item & alii in ædibus latenter excubantes: Sic affectus sunt rationaliter formati, sunt item alii latentes in operibus tametsi ex aliis in alios subinde transmutentur. *De lege spirit.*

Quemadmodum fuga in hyeme & sabbato dolor est corpori &

profanatio animæ: Sic affectuum impugnatio senescenti corpori & animæ sanctificatæ. *De lege spirituali.*

D. Bernhardi: quomodo stilla aquæ modica multo infusa vino deficere à se tota videtur, dum & saporem vini induit & colorem: & quomodo ferrum ignitum & candens, igni simillimum fit, pristina propriaque forma exutum: & quomodo solis luce perfusus aer, in eandem transformatur luminis claritatem, adeo vt non tàm illuminatus, quàm ipsum lumen esse videatur? Sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem, quodam ineffabili modo necesse erit à semetipsa linquescere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem. *De natiuit. Ioan. Baptist.*

Epicteti: Inter deambulandum, quemadmodum caues, ne clauum calces, aut pedem distorqueas: Ita caue, ne quod in teipso dominatur offendas, & hoc si in quauis re seruemus, toties illam aggrediemur *in Enchirid. cap. 53.*

Aristonymi: veluti gubernatores se ventorum mutationibus accommodant: Ita viri sapientes animi affectibus. *Apud Stobæum serm. 1. de prudentia.*

Senecæ: Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum ac domesticum & mite, natura enim illorum est surda suadenti: Sic non sequuntur, non audiunt affectus, quamtulicunq; sint. *Lib. 2. Epist. 86.*

Vt initia morborum quamuis leuia serpunt: Ita si vitia & affectus vel leuissimos semel admittas, crescunt & augescunt.

Affectus sunt motus animi, improbabiles, subiti & concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum: Sicut distillatio, nec adhuc in morem adducta, tussim facit assidua, & vetus phthisim. *Lib. 2. epist. 76.*

Roterodami: Vt æstum maris, auctus aut detrimenta lunæ magis sentiunt imbecilliora corpora: Ita rebus contrariis vehementius commouetur animus minus sibi constans, & affectibus vitiatus. *in Sim.*

Thriueri: Magna est tempestas quæ ex cœlo, sed grauior quæ ipso mari oritur: nec sunt contemnendi tumultus qui ex aliis: verum maxime obseruandi affectus, qui oriuntur ex nobis ipsis. *In apoph.*

Augustini: Ira inueterascens fit odium, dum quasi iusti doloris admixta dulcedo, diutius eam in vase detinet, donec totum acescat, vasque corrumpat. Quapropter multo melius, ne iuste cuiquam irascamur, quam velut iuste irascendo, in alicuius odium & occulta facilitate delabimur. In recipiendis enim hospitibus ignotis, ista solemus dicere: Multo est melius malum hominem perpeti, quam forsitan per ignorantiam excludi bonum dum cauemus ne recipiatur malus. Sed in affectibus animi contra est. Nam incomparabiliter salubrius est, etiam iræ iuste pulsanti non aperire penetrale cordis, quam admittere non facile recessuram & peruenturam de sarculo ad trabem: studet quippe impudenter etiam crescere quam putatur. *Ad Profut. epist. 149.*

Tyrij Platonici: Quemadmodum accidit, vt subditis procellis crescentes amnes legitimum excedat alueum, superque vel segetes, vel plantarum culturam præcipites lati, rusticorum operum saltem atque ornamentum euertant: Sic & animus affectionum nimia vi à rectis ratiocinationibus depulsus, falsis nimirum, atque improbis opinionibus, præter naturam probam surgentibus corrumpitur, quæ eius menti pro ebriorum more, quibus nimia crapula interiores concitare ægritudines solet, velut ex latibulis repentina quædam animalia, confundunt mentem, ab iisque cogitur proprias eorum voces personare. Si vero manifestioribus exemplis opus sit, improbitatem animi inconditæ plebis assimilabimus imperio: quod quidem fit, quotiescunque in ciuitate probitas victa multitudinis penitus licentiæ atque audaciæ seruiat. Necesse est enim eiusmodi ciuitatem dissonantem ac multarum partium esse, eandemque innumeris affectionibus ac variis cupiditatibus refertam, in voluptatibus quidem intemperantissimam, in iracundia præcipitem, in tribuendis honoribus immodicam, in felicitatibus elatam, in calamitatibus abiectissimam esse. *Sermone 17.*

Plutarchi: Quemadmodum timidi, & qui nauseæ nauigando obnoxii sunt, existimantes se meliuscule habituros, si ex acatio in gaulum, rursumque si in triremem commigrarint, nihil tamen proficiunt, bilem timiditatemq; secum circumferentes: Ita aliud vitæ genus non eximit animo ea, quibus grauatur, & perturbatur, hoc est, rerum insciam & rationis imperfectionem, ac id vitium quod non potest, neque callet recte præsentibus vti. *De tranquillitate animi.*

Vt periculosior est tempestas, quæ non sinit in portum appellere, quam quæ verat nauigare: Ita grauiores animi motus, qui non sinunt hominem consistere, ratione perturbata, sed præcipitem auferunt in tempestates. *In moralibus.*

Roterodami: Vt hominem vehementer ægrotum, vel lunæ deliquium, vel ventus asperior, vel maris decessus, aut huiusmodi quæpiam leuis rerum commutatio tollit è medio: Ita animos imbecilles & affectibus corruptos quæuis offensa perturbat: cum qui firmis sunt animis, istiusmodi non sentiant. *In Similibus.*

Philum Iudæi: quemadmodum aurigæ subiugalibus nunc remittere habenas, nunc in terga retrahere
runtur impetu, solent: Sic vir prudens affe
quibus constamus, nunc moderari constan
æquanimiter in viam reducit. *In lib. De s*

Sicut deterrimus quisque puer odit præ
atque omnem bonum monitorem castigatoremq;: Sic atro
amator rectam rationem, gubernare ac præcipere solitam.
sacrificio Abelis & Caini.

Chrysostomi: Vt ardente lampade lux vndique diffundit
extincta occupant tenebræ: ideo ait, Nolite spiritum extin
Extinguitur, cum oleum deficit, cum vehementior quæd
venti perflat, cum comprehenditur, & in arctum cogitur
nim ignis extinguitur. Comprehenditur à curis secularibus
guitur malis cupiditatibus. Quando olei defectui aquam
dam superaddimus, hoc est, cupiditatem iniustorum animi
dentem, quomodo iterum potest accendi? Vbi hinc migra
cinerem & puluerem referemus, atque fumum densiorem,
accusabit. Vbi fumus est, illic necessaria ignis extinctus. *Hom*
in Ioan.

Sicut oculorum acies pura, & lucida acute omnia intuetu
que etiam in tenuissimis deprehendendis corporibus labora
si quis malus à capite humor, vel caligo aliqua ad oculum
dit, densa quidem ante pupillam nebula obiicitur, quæ ne cr
quidem corpora videre sinit: Ita animæ vsu venit, cum omi
turbatio quæ eam offenderat, purgata est, intentè oppor
mnia prospicit: verum cum plurimus turbatur affectibus,
mnem illam amittit, vt nihil altum valeat intueri: sed qua
mum nebula obiecta, & somno atque segnitie, quæ ad virtu
vitam vtilia sunt, nulla in his capessendis alacritate com
Homil. 1. in Ioan.

Sicut planta quidem nuper humi consita, facilè reuellit
multum vero temporis radicibus firmata non itidem. Et v
cium recenter fundatum à vexantibus facile subuertitur, be
firmatum, multa diruere conantibus, præbet negotia. Et
quibus locis multum temporis est conuersata, difficulter
tur. Et sicut febris ab initio aggressa, non magna siti labora
urit; postquam autem inualuerit, & flammam extulerit, ian
inducit immedicabilem: etiam si quis eis concesserit, vt
impleantur, non extinguit, sed accendit fornacem. Sic & in
accidit affectu, si se circa primordium in animam nostram i
tem non prohibuerimus, neque fores occluserimus, ingre
insanabilem morbum susceptoribus infert. *Homil. 80. d*
tentia.

Si membrum insanabile, metu, ne reliqua corrumpat
mus, non quod illud negligamus, sed vt seruemus cætera:
magis in iis qui malè nobis iuncti sunt, idem faciendum? *Ho*
Ioan.

Vsquequo veluti in pictura imponat quis colores vmb
dam est, cum vero flores ipsos quis colorum iunxerit &
rit, tunc imago efficitur: Tale quiddam erit lex. *Homil. 1*
braos.

Regem honoramus, & eius purpuram & diadema, quo
sta sunt signa principatus. Si viderimus eum cum purpura
ab armigeris suis conculcari, præfocari, in custodiam mitti
ri, nunquid reueremur tunc purpuram aut diadema: N
psum schema deplorabimus. Non ergo propter canos vel
rari, quando ipse illos iniurias. Nam & ipsi se vlcisci debe
niam schema splendidum & honorabile confundis. Rex
est senex, si voluerit, & ab eo qui purpuram habet, magis re
dum passiones animi vicerit, & velut armigeros subiicit p
Si vero abstrahatur & deiiciatur à solio, & seruus effectu
pecuniæ, ornandi corpus, delitiarum, ebrietatis, iracundiæ
rearum rerum, quali pœna non sit dignus huiusmodi? *Ho*
Hebræos.

Si qui militarem vitam viuunt, omnibus renunciant
cunque bellum vocauerit, ibi aderunt, & vias incedunt,
cum alacritate sustinent? Multo amplius nos Christi
præparatos esse oportet, ac dispositos ad bellum passio
est nunc persecutio, sed bellum cupiditatis, iræ, inuidiæ
que passionum. Multum bellum per linguam, oculos &c.
Hebræos.

Procopij sophistæ: Quemadmodum qui caput serpen
dit, reliquum longum corporis syrma necauit: Sic qui p
tiorum surculos eradicat, etiam cætera quæ inde prouei
stulit. Hoc autem nunquam eueniet, nisi postibus nos
fuerit cruor eius qui interfectorem vel occisorem inte
fariam necantur affectus, scilicet primogenitis pereuntib
stris ianuis in tutum collocatis ob aspersionem sanguini
fol. 244.

Marci eremitæ: Quemadmodum fuga in hyem
to dolor est corpori & profanatio animæ: Sic affectu
gnatio senescenti corpori & animæ sanctificatæ. *De*
tuali.

Maximi monachi: Quemadmodum corpus propter
habetque ad disciplinam virtutes corporales, quarū
culo resipiscit: Non secus quoque animus per cogita

…pari ratione ad disciplinam virtutes habet …affectibus res continens ad meliorem men…eritate.

…tia solet euenire, ij qui corpora curant, sa… liberos adiumentis quibusdam ad sanita… …tem facientibus, securos reddunt; illos verò qui iam …minimè attingunt? Sic sermo noster ex parte tantum …bedire poterit, custodiam atque obseruationem contra …ectus animi monstrando, hos verò qui tam illis tenentur …De ebrietate.

…ræ blanda manu permulsæ, leui certamine superan… …lines, pauores animæ, venefica mala consuetudine so… …petuo irritamento efferata, eluctabiliora deinde vi ra… …Ad Gregorium.

…Iustinianæ patriarchæ, Quemadmodum qui compe… …ti quo illis libuerit, gradiendi habeant potestatem, necessa… …ne è vinculis absoluantur: Ita ab immoderato sunt …affectu quicunque ad Dominum rectis gressibus ad… …perare properant. De spirituali animæ resurrectione.

…In magno fluctu non sistitur nauis, nisi pondus an… …ralto infixæ vado: Sic in magnis rerum procellis, sum… …debet animum cohibere, ne ab affectibus auferatur. In …

…vendum pro nauis magnitudine: Ita cupiditates pro …sunt moderandæ. In Moralibus.

…iam mansuefacti, etiam si auriga non vtatur habenis, ta… …sponte rectam pergunt ire viam: Sic affectus à ratione …domiti & assuefacti, nec in somnis nec in morbis sopita …quam tentant turpe. In Moralibus.

…les querimoniæ facilè conquiescunt: Ita leues cupidita… …materia facilè sedantur. In Moralibus.

…quasi fuescitne conniueant aut lachrymentur oculi, ne …tum: Itamulto magis animus, ne phantasijs commoueatur. …abat.

…Quemadmodum tempestatis ac pluuiæ ante ipsas notæ …uæ, amoris, omniumque istarum procellarum animos …sunt quædam prænuncia. Qui comitiali vitio solent …adeuentare valetudinem intelligunt, si calor summa de… …certum lumen neruorumque trepidatio est, si memoria …caputque vertatur. Solitis itaque remedijs incipientem …cupant, & odore gustuque quicquid est, quod alienat a… …pellitur, aut fomentis contra frigus rigoremque pugna… …parum medicina profecit, vitauerunt turbam, & sine te… …ant. Lib. 3. de ira.

…lum animal nec mite, nec ferum paret rationi, qua caret: …affectus.

…Politiani: Quemadmodum Tarquinius papauerum …anta, virga dum ambularet in horto, baculo decussit: Sic …animo validioribus affectibus atque potentioribus po… …resistendum. De ira.

…nus: Vt homini semper adest remedium aduersus serpen… …, nempe saliua, qua contacti ceu feruenti perfusi aqua, …emoriuntur: etiam si in fauces penetrauerit: Sic aduer… …spestiferas cupiditates præsens remedium semper nobi… …umferimus, si modo nouerimus vti. Id ab animo petatur …Insimilitudinibus.

…rcus. Vt Circes poculis homines subitò transformabantur …Sic affectus repentè alium reddunt hominem. In Morali…

…ita agrestia subnascentia in agro, mala quidem ipsa sunt, …antigna felicis atque vberis soli, si quis excolat: Sic animi …per se mali, arguunt ingenium non malum, si accedat re… …tutio.

…rpus non est capax voluptatum, nisi bene temperatum: …ma non capit veram voluptatem, nisi libet metu, ac cæteris …ia.

…ultiora corporis vitia, quæ in vulnus & in tumorem erum… …ta animi affectus, qui grauibus curis vitam reddunt mole… …vitium est ex aromis omnia nata credere, at non animum …modum auaritia.

…deus ad pedis formam torquetur, non contra: Sic vitæ ge… …que est eiusmodi, cuiusmodi sunt animi affectus.

…stra puro haurias vase è fonte turbido: Ita non potes alijs …esse, aut rebus obeundis accommodus, nisi purgaueris a… …malis affectibus.

…inum habet acre, & vapidum, nec vt vinum potest reddere, …ecum: Ita Zenoni, τὰ μεσοπίπτοντα nec bona sunt nec mala. …a lucernam non ferunt, multò minus ferrent solem: Sic qui …ribus rebus perturbantur, multo magis obstupescunt in …

…cus supinus ac mollis, nihil expellit, quod inciderit, nec po… …ere: Sic animus vitiosâ præditus verecundiâ nulli peruius …turpibus affectibus.

¶ Exempla Sacra.

Affectus carnalis exempla: Moyses filijs Caath propinquis suis nullum dedit plaustrum, &c. *Numer.7. vers.* 8. 9. Moriturus solicitè rogauit Dominum, *Numer.27. vers.* 15. 16. Iosua tribui suæ paruam dedit portionem, *Iosuæ,17.14.* Eli, 1. *Samuel 4. vers.* 17. 18. Septem filiorum mater, 2. *Mach.7. vers.27.28.* Christus, *Matth.12. 49.59. Ioan.19.* 26. Mater filiorum Zebedæi, *Matth.* 20. 21. Affectus inter se contrarij, *Matth.*28.8. *Ioan,*21.18. *Rom.7.v.*15. *Galat.5.*§.17. 1. *Petri.*2.6.

¶ Profana Exempla.

Suidas Homerum cæcum putat appellatum: quod affectibus non succumberet. *Gul. Canterus.*

Socrates qui Delphico oraculo sapientissimus omnium iudicatus est, nec risit in tota vita, nec fleuit: quin vno semper eodèq; vultu visus adeo, vt mirum videri possit quod eximiam illam animi temperiem, neque nuptialis lætitia variare potuit, neque tristitia illius diei quo venenum hausit. *Laertius libro secundo, cap.* 5.

In Phocione Athenensi idem oris habitus semper obseruatus est, non ridere, non flere quisquam eum temerè vidit: tanta in eo fuit obseruantia decori. *Sabellicus libro quarto, capite decimo, ex Plutarcho.*

Heraclius Ephesius & Diogenes Cynicus philosophi nihil vnquam de rigore animi remiserunt, calcatisque turbinibus fortuitorum, aduersus omnem dolorem & miseriam vniformi durauere proposito. *Solinus cap.4. & Laertius.*

Themistocles Athenienfis, filium suum, quem mater adamabat, atque in delicijs habebat plurimum omnium Græcorum posse, colligebat hunc in modum: Athenienses, inquit, dominantur Græcis, ego Athenienfibus, mihi mater, matri filius. *Plutarh. in Græc. apoph.*

Quum Pyrrhoni Elienfi philosopho obiurganti sororem Philistam, quidam obijceret, quod oblitus esset suæ professionis (docebat enim, omnia esse indifferentia) sic eluisit: Non enim, inquit, in muliercula declarabitur indifferentia. *Laertius libro nono, capite vndecimo.*

Cleon quum Reipubl. administrationem capessere destinasset, testatus est, se iam omnium amicitiarum vincula velle soluere, quod amici plerunque obstarent, ne liceret vbique rectum tenere clauum. *Eras. lib.6. apoph. ex Plut.*

Alexander, Quum peritum ex Indis sagittarium cepisset in fuga, qui per annulum sagittam mittere diceretur, voluit vt artis suæ specimen ederet. Recusantem autem iratus occidi iussit. Verum cum iam duceretur ad mortem, dixit sagittarius, se multis iam annis non exercuisse artem suam eoque timuisse ne erraret. Id vbi delatum est ad regem, quod ignominiæ metu recusasset, admiratus ingenium ambitiosum, dimisit illum donatum: eo quod mortem oppetere maluisset, quam fama sua videri indignus. Apparet autem ex hac historia nos affectus nostros etiam amare in alijs. Alexander enim cum semper ambitiosus & gloriæ appetens fuerit, similem affectum in sagittario probauit. *Vide Plut. in regum & imp. apoph.*

Alexandro Macedonum regi pirata quidam captus, & ad ipsum adductus, rogatusque quare auderet infesta reddere maria, paucis respondit: Ego cum vnica nauicula pirata nominor, tu cum idem facias magna classe, rex appellaris. Quo dicto Alexander motus, ipsum statim dimisit. *Plutarchus in vita Alexandri.*

Agesilaus, Illud sibi cum primis gloriæ ducere solebat, quod rex cum esset, cæterisque consilio prospiceret, nihilo secius in laboribus obeundis nemini cederet, quodque sibi imperaret, suique (vt ita loquar) rex esset, id pulchrius esse iudicabat, quàm quod regnum obtineret in alios. *Plutarchus in apophthegmatibus Laconicis.*

M. Antonius Verus, Iamiam moriturus, cum suos ad grabbatum stare, dolere, atque angi videret: Humanum est, inquit, humanis casibus ingemiscere: multoque magis, misericordiam prouocare, quæ oculis vsurpantur. Sensit autem hominem non lignum aut lapidem esse, qui nullis rebus afficiatur, sed animal, quod affectibus misericordiæ tangatur, & compatiatur etiam. *Herodianus lib.1.*

Socrates quum post sudorem è palæstra collectum videret alios ad potum confugere, vt sitim explerent, ipse bibere solus noluit, Verum interrogatus, cur bibere nollet? Ne consuescam, inquit, affectibus. *Laert. in eius vita.*

¶ Hieroglyphica.

Philosophi antiquiores, quique doctrinam eorum secuti sunt, pedes pro contemptissima parte ponunt, essèque in anima pedes affectus voluptarios, veneream mollitudini mancipatos. *Pier. Val lib.35. pag.338.*

Affines.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

AFFINES sunt viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. Consanguinitas fit per carnis propagationem. Affinitas verò per coniunctionem ordinatam à Deo. *hæc ex B. Thom.* vbi suprà.

Affinitas causatur ex omni coitu naturali & illicito.

AFFINITAS, Græcè συγγένεια, ας, ἡ, & συγγενὴς, ἐος, ὁ, ἡ, affinis dicitur, & est vinculum causatum ex carnis copula consanguineorum. *Hæc ex B. Thom. quart. Sententiarum, dist. 41. art. 1.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Affinitas impiorum noxia, *Exod.* 34. ℣. 16. *Deut.* 7. ℣. 3. 4. Exemplum: Ochosias, 2. *Reg.* 8. ℣. 27. Affinitatis gradus in Lege prohibiti, *Leuit.* 18. ℣. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

Afflictio.

DEFINITIO.

AFFLICTIO, Græcè θλῖψις, ἰος ἡ, & θλίβω, affligo dicitur, & est ægritudo cum vexatione cordis, secundum Ciceronem, libr. 4. Tuscul. quæst.

Afflictio, Hebr. *Honi*, à verbo *Hanah*, id est, animo seu mente cõsiderauit & percepit, deliberauit & cogitauit. Rectè, nam ideò affligimur, vt Deo pacatis mentibus subijciamur. Hinc Græcis νοέω, ἐννοέω, διανοέω, πτοιόω, intelligo, considero, μετανοέω, respicio, reddo ad animum, expendendo quæ fecerim. Affligo, compositum verbum Latinis ex Ad, & Fligo verbo antiquo, id est, Prosterno, in terram conijcio & deprimo. Huius verbi sunt composita, Confligo, Profligo, &c. Dicitur etiam Hebr. *Hetseb*, mœror, dolor, tristitia, à verbo, *Hatsab*, dolore affecit, contristauit, conturbauit, mœrore affecit. Effecta hæc sunt afflictionum, bona quidem piorum respectu, quos Deus à tristitia ad lætitiam perducere solet. Græci interpretes voces Hebræas *honi* & *hetseb*, interpretantur κάκωσιν, ταπείνωσιν, λύπην.

¶ BIBLICI LOCI.

Afflictione aliena sapiendum. Exemplum: Tertius Centurio ad Eliam missus, 2. *Reg.* 1. ℣. 13. Afflictionis causa perpetuò spectanda, 1. *Petri* 3. ℣. 17. Afflictiones à Deo quidem sunt, sed proxima earum causa peccatum est, *Gen.* 12. 17. & 45. 8. *Exod.* 23. 28. *Leuit.* 26. ℣. 15. 16. 17. *Numer.* 11. 33. *Deut.* 8. 3. & 28. 7. 15. 16. 21. 22. & 31. 16. 17. & 32. 30. 39. *Ios.* 24. 20. 1. *Sam.* 7. 13. 14. 2. *Sam.* 16. 10. 2. *Reg.* 1. 14. & 2. 2. 24. & 6. 33. & 5. 15. & 24. 2. 1. *Paral.* 5. 26. & 21. 14. 15. *Prouer.* 3. 12. *Eccles.* 2. 15. *Esa.* 1. 24. & 3. 1. & 5. 5. 6. & 7. 18. & 10. 5. 6. 13. 16. & 19. 2. & 22. 17. & 24. 1. & 34. 5. 6. & 54. 16. & 60. 10. *Ier.* 10. 18. & 25. 6. & 32. 28. & 45. 4. *Thr.* 1. 21. & 2. 2. 17. & 3. 38. 43. 45. & 4. 11. & 5. 22. *Ezech.* 5. 14. 16. 17. & 6. *Dan.* 1. 3. *Ose.* 6. 1. & 13. 7. 8. *Amos* 2. 6. & 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. & 6. 8. 9. 11. 13. 14. 15. & 8. 10. *Ion.* 1. 4. *Nahum.* 2. 13. *Abac.* 1. 6. & *Sophon.* 1. 17. & 3. 6. *Agg.* 1. 11. & 2. 18. *Zach* 7. 14. & 12. 3. *Malach.* 1. 4. & 2. 23. *Matth.* 20. 22. 23. & 26. 53. *Marc.* 13. 13. *Ioan.* 10. 18. & 18. 11. *Rom.* 2. 5. 1. *Cor.* 4. 9. *Phil.* 1. 29. 2. *Thess.* 1. 6. *Heb.* 12. 5. 6. 1. *Pet.* 1. 6. 11. & 2. 21. & 3. 17. & 4. 19.

Afflictiones non metuendæ, *Apoc.* 2. 10. sed patienter, & læto animo ferendæ, *Matth.* 5. 10. & 10. 28. *Ioan.* 15. 10. & 16. 33. *Act.* 5. 41. & 16. 25. 2. *Cor.* 8. 2. *Col.* 1. 24. *Hebr.* 10. 34. *Iac.* 1. 2. 12. & 5. 7. 1. *Pet.* 4. 12. 16.

Primò, quia pios non reddunt miseros, nec perpetuò iræ Dei testimonia sunt, *Iob* 5. 17. 18. *Psal.* 41. 1. *Prou.* 3. 11. 12. *Ier.* 25. 27. *Matth.* 5. 4. 10. 11. *Luc.* 6. 21. 22. *Roman.* 5. 3. & 8. 36. 1. *Cor.* 4. 11. 2. *Cor.* 4. 8. 2. *Tim.* 2. 11. *Heb.* 12. 6. *Iac.* 1. 12. & 5. 11. 1. *Pet.* 2. 1. 9. 20. & 3. 14. & 4. 14. 1. *Ioan.* 3. 13. *Apoc.* 3. 10.

Secundò, quia ipsis pijs argumentum sunt magnæ consolationis, *Iac.* 1. 2. & honorificæ sunt, *Ioan.* 21. 19. *Act.* 5. 41. *Gal.* 6. 17. *Ephes.* 3. 13. *Philip.* 1. 20. 1. *Pet.* 4. 14. 16. *Apoc.* 14. 13.

Tertiò, quia quamuis à Satana instrumento infligantur, *Apoc.* 2. 10. sunt tamen perutiles pijs, *Gen.* 33. 20. *Num.* 21. 6. 7. *Deut.* 28. 30. & 8. 3. 1. *Sam.* 6. 19. 20. & 7. 7. 8. & 2. *Sam.* 24. 16. *Matth.* 5. 11. *Act.* 8. 4. & 14. 22. *Rom.* 5. 3. & 8. 28. 1. *Cor.* 11. 22. 2. *Cor.* 4. 27. *Gal.* 5. 4. *Phil.* 1. 12. 13. 28. 1. *Thess.* 1. 6. 2. *Tim.* 2. 9. 11. 12. *Hebr.* 5. 8. & 12. 2. *Iac.* 1. 3. 12. & 5. 11. 1 *Petr.* 1. 6. 7. & 4. 13. *Apoc.* 2. 10.

Quartò, quia Christi & fidelium afflictiones sunt communes, *Matth.* 25. 42. 45. *Ioan.* 15. 18. 20. *Act.* 9. 4. & 22. 7. & 9. 5. & 22. 8. *Rom.* 8. 28. 29. 2. *Cor.* 1. 5. & 4. 10. & 13. 14. *Phil.* 3. 8. *Col.* 1. 24. *Phil.* 23. 1. *Pet.* 1. 11. & 4. 13. & 5. 9.

Quartò, quia pijs prædictæ, ideoque ineuitabiles, & valde vtiles, *Iob* 2. 10 & 5. 9. *Matt.* 5. 10. & 10. 17. 38. & 16. 20. 25. 24. & 20. 23. & 24. 9. *Marc.* 2. 19. & 8. 31. 34. & 13. 9. 13. 37. *Luc.* 9. 23. & 14. 27. & 18. 31. 32. 33. & 21. 12. & 24. 46. *Ioan.* 15. 20. & 16. 2. 20. 33. *Actor.* 9. 16. & 14. 22. 23. & 20. 23. & 21. 11. *Rom.* 8. 17. 18. *Gal.* 4. 29. 1. *Thess.* 1. 6. & 3. 3. 4. 2. *Tim.* 1. 12. & 2. 3. & 3. 12. *Hebr.* 12. 6. 7. 1. *Pet.* 4. 12. 13. 17. & 5. 10. *Apoc.* 1. 9. & 12. 17.

Sextò, quia piorum afflictiones momentaneæ sunt, & illis modum Deus imponit, *Gen.* 15. 13. 14. *Exod.* 3. 7. 8. *Esa.* 7. 7. & 26. 29. & 28. & 30. 20. & 31. 4. & 43. 2. & 48. 9. 10. & 51. 22. & 57. 8. 17. & 60. 10. *Ieremiæ.* 5. 18. & 30. 11. *Thren.* 3. 22. *Ose.* 5. 15. & 6. 1. 2. & *Mich.* 7. 9. 18. *Nahum* 1. 6. 7. 11. 12. *Zach.* 8. 12. 13. 14. *Matth.* 10. 30. *Luc.* 21. 18. 19. *Ioan.* 16. 20. *Actor.* 4. 28. 30. & 12. 7. 17. & 13. 17. & 14. 27. & 15. 10. & 20. 32. & 21. 14. & 23. 11. 1. *Cor.* 10. 13. 2. *Cor.* 1. 10. & 4. 17. 2. *Thess.* 2. *Tim.* 3. 11. & 4. 17. 18. *Hebr.* 2. 15. 2. *Pet.* 2. 9. *Apoc.* 2. 10. & 7. 3.

Per afflictiones experitur nos Dominus, *Iudith* 8. 21. *Eccles.* 23. 8. *Prou.* 17. 3. *Sap.* 3. 5. 6. 2. *Thess.* 24. 1. *Pet.* 1. 7.

Afflictionibus plectentur ij, qui alios opprimunt, *Genes.* 15. *Exod.* 3. 19. 20. 21. & 23. 23 *Psal.* 31. 18. 19. & 63. 8. 9. 10. *Prou.* 11. 8. *Esa.* 12. & 13. 11. & 14. 5. 6. & 17. 14. & 21. 2. & 25. 10. 11. 12. & 30. 6. & 8. & 33. 1. & *Luc.* 18. 7. & 23. 31. *Phil.* 1. 28. *Col.* 3. 24. 2. *Thes.* 1. 6. 2. *Tim.* 14. 1. *Pet.* 4. 17. 18. 2. *Pet.* 2. 9. *Apoc.* 16. 6.

Exempla: Cain, *Gen.* 4. 1. & *c.* Sodomitæ, 19. 13. 14. & *c.* fratres Ioseph, 42. 21. Pharao & Ægyptij, *Exod.* 7. 20. & 8. 6. 17. 24. & 9. 6. 10. & 10. 13. 14. 21. & 12. 29. & 14. 27. 28. Core, Dathan, & Abiron, *Numer.* 16. 30. 31. 32. Adonibezech, *Iud.* 1. 6. 7. Abimelech, 9. 51. 53. 54. Saul. 1. *Sam.* 31. 4. Achitophel, 2. *Sam.* 17. 23. Absalom, 18. 8. 9. Ioab, 1. *Reg.* 33. Semei, 44. Zambri, 16. 18. Achab, 22. 34. 35. 36. 37. quinquagenarius cum suis, 2. *Reg.* 1. 10. 11. alter, *Vers.* 12. pueri illudentes Elisæo, 2. 23. Benhadad Rex Syriæ, 8. 15. Iezabel. 9. 30. 33. Athalia, 11. 15. 16. 2. *Paral.* 23. 13. 14. 15. Ioas Rex Iuda, 2. *Reg.* 12. 21. 2. *Paral.* 24. 25. Sennacherib, 2. *Reg.* 19. 36. 37. Manasses, 2. *Paral.* 33. 11. Aman, *Esth.* 7. 9. 10. Balon, *Esa.* 14. 3. 4. 5 Moabitæ, 15. 1. Idumæi, *Ezech.* 35. 11. 12. 13. 14. Tyres trium puerorum, *Dan.* 3. 22. Herodes Ascalonita, *Matth.* 2. 13. Iudæi, 23. 35. 38. *Luc.* 13. 35. Iudas Iscariotes, *Matth.* 27. 45. *Act.* 1. 18. Herodes Agrippa, 12. 23.

¶ PATRVM SENTENTIÆ

Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent: ipse agricola quando procedit, & portat semen, nonne aliquando frigus est, ventus, & imber deterret? Attendit cœlum, videt tristem diem, attendit & expectat diem lætam, ne tempus transeat, & non inueniat quod metat. Seminate & vos in hyeme, seminate bona opera. *In Psal.* 125. *Aug.*

Sicut qui seminat per hyemem, non deterretur ab opere, propter hyemem. Sic & nos pressura mundi non debemus à bono opere deterreri: quia qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. *In Psal.* 120.

Duos filius habet homo, alterum castigat, alterum dimittit: luscit vnus malè, & non corripitur à patre: alter mox vt se mouerit, colaphis cæditur, flagellatur. Vnde ille dimittitur, & ille cæditur, nisi quia huic cæso hæreditas seruatur, ille autem dimissus, exheredatus est? Videt eum non habere spem, & dimittit eum vt faciat quod vult. Puer autem qui flagellatur, si cor non habuerit, & imprudens fuerit & stultus, gratulatur fratri suo, qui non vapulat, & gemit de se, & dicit in corde suo: Tanta mala facit frater meus, quicquid vult, facit contra præcepta patris mei: & nemo illi facit durum verbum: ego mox vt me mouero, cædor. Stultus est & imprudens, attendit quid patiatur, & non attendit quid illi seruetur. Ideo ait Propheta in quinquagesimo Psalmo: Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Quæ sunt? quæ non intelliget stultus, & quæ impudens non cognoscet? cum exorti fuerint peccatores, sicut fœnum. Quid est sicut fœnum? Virent cum hyems est, sed æstate arescent. Attendis florem fœni, quid citius transit? Quid lucidius? quid viridius? Non te delectet viriditas ipsius, sed timeat ariditatem ipsius. Sed iustus vt palma florebit. Palma inter illimis pulchra est, vt initium eius à terra ducas, finem ipsius in cacumine, vbi habet totam pulchritudinem: aspera radix videtur de terra, pulchra coma sub cœlo est. Erit & tua pulchritudo in fine, dixit tua fixa sit: sed sursum versus habeamus radicem nostram. Nunquid cum sol exierit arescit palma? Nunquid arescit cedrus cum autem sol candens aliquando fuerit, arescit fœnum. Venit iudicium, vt arescant peccatores, vt vireſcant fideles. *In Psalmo quinquagesimo tertio.*

Sicut ab vno igne aurum rutilat: & palea fumat, & sub eadem tribula spicæ comminuuntur, frumenta purgantur: nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem præli pondere exprimitur. Ita vna eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat: malos damnat, vastat & exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur, atque blasphemant; boni autem precantur & laudant. Tantum interest, non qualia, sed qualis quisque patiatur. Nam pari modo exagitatum & exhalat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat vnguentum. *De Ciuit. Dei. lib. 1. c. 8.*

Boni laborant, quia flagellantur vt filij: mali exultant, quia damnantur vt alieni. *Aug. in Psal. 93.*

Cyprianus, Nisi præcesserit pugna, non potest esse victoria: si fuerit in pugnæ congressione victoria, tunc datur vincentibus corona. Nam gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio est: cum periculum non est: afflictatio in aduersis, probatio est veritatis. Arbor quæ alta [illegible]

incumbentibus non mouetur: & nauis quæ for-
e est pulsatur fluctibus, nec fertur. Et quando a-
tos grana fortia & robusta contemnunt, inanes
e rapiuntur. Sic & Paulus post naufragia, flagel-
corporis grauia tormenta, non vexari, sed emenda-
in aduersis, Serm. 4 de immortal.
tanquam, Sol nubibus obtectus lætius postea splendet, &
nis initium est acceptius, iucundior tranquillitas blanda,
aqueum post seditiones ventorum & perturbationes a-
hominibus allidens: sic post afflictiones nobis vita tran-
Petrat, de Cypriano.

Poeticæ Sententiæ.

Virg. 1. Æneid.

O sæuj (neque enim ignari sumus ante malorum)
O passi graviora: dabit Deus his quoque finem.
Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonantes
Accestis scopulos: vos & Cyclopea saxa
Experti, revocate animos, mæstumq; timorem
Mittite, forsan & hæc olim meminisse iuuabit.
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium: sedes vbi fata quietas
Ostendunt: illic fas regna resurgere Troiæ.
Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Idem 5. Aeneid.

Ipse hiis Aeneas solatus vocibus infit,
Nate dea, quo fata trahunt, retrahuntq; sequamur,
Quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.

Idem 6 Aen.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,
Quam tua te fortuna sinet.

Ouid. 15. Metam.

— Quoties flenti Thoseius heros
Iste modum dixit: nec enim fortuna querenda
Sola tua est, similes aliorum respice casus.
Mittus ista feres, vtinamq; exempla dolentem
Nomina te possent releuare: sed & mea possunt.

Idem 1. Fast.

Cui genitrix flenti, fortuna, viriliter, inquit,
(Sosipuer luctymas) ista ferenda tibi est.
Sic erat in fatis.

Infra.

Sæua fera tempestas toto tamen errat in anno:
Est tibi, crede mihi, tempora seris erunt.

4. Pont. 4.

Nulla die adeo est australibus humida nimbis,
Non intermissis vt fluat imber aquis.
Nec sterilis locus vllus ita est, vt non sit in illo
Mista ferè duris vtilis herba rubis.

3. Amor. 10.

Torpor & obdura: dolor hic tibi proderit olim,
Sæpe tulit lassis succus amarus opem.

Ibidem ad Liuiam.

Scilicet exiguo percussa est fulminis ictu,
Fortior vt possis cladibus esse tuis.

Ibidem.

Imposuit te alto fortuna, locumq; tenere
Iussit honoratum, Liuia, per seronus, &c.
Alta maue, supraq; tuos exsurge dolores,
Insragilemq; animum quo potes vsque, tene.

Horat. 2. Carm. 10.

Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare, sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Iuuenalis 13. Satyra.

Ponamus nimios gemitus flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior.

Ibidem.

Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam,
Si flectas oculos maiora ad crimina.

Seneca Thyeste.

Pectora longus hebet at a malis,
Iam sollicitas ponite curas:
Fugiat mæror fugiatq; pauor,
Fugiat trepidi comes exilij
Tristis egestas rebusq; grauis
Pudor afflictis, magis vnde cadas.
Quamquo refert: magnum ex alto
Culmine lapsum, stabilem in plano
Figere gressum: magnum ingenti
Strage malorum pressum, fractis
Pondera regnis non inflexa
Ceruice pati, neque degenerem
Vitium, malis rectum imposita

Ferre ruinas, sed iam fatis
Nubila fati pelle, ac miseri
Temporis omnes dimitte notas:
Redeant vultus ad læta boni.

Lucret. 3.

Quid tibi tantopere est, mortalis, quid nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem congemis, & fles?
Cur non vt plenus vitæ conuiua recedis,
Aequo animoq; capis securam stultè quietem?

Statius 2. Sil. 1.

Hic finis rapto: quin tu iam vulnera sedas,
Et tollis mersum luctu caput? omnia functa,
Aut moritura vides, obeunt noctesq; dieiq;
Astraq; nec solidis prodest sua machina terris.
Nam populos mortale genus plebisq; caduca
Quis fleat interitus? hos bella, hos æquora poscunt.
His amor exitio, furor his, & sæua Cupido:
Vt fleam morbos, hos ora rigentia brumæ.
Illos implacido lethalis Sirius igni,
Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu
Quidquid habet ortus finem timet, vltimus omnes.
Ibimus: immensis Orcum quatit Aeacus vmbris.

Idem 5. Sil. 1.

Parce precor lacrymis, sæuo ne concute planctu
Pectora, nec cruda fugientem contegis vmbram.

Manilius 2. lib. Astronom.

Quod si solerti circumspicis omnia cura,
Fraudata inuenies amissis sidera membris.
Scorpius in Libra consumit brachia, Taurus
Succidit in curuo claudus pede, lumina Cancro
Desunt, centauro superest, & quæritur vnum.
Sic nostros casus solatur mundus in astris,
Exemploq; docet patienter damna subire.

Sen. Here. Oet.

Dubiam salutem qui dat afflictis, negat.

Sen. Here. Oet.

— Mortis habet vices,
Lente cum trahitur vita gementibus.

Ouid. 5. Trist. 11.

Vt sumus in Ponto tot frigore constitit ister:
Facta est Euxini dura ter vnda maris,
At mihi tam videor patria procul esse tot annis,
Dardana quot Grato Troia sub hoste fuit.
Stare putes, adeo procedunt tempora tardè,
Et peragit lentis passibus annus iter.
Nec mihi solstitium quidquam de noctibus ausert,
Efficit angustos nec mihi bruma dies.
Scilicet in nobis rerum natura noua est,
Cumq; meis curis omnia longa facit?
An peragunt solitos conmuuta tempora motus?
Sumq; magis vitæ tempora dura meæ?

Iacobus Bill. Antholog. Sacra.

Cur hic iusti infligantur, ac contra impij floreant?

Cum duris premitur iustus cum floret iniquus,
Percutit anne tui pectoris ima dolor?
Ne te præcipitem trahat hic dolor, æthera mente,
Atque adytum studeas promptus adire Dei,
Illic conspicies ingenti numinis ira
Ad mala seruari non moritura malos.
Conspicies sexcenta pijs incommoda mitti:
Framia quo posthæc vbertora ferant.

De afflictionum voluntariarum vtilitate.

Cur timeam causa est, cum sunt mihi cuncta secunda,
Exagit atq; meum nulla procella caput.
Namq; fauor nimius non est fauor, ira sed ingens:
At fauor in magno sæpè dolore latet.
Ergo cum tanti sit non doluisse periclj,
Atque ferat rursus commoda tanta dolor:
Sedulus inueniam, supplex & fater oro dolorem
Ni me reperiat, vexet & ante dolor.

Verum Christianum aduersas potius quàm prospe-
ras res expetere.

Quid mirum est sanctis Domine quod legibus hæres,
Cum fauor & splendens hinc tibi surgit honos?
At mihi magnus eris, dignus mihi laudibus amplis,
Si tua sit duro tempore firma fides.
Vir pius aduersis rerum non frangitur vndis,
Immo etiam flammas prouocat & gladios,
Non etenim ritu puerili dulcia quærit:
Sed quæ sunt animæ pabula certa, cruces.
Æquo animo ferendas esse afflictiones.
Quid tibi, cum læta tot sorte peregeris annos,
Nunc animus, pulsa prosperitate, cadit?
An tibi, cum mittat post prospera multa dolores,
Cum tibi post sudum nubila densa, Deus;

Frangi

Frangi animo turpesq; decet geminare querelas,
Oraq; cum molli dilaniare coma?
An nimio mentem luctu tenebrescere? mundus
Haud secus ac tibi lux, non Deus, ante foret.
Spirituali dolori modum adhibendum esse.
Vtilis est fletus, cum quis sua crimina luget,
Namq; animis noxas eximit iste dolor.
Non tamen in luctu semper lachrymisq; manendum est:
Ne mens immodico fracta labore cadat.
Post lachrymas, gemitusq; graues clementia Christi
Confestim est oculos ante locanda tuos.
Sic oculus Phœbi radianti lumine læsus,
Ad virides sese postea flectit agros.
Res aduersas prosperis optabiliores esse.
Optio si detur sortis mihi (fœmina princeps
Dicebat) mediâ viuere sorte velim.
Si nequeam media, tum duræ viuere malim,
Quam nimia rerum prosperitate frui.
Egregium sane dictum: ratioq; perinde
Egregia, & clara principe digna fuit.
Non desunt miseris solatia, dixit: at illum
Qui nimis est fœlix, mens bona sæpe fugit.

¶ Apophthegmata.

Augustinus dicebat, sicut in vno igne aurum rutilat & palea fumat, sub eademque tribula stipulæ comminuuntur, frumenta purgantur, nec ideo cum oleo amurca confunditur: quia eodem præli pondere exprimitur: ita vna eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat, malos damnat, vastat & exterminat. Vnde in eadem afflictione mali Deum detestantur atque blasphemant, boni autem precantur & laudant. Tantum interest, non qualia, sed qualis quisque patiatur. Non pari modo exagitatum & exhalat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat vnguentum. *De Ciuit. Dei, lib. 1. cap. 8.*

¶ Similitvdines.

Chrysostomi. Disciplina exercitatio est. Nam athletam perficit fortiorem, & insuperabilem reddit in certaminibus, & inexpugnabilem declarat. In præliis igitur talis disciplina est omnis, & hæc præsens, vt talis sit, necesse est. Proinde oportet sperare meliora & finem plenum iucunditatis & pacis. Et noli mirari, si cum ipsa amara sit, fructus tamen proferat dulciores. Nam & in arboribus cortex penè semper amarus & asper est, fructus tamen ipsi suauitate iucundi sunt. *Homil 3. de Iesunio.*

Podagricos tibi ante oculos pone, qui quando acutis compunguntur dolorum stimulis, & si mille offerres vehementius dolentes, ne respicere quidem dignantur. Non enim patitur intensus dolor, vt quasi ociosi de cæteris cogitent, ac inde consolentur. Minime igitur nos huiusmodi spes alat. Nam qui à malis aliorum originem trahit, in mediocri afflictione locum habet. *Homilia quadragesima quarta, in Matth.*

Multi fluctus & vndæ immanes: sed submergi non vereor, quia supra petram sto. Insaniat licet mare, petram non potest commouere. Insurgant quantumlibet fluctus, &c. *Homil. 20. cum de expulsione sua ageretur.*

Nazianzens, quemadmodum sol diu nubibus obtectus lætius postea splendet, & ver post hyemis tristitiam est acceptius & iucundior tranquillitas blanda, & mare quietum post seditiones ventorum & perturbationem aquarum littoribus allidens: Sic post afflictiones nobis vita tranquillior. *In oratione ad Cyprian.*

Arnobij, vt medicus, qui desperatis iubet id velle seruiri, & omnia quæ desiderant, præcipit non negari: quos autem scit posse saluari, iubet eos artari, amaris potionibus potari, ferro secari, cauteriari: Sic fiet, vt dum saluati fuerint abstinentes, & mortui fuerint desiderijs proprijs acquiescentes, iustificabitur medicus in sermonibus suis. Dicetur ei: Nos te iniustè culpabamus, dum ligares, dum secares homines bonos, & malos nec secares, nec affligeres: insuper etiam permitteres suis desiderijs frui. *in Psal. 50.*

Saluiani Episcopi, sicut optimi & peritissimi medici dissimilibus morbis curas dispares præstant, atque alijs per dulcia medicamina, alijs per amara succurrunt: & quosdam curant cauteriorum adustione, quosdam malagmatum placabilitate: alijs adhibent duram ferri sectionem, alijs blandam infundunt olei lenitatem, & tamen diuersissimis licet curis eadem salus quæritur: Ita etiam Deus noster, si quando nos plagis austerioribus cohercet, quasi cauterijs & sectionibus curat: quando autem rebus prosperis refouet, quasi oleo & malagmatibus consolatur. Per diuersam enim opem, ad vnam nos vult perducere sanitatem. Solent quippe etiam nequissimos seruos, quos supplicia non correxerunt, blandimenta corrigere, & quos dominis suis verbera non submiserint, beneficia submittunt: infantes quoque & omnes ferè paruulos contumaces, quos morigeros minæ ac ferulæ non efficiunt, interdum πάγχρηστα atq; blanditiæ ad obedientiam trahunt. Vnde intelligere debemus, nos & seruis nequissimis nequiores, & insipientibus paruulis stultiores esse, quos nec quasi malos seruos tormenta corrigunt, nec quasi infantulos blandimenta conuertunt. *De Vero iudicio & prouidentia Dei, lib. 6.*

Exempla Biblica.

Afflictionum exempla: in Eua, *Genes. 3. vers. 14. 15. 16.* Adam *vers. 17. 18. 19.* Antiquiore mundo, *6. v. 13.* Pharaone, *12. v. 17.* Abimelech, *20. v. 3.* Fratribus Ioseph, *42. §. 21.* Hebræis, *Exod. 32. v. 35.* Moses, sorore Mosis, *Num. 12. §. 10.* Mose & Aarone, *Num. 20. v. 12.* Dauid, *2. Sam. 12. §. 14.* & *24. §. 17.* Baasa, *1. Reg. 16. §. 2.* Giezi, *2. Reg. 5. v. 27.* Ozia, *2. Paral. 26. v. 19.* Israelitis, *Esai 3. v. 8. 9.* & *5. v. 13.* & *14.* & *30. v. 13.* Paralytico, *Matth. 9. v. 2.* *Ioan. 5. §. 1.* Iudæis, *Matth. §. 38.* *Luc. 9. v. 43. 44.* Elyma, *Act. 13. v. 11.*

Exempla afflictionum quibus Deus modum imposuit: *Genes. 19. v. 16.* Iacob, *32. v. 9.* & *33 §. 18* Ioseph, *41. v. 42.* Iacob, *46.* Israelitæ, *Exod. 3 v. 7. §. 8.* & *13. §. 21.* & *22. Iudic. 2. v. 15. 16.* *v. 17.* Anna, *1. Sam. 1. v. 18. 19.* Dauid, *2. v. 4.* & *16. §. 9. 10.* Dauidis, *2. Sam. 14. vers. 16.* Ioachas, *2 Reg. 13. v. 4.* Tota Iudæa gens, *Esth. 8. §. 14. 15.* Iob, *Iob. 42. v. 12.* *Iac. 5. v. 11.* Ezechias cum *Esai. 37. v. 31. 32. 33.* Sidrach, Misach, & Abednago, *Dan. 3. v. 17. 26.* Ionas, *Ion 2. v. 8. 11.* Apostoli, *Act. 4. §. 21.* & *5. v. 19.* Paulus, *25.* & *27. v. 4. 5. 2. Cor. 1. v. 10.* Petrus, *Act. 12. §. 7. 8.*

Afflictiad Deum clamantes exaudiuntur, *Psal. 50. v. 15.*

Exempla: Agar, *Genes. 16. v 8.* Abraham, *17. v. 20.* Loth, *19. 20.* Ismael, *21. §. 17.* Isaac, *25. v 21.* Rachel, *30. v. 22.* Iacob *32. v. 9.* Israelitæ, *Exod. 2. §. 23. 24.* & *3. §. 6. 7. 8. 9. Iudic. 2. v. 1.* & *10. v. 8.* Moses, *Exod. 17. v. 10. 11 Num. 16. v 46. 47. 48.* Moses & Aaron, *20. 6. 7. 8.* Samson. *Iudicum. 15. v. 18. 19.* Anna, *1. Sam. 1. §. 26. 27.* Samuel *1. Sam. 12. v 18. 19.* Dauid, *2. Sam. 15. v. 30. 31. 1. Paral. 21. §. 17.* *Psal. §. 3. 4. 12.* & *54. v. 9.* & *116. §. 3. 4. 5. Eccl. 47. §. 5. 6.* Elias, *1. Reg. 17. 21. 22.* & *18. v 37. 38.* Elisæus, *2. Reg. 4. v. 32. 33. 34.* & *6. v 8.* Ezechias *2. Reg. 19. v. 15* & *c. Esai 37. v 21. 33. 2. Reg. 20. v. 1. 2. Esai. 18. v 1. 2.* Iosaphat, *2. Paral. 20. §. 6. 23.* Manasses, *33. v. 12. 13.* Iesus Naue *Eccl. §. 6. 7.* Ionas, *Ion. 2. §. 2. 3.* Tobias, *Tob. 12. v. 12. 13.* Iudas Machabæus *1. Mach. 4. v. 6. 7. 8.*

Agricultura.

¶ Definitio et etymolog.

Agricvltvra, Græcè γεωργία, ας, ἡ; & γεωργὸς ὁ, ἡ, agricola dicitur, & est agrorum cultura. Inde agrestis, Græc. ἀγρώτης, ου, ὁ, ἐρότης, τητος, ἡ, rusticitas. Est autem agrestis, qui vitam agit syluestrem.

¶ Loci Biblici.

Ager diuerso semine non serendus, *Leuit. 19 v. 19.* Agro proximi nullum inferendum detrimentum, *Exod. 22. v 5.* Agrorum termini non transferendi, *Prouerb. 22. v. 28 Deut. 19. v. 14.* Ager sanguine *Matth. 27. v. 8. Act. 1. v. 19.* Agri empti à Ieremia signatio, *Ierem. 32. v. 9. 15.* Agri pro rebus agrestibus, *Matth. 6. v. 28.*

¶ Sententiæ Biblicæ.

Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum depascatur aliena, quicquid optimum habeat in agro suo vel in vinea, pro damni æstimatione restituet. *Exod. 22.*

Si egressus ignis inuenerit spicas, & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris, reddet damnum, qui ignem succenderit. *Ibidem.*

Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri. Ita facies in vinea & oliueto tuo. *Exod. 23.*

¶ Patrvm Sententiæ

Cur tu in vsus tuos successura non præparas? vel fiscellam tecto iunco: vel claustrum lentis plecte viminibus: farriatur humus: arcolæ æquo limite diuidantur: in quibus, cum olerum iactata fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ: hic pulcherrimorum versuum spectator assistas;

Ecce supercilio cliuoso tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.

Hieronymus ad Rusticanum monachum, & habetur de consid. *dist. Num.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. 2. Ponto.

Tempus in agrorum cultu consumere, dulce est.

Iuuenalis 14.

Vivite contenti casulis, & collibus istis
O pueri, Marsum dicebat & Hernicus olim,

vigi-

panem quaramus aratro,
ysis.——

Boet.2.5.

ior ætas,
us artis,
ita luxu:
ra solebat
glande.

Olympius Nemesianus Ecl 2.

ignum ducis, quod rusticus Alcon
m, qui mane boues in pascua ducam.
pauere greges, formosus Apollo,
Faunus, Vates, & pulcher Adonis.

Seneca Hipp.

magni est libera, & vitio carens,
melius vita, quæ priscos colat.
relictis mœnibus syluas amat.
aurea mentis inflammat furor,
dicunt montium insontem iugis:
cura populi, & vulgus infidum bonis:
illens inuidia, non fragilis fauor.
regno seruit, aut regno imminens
honores sequitur, aut fluxas opes.

Virgil.lib.1.Georgicorum.

ribus parto agricola plerunque fruuntur,
mater se læti conuiuia curant.
genialis hyems, curasq; resoluit.

Idem lib.2. Georgicorum.

ro terra ferre omnes omnia possunt.
nibus salices, crassis q; paludibus alni
untur, steriles saxosis montibus orni:
ura myrteis lætissima: denique apertos
cus amat colles: Aquilonem, & frigora taxi.

Ibidem.

mus humum fodito, primus deuecta cremato
menta, & vallos primus sub tecta referto,
extremus meto.

Ibidem.

rtunatos nimium sua si bona norint
colas, quibus ipsa procul discordibus armis
dit humo facilem victum iustissima tellus.

Ibidem.

rtunatus & ille deos qui nouit agrestes,
anaque, Syluanumq; senem, Nymphasq; sorores.

Ibidem.

bera pendent dulces circum vbera nati:
ta pudicissima seruat domus: vbera vacca
tea demittunt pinguesq; in gramine lato
ter se aduersis luctantur cornibus hædi.

Ouid.lib.1. de remedio amoris.

ra quoque oblectant animos, studiumq; colendi,
Quilibet huic curæ cedere cura potest.
Colla iube domitos oneri supponere tauros,
Sauciet vt duram vomer aduncus humum.
Orue versata cerealia semina terra,
Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.
Adspice curuatos pomorum pondere ramos,
Vt sua quod peperit vix ferat arbor onus.
Adspice labentes iucundo murmure riuos,
Adspice tondentes fertile gramen oues.
Ecce petunt rupes praruptaq; saxa capellæ,
Vt referant hœdis vbera plena suis.
Pastor inæquali modulatur arundine carmen,
Nec desunt comites sedula turba canes.

Horat.in Epod. Ode 2.

Beatus ille, qui procul negotijs,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni fœnore,
Nec excitatur classico miles truci:
Nec horret iratum mare:
Forumq; vitat, & superba ciuium
Potentiorum limina.

Horat.Sermonum lib.2.Satyra 6.

Orus quando ego te aspiciam? quandoque licebit
Nunc veterum libris, nunc somno, & inertibus horis
Ducere solicitæ iucunda oblivia vitæ?
O quando faba Pythagoræ cognata simulq;
Pulta satu pingui ponentur olusculaq; lardo?
O noctes, cœnæq; Deum quibus ipse, meiq;
Ante larem proprium vescor.

Horat. Epistolarum lib.1. epist.10.

Nimisti me locum potiorem rure beato?
Est vbi plus tepeant hyemes? vbi gratior aura
Leniat & rabiem canis & momenta leonis,
Quum semel accepit solem furibundus acutum?
Est vbi diuellat somnos minus inuida cura?

Philemonis ex Stobæi Serm.54.

Δικαιότατον κτῆμ' ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός.
Ὡι φύσις δέντευ γὰρ ἐπιμελῶς φέρει,
Πυροὺς, ἔλαιον, οἶνον, ἰσφύδας, μέλι.
Τὰ μὲν γεώμετρα δ' ἐστὶν ἢ τε πορφύρα.
Εἰς τοὺς τραχήλους οὐδὲν, ἐκ τοῦ βίου.
Ager hominibus æquissima est possessio.
Nam quem is eget natura, fert ea sedulò:
Triticum, oleum, vinum, mel, atque caricas,
Argentea adsunt vasa, stemq; purpura,
Ipsis tragœdis apta, non vitæ vsibus.

Euripidis Stob. serm.55.

Τῶν γεωργῶν ἡδὺ νὴ τὸν ἔχειν βίος.
Ταῖς ἐλπίσιν τἀγγενῆ παραμυθούμενος.
Agricolarum vita voluptatem capit,
Dum tristitia spe futurorum solatur.

Anaxion. Stob. serm.25.

Ἐν τοῖς πολεμίοις ὑπερέχειν τὸν ἀνδρα δεῖ,
Τὸν μὲν γεωργεῖν ἱερὸν ἐστὶν οἰκέτου.
Πῶς ἔχεις; ὡς ἰσχανος εἰς ἀπόλυμα.
Τείφω γὰρ ἐν ἀγρῷ χωρίον.
Virum oportet in bellis eximium esse.
Agricolatio enim est opus seruile.
Vt vales? quam macilentus es? Pereo:
Colo enim prædium tuum.

Ibidem.

Ἀεὶ γεωργὸς εἰς τὰ πάντα πλούσιος.
Agricola semper in proximum annum dives est.

Philemonis.

Ἔχει τι πικρὸν τῆς γεωργίας γλυκύ.
Agricultura suauitas nonnihil amari mixtum habet.

Aristophan.

Τῆς πάσιν ἀνθρώποισιν εἰρήνης φίλης
σὺ τροφός, ταμία, συνεργός, ἐπίτροπος,
θυγάτηρ ἀδελφὴ, πάντα ταῦτ' ἐχρῆτό μοι.
σοὶ δ' ὄνομα δή τί ἐστιν; ὅτι γεωργία.
O cunctis hominibus grata pacis
Fida nutrix, proma, opifera, procuratrix,
Filia & soror. Hæc omnia me nominabat,
Sed quodnam tibi nomen est? Agricultura.

Eiusdem.

ὦ ποθεινὴ τοῖς δικαίοις καὶ γεωργοῖς ἡμέρα
ἀσμένως γ' ἰδών σε προσειπεῖν βέλομαι τὰς ἀμπέλους.
O dies optata bonis viris & agricolis,
Libenter equidem intuitus affari volo vineas.

Eiusdem.

Ἀποβλέπων εἰς τὸν ἀγρὸν εἰρήνης ἑκών,
εἶχόν μιν ἀσυ. τὸ δ' ἐμὸν δῆτα ποῦτῳ,
ἐς ὃ τί ποτ' εἰπὲν ἀνθρακιὰς πρίω,
ἀπ' ὄξος, ὄψον, ἀπ' ἐλαίου ἔχει δέη.
ἀλλ' αὐτὸς ἔφερε πάντα. κ' ἃ πρίω ἀπῆν.
Dum pacis amans intuor agrum,
Odi ciuitatem, & rus meum desidero,
Quod nunquam mihi dixit: I carbones emptum,
Acetum, obsonium, oleum: non enim opus est.
Sed ipsum omnia producebat: nec emendum erat quicquã.

Menandri.

Ἀγροῖκος εἶναι πρὸς ποιὰ πονηρὸς οὐ.
Cum improbus sis, te rusticum esse simulas.

Arati.

Οὔπω λευγαλέη πτὶ νεικείοις ἠπίσαιτο,
οὐδὲ διαχρήσιος πρόμαχος, οὐδὲ κυδοιμός.
ἁπλῶς οἱ ἔρδων, χαλεπὴ δ' οὐκ ἐκέκειτο θάλασσα.
καὶ βίον αὐτοφυῆς ἀκαπηδείην ἐνέπουσιν
ἀλλὰ βοσοὶ, καὶ ἐρετμὰ καὶ αὐτὴ πόντια λαῖφη
Μύρια πάντα παρῆεν· δίκη δ' αὐτείρα δικαίων.
Nondum diras nouerant contentiones,
Neque disceptationem querimonijs plenam, neque tumultum aut bellum.
Sed simpliciter viuebant: & procul aberat mare periculosum.
Nedum naues longinquis regionibus annonam aduehebant.
Sed boues, & aratra, & ipsa domina populorum
Coprosa omnia suppeditabat iustitia largitrix iustorum.

¶ Philosophorvm Sententiæ.

Omnium rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. *Cic.1. de Offic.*

Vitâ

Vita rustica, quam nos agrestem vocamus, parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæ magistra est. *Pro Rosc. Amer.*

Vita rustica, maximè disiuncta est à cupiditate, & cum officio coniuncta. *Pro Rosc. Amer.*

Agricolæ semper ita viuunt, vt quæstum nosc ant nullum, fructum autem eum solum, quem labore pepererint. *Pro R. Am.*

Hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris. Nulla vita beatior esse potest, neque solum officio, sed & delectatione & saturitate, copiaque rerum omnium, quæ ad victum hominum & cultum etiam pertinent. *Cato Maior.*

Ipsa ratio arandi spe magis & iucunditate quadam, quàm fructu atque emolumento tenetur. Etenim ad incertum casum & euentum, certus quotannis labor, & certus sumptus impenditur. Annona porro pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. Si autem vbertas in percipiendis fructibus fuerit, consequitur vilitas in vendendis, vt aut malè vendendum intelligas, si processit, aut malè perceptos fructus, si rectè licet vendere. Totæ autem res rusticæ eiusmodi sunt, vt eas non ratio, neque labor, sed res incertissimæ, venti, tempestatesque moderentur. *5. Act. in Verr.*

Bos pauperibus est pro seruo. *Aristoteles libro primo Politicorum.*

Agricolæ magis appetunt lucrum, quàm honorem. Et ideo delectabilius est ipsis laborare, quàm principari. *Idem libro sexto Politicorum.*

Agricolæ, qui non habent necessaria, circa opera morantur, & aliena non concupiscunt. *ibid*

Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quæ nec vlla impediuntur senectute, & mihi ad sapientis vitam proximè videntur accedere. Habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit, quod accepit, licet alias minore, plerunque maiore cum fœnore. *Cicer. de Senect.*

Ergo in hac vita Marcus Curius, quum de Samnitibus, & Sabinis, & de Pyrrho triumphasset, consumpsit extremum tempus ætatis. *ibid.*

A villa in senatum accersebantur Curius, & cæteri senes: ex quo qui eos accersebant, viatores nominati sunt. Num igitur eorum senectus miserabilis fuit, qui se agricolatione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio, hac an vlla vita beatior esse possit, neque solum officio (quod hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris) sed & delectatione, quam dixi, & saturitate copiaque omnium rerum, quæ ad victum hominum & cultum etiam deorum pertinent. *Idem libro de Senectute.*

Semper boni assiduique Domini referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penaria est, villaque tota locuples est: abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Iam hortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. Tum conditiora facit hæc & superuacanei operis aucupium atque venatio. *Cicero libro de Senectute.*

Agro benè culto nil potest esse, nec vsu vberius, nec specie ornatius, à quem fruendum non modo non retardat, verum etiam inuitat, atque allectat senectus. Vbi enim potest illa ætas æquè calescere, vel apricatione melius, vel igni, vel vicissim vmbris aquisue salubrius refrigerari? *Idem ibid.*

Illi etiam prædiuites, qui ab aratro accersebantur, vt Consules fierent, voluptatis causa sterile atque æstuosissimum Pupiniæ solum versabant: deliciarumque ignari, vastissimas glebas plurimo cum sudore dissipabant. Imò verò quos pericula Reipub. Imperatores asserebant, angustiæ rei familiaris (quid cesso proprium nomen veritati reddere?) bubulcos fieri cogebant. *Valerius Maximus lib. 4. tit. de Paupertate.*

Attilium autem, qui ad eum accersendum à Senatu missi erant, ad imperium populi Romani suscipiendum, semen spargentem viderunt: sed illæ rustico opere attritæ manus salutem publicam stabilierunt: ingentes hostium copias pessundederunt. Quæq; modo arantium boum iugum rexerant, triumphalis curus habenas retribuerunt: nec fuit ijs rubori eburneo scipione depositio, agrestem stiuam aratri repetere. Potest pauperes consolari Attilius, sed multo magis docere locupletes, quam non sit necessaria solitæ laudis cupidini nimis anxia diuitiarum comparatio. *Ibidem.*

Etenim natus infans sine nutricis lacte non potest ali, neque ad vitæ crescentis gradus perduci: Sic ciuitas sine agris & eorum fructibus in mœnibus affluentibus non potest crescere, nec sine abundantia cibi frequentiam habere, populumque sine copia tueri. *Vitruuius de Architectura libr. 2.*

Φασὶ δέ καὶ ἰταμικόν τινα ἀναγκαζόμενον ὑπὸ τοῦ πατρὸς γεωργεῖν, ἐπάγξασθαι, γράψαντα ἐν γραμματιδίῳ, ὅτι ἐπιέζοντός με καὶ ἀκατάσχετον, ἠγωνίαν. σπείρειν πως θερίσωμεν; εἶτα θερίζειν ὅπως σπείρωμεν; ἀποκόπτει τὸ χρῆμα τῆς περιόδου. id est, Aiunt amatorem quendam à patre terram colere coactum, laqueo finiuisse vitam, cum in tabella scripsisset: Agriculturam esse rem infinitam, & nunquam absolui. Serendum enim vt metamus: & metendum vt seramus: absurdo rei circuitu. *Phauorinus Philosophus.*

Σκάπτω καὶ σπείρω, καὶ μάλα μικρὸν γῆδιον, ἀλλ' οὐ μέντοι πονηρόν γε, ἀλλὰ πάντων δικαιότατον. ἤτι γὰρ λαβὸν σπέρμα, καλῶς καὶ δικαίως ἀπο-

δίδου αὐτό τε καὶ τόκον ἐδίνητι πολλὸν ἢ ὅπως ἔβαλες ἐν ἀρχῇ. Fodio ac sero perexiguum agellum, non malum tamen, sed omnium iustissimum. Quantumcunque enim seminis acceperit, idem probè iusteque reddit: nec vnquam quod accepit, cum magno fœnore restituit. *Xenophon.*

¶ Apophthegmata.

Aristippus, cum ei quidam obijceret: Tua culpa interibit seges. Atqui melius est, inquit, agrum propter me, quam me propter agrum perire. *Stob. serm. 55.*

Zeno Stoicus philosophus, cum videret familiarem quendam agri laboribus incuruatum & circumflexum: Nisi tu agrum perdideris, inquit, ipse te perdet. *Stob. serm. 55.*

Lycurgus, sciens quantum vtilitatis humanæ vitæ agricultura suppeditaret studium, agros omnes ciuibus suis diuisit colendos, concordes inter se omnes simultatem ac prauos affectus deponerent & simili labore omnes victum quærerent. *Plutarch. in Regum apoph.*

Lysander, quum ad Cyrum minorem, Persarum regem venisset, in hortum ductus, admiratus & proceritates arborum & directos in quincuncem ordines, & humum subactam, Cyrum interrogauit, à quo essent arbores plantatæ, & cuius solertia tam apte dimensæ? Cui respondens Cyrus, ait: Atqui ego ipse sum ista omnia dimensus, meisunt ordines, mea descriptio, mea enim manu sunt facta. Tum Lysander purpuram ornatumque Persicum multo auro intuens, dixisse fertur: Rectè Cyre te beatum ferunt homines, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est. *Cic. in Caton.*

Artaxerxes. Miles Artaxerxi Persarum regi malum punicum cum in vanno obtulisset, Rex magnitudinem eius admiratus, interrogauit, è quonam horto depromptum hoc donum afferret? Ille verò respondente, domo sua & ex suis agris, gauisus rex superadum, missis regijs muneribus virum ornauit: & per Solem, inquit, (ita enim Persæ iurare solebant) iste homo tali curatione & agriculturæ diligentia, poterit etiam ciuitatem (meo quidem iudicio) ex parua ampliorem reddere. Videtur autem innuere, non tantum agros, sed omnes res, cura & sufficienti opera, & indefessa, ire, contra naturam etiam meliores & præstantiores effici posse. *Ælianus libro de Varia Historia.*

Gelo Syracusanus suos ad agriculturæ studium adhortatus, partum vt agri ad vsum hominum meliores redderentur, partum ne otio torpescerent. *Plutarchus in Regum & Imperatorum apothegm.*

Myson Oeteus, quum Mysonem Cheneum se sapientiorem esse audiret, eum reperit æstate stiuam aratro aptantem. Dicente autem eo, non esse tempus arandi: Satis, ait, Myson, tempestiuum est parandum nobis victum. *Brusonius lib. 1. c. 8.*

Faraotes Indorum rex Apollonio de eius victu sciscitanti: Ego, ait, palmarum fructibus aut oleribus pascor, aut quæ prædent mihi arbores quas ego his manibus colo. *Brusonius libro primo, capite octauo.*

Socrates, Amaltheæ cornu interpretatus est, ad huiusmodi similitudines accommodando. Amaltheam quidem significare illum qui minimè μάλθων, id est, dissolutus, sed gnauus & operarius esset, bona omnia consequuturum. Per cornu verò bouis quodammodo est laboriosissimum, virum operarium innui. Botros autem dicit milia in cornu esse, quoniam omnia quorum egemus, in agricultura insunt: quamobrem gestantes ipsum bonus genius bonam fortunam introducuntur. *Stobæus serm. 54.*

Anonymus, pulchrè ille quidem, qui agriculturam aliarum artium parentem atque nutricem appellauit: qua bene habente cætera valeant: neglecta verò, terra marique iacent omnia. *Xenophon in œconom. Stobæus serm. 54.*

Attilius Regulus, is aiebat, neque fœcundissimis locis agrum insalubrem parandum, neque effœtis saluberrimum. Fructuosis enim lubris est locus, vbi peritur fame: & frustra fertilis est, vbi non licet viuere. *Erasm. lib. 6. apoph. ex Luuso.*

Scipio Nasica candidatus in ædilitatis petitione cum adolescentulo competitore descenderat: cuius quum manum rusticio operi duraram tetigisset, interrogauit, Num manibus ambulare consueuisset? Id vt populo cognitum est, repulsam petitionis passus est, quod hominem agricolam spreuisse videretur. *Brusonius libro 1. cap. 8.*

Cato Maior dicebat, fortissimos viros ac strenuissimos milites ex agricolis gigni minimeque malè cogitantes. *Plutarch. & Erasm. lib. 5. apoph.*

Idem, dicere solebat ad rusticos, In re rustica operæ parcendum in agro autem emendo minimè, quod enim malè emptum est, semper pœnitet. *Erasm. l. 5. apoph.*

Idem, dicere solebat, pecuniam pedibus compensari: fenus minimum, satis sumptuosum esse, ad villam procul diffitam crebro proficisci: sed hoc impendij pedibus compensari, si dominus semper inuisat fundum suum. *Cicero in oratione pro Flacco.*

Domitianus Imperator iussit excidi vineas: quod studio colendi vineta, negligerentur arua. *Sueton.*

Declamatio

se imperio abdicasset, atque priuatam vi-
et, ab Herculio atque Galerio ad recipien-
, tanquam peitem aliquam detestatus, re-
posseris vsere olera nostris manibus insti-
andum nunquam iudicaretis. Fuit autem
procul à Salonis, vbi priuatus consenuit. *Eu-*

Constantinum.

Nemo, quis infans sine nutricis lacte non potest ali, neque
incrementis gradus perduci: sic ciuitas sine agris & eorum
is in manibus affluentibus non potest crescere: nec sine ab-
bi frequentiam habere, populumque sine copia tueri.
ad Heluidium.

Ades, interrogetur, quis esset certissimus agricolæ quæstus? re-
ndet: si bene pascat. quis proximus? si mediocriter pascat. quid
ium? bene vestiat. quid quartum? respondit, Arare, & terram
e. *Item. Eras. lib. 5. apoph.*

Curius Dentatus, Manlius Curius, qui Dentatus cognominatus est,
nus, iisque locupletibus, quod ex agris bello partis partem exiguam
ciis multum distribuisset, magnam vero Reipubl. optauit à
sa, quando existeret quisquam Romanorum, cui ager exiguus
ficeret, qui posset alere dominum. Sentiens hominem plane i-
rum, eique ex hac agri portione non tantum laboribus se ex-
ceret, vnde viuere posset. *Plin. c. 33. de viris illustribus.*

Cicero omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil est a-
ricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine
gnius. *Ibid. de Sen.*

¶ Similitvdines.

Plotinus Iudus, quemadmodum futuro imperatori necessaria
nt exercitia venatoria: Sic admouendis ad curam reipubl. proprie
ebralibus congruit, velut præludium quoddam magistratuum.
ib. de Insom.

Scantalieri & omni fœmellæ fontes lactis sub partum scatu-
nes, nonnisi ex terra rigentur alimentis necessariis & conuenien-
bus. Sic terrestrium animalium matri terræ omnes stirpium at-
ibuuntur, vt cognatis, non alienis cibis partus eius vterentur.
ib. de plantatione Noe.

¶ Exempla Biblica.

Protoplastus, à Deo creatore in Paradiso voluptatis horto, vt il-
m coleret, constitutus: vxoris illecebris fructu vetito degusta-
o paulo pulsus terram in sudore vultus sui colere iubetur à
eo, cum hac imprecatione, vt illa pro fructibus sentes & tribulos
ducat. Gen. 3. & 5.

¶ Profana Exempla.

Apud Indos agricolæ ita sunt à cæteris feriati, vt inter congredien-
nes, vbi armatela, armorum strepitum, nihil ominus omnis ex-
tercust munita sibi munia obeant, nec lacessantur vel mini-
o. *Curt. lib. 8. c. 9. A. L.*

Pompeiano studio agriculturæ incumbunt: vt si quis inter ipsos
uem amorem occiderit, aut instrumentum quodpiam ad agri-
turam spectans furto subtulerit, morte puniatur. *Stobæus ser. 42. ex*
bus Graecorum moribus historia.

Lex Athenienſium, Bouem aratorem, qui iugum trahit, vel
aratrum, vel plaustro, ne mactes: quoniam etiam ille agricola est,
humano generi laborum socius. *Aelianus lib. 5. de varia histo-*
a.

Tunes Milesios, quorum agri bene culti essent, aliorum domi-
bus vsui fuerunt. *Theat. Zwingeri.*

Terentius Varro vir prætorius, tempore Senecæ nulla re alia no-
ior fuit, quam villæ otio, quam prope Cumas possidebat, in qua
ninuerat. *Senec. in epist. 55.*

Probus Imperator, quicquid inculti soli vacabat, occupantibus
ibuit: decemque annorum immunitatem ac perpetuam li-
rtatem agricolis concessit. *Cuspinian.*

Numa Pompilius, ne populus otio marcesceret, agros diuisit:
rminum agrorum fines separantem Deum, adiunxit: sigillatim,
qui colerentur, quinque agros circumirent, statuit, ex operibus ci-
tam mores coniectans. *Plut. in Numa.*

Maluam, nam nemo est saltem non mollis & effœminatus, qui
cere nolit, villam opus agriculturæ turpe aut indecens esse viro bo-
o. Putare enim, arare, vites colere, quomodo non honesta es-
nt intelligere, serere, metere, triturare, an non omnia hæc studia sunt in-
genua & bonis viris decora?

Contra Hesiodo turpe non fuit pastorem, nec obfuit ei quo mi-
nus Deo charus & musicus esset ita nec alii cuipiam impedimento
erit.

¶ Hieroglyphica.

Totius Agricolationis est hieroglyphicum, & apud Aegyptios
hocanimal erat inuiolabile: propterea quod apud ipsos porci agri-
colationis vsum præstarent, frumentariamque rem alicubi solis eo-
rum operis adiuuarent. *Pierius Val. lib. 9. pag. 83. C.*

Felix, vt Cyprianus sentit, rei rusticæ, quam Saturnus docuisse
fertur, signum fuit. Nam finis eius industriæ est metere, fructusque
colligere, *Idem lib. 42. pag. 417. A.*

Legimus etiam veteres agriculturam hieroglyphicè per *Nili* si-
mulacrum indicasse. Cuiusmodi autem esset effigies, lepida descri-
ptione Philostratus indicauit: quam vide apud *eum l. 46. pag.*
448. A.

Est etiam *aratrum* agriculturæ & frumentarii prouentus signū:
vt in quodam nummo argenteo veteri cernere est, de quo vide eun-
dem. *Val. lib. 48. pag. 469. A.*

¶ Scriptores.

De agricultura & vita rustica. *Brusonius lib. 8. & Artemidorus*
de somniis lib. 2. Inuitatio ad rusticandum. *Marsilius Fic. lib. 7. epi-*
stolæ 7. Comparatio nauigationis, id est, mercaturæ maritimæ, &
agriculturæ, *apud Theonem in exercitamentis.* Laus agricolarum,
Plinius 18. 5. Qui agricultura illustres. *Plinius 18. 3.* Agricolarum
epitaphia. *Florileg. Græc. lib. 3. sect. 11.* agricultura apud quos turpis,
Aelianus in variis Græc. sol. 73. & 78. Vbi mulieres agricolentur,
Ibidem 76. De laudibus agriculturæ, *Albertus Lollius.* Laus vitæ a-
grestis & commoda ruris, *Aeneas Syluius epist. 91. & epist. 5.* De lau-
de agriculturæ, *Stobæus sermone 54.* & in contrarium, *Sermone 55.*
Cæsarum leges agratiæ ad Colonarum iura, in Bobio oppido in-
uentæ, *vt Raphael Volaterranus scribit in Geographia sua.* Episto-
læ rusticales Græcæ 19. *Aeliani.*

Rei rusticæ scriptores in vtraque lingua enumerantur *à Colu-*
mella lib. 1. c. 1. De rustica re selectorum, *lib. 20. Græci Constantino*
Cæsari inscripti. Eosdem omnes Ianus Cornarius Latinos fecit: *An-*
dreas à Lacuna octo tantum posteriores, qui de animalibus sunt.
Eosdem omnes Antonius Petri Narbonensis in linguam Gallicam
transtulit. Petrus Lauius in Italicam. *L. Iunij Moderati Columellæ*
de vniuersa re rustica lib. 13. Vocabula ad agriculturam pertinentia
apud Ioan. Tortellium de Orthographia dictione Ag. De re rustica lib.
14. Pallad. ij Rutilij. De agricultura, *C. Plin. lib. 18.* De re rustica &
terra. *Vincentius Bellacen. lib. 17. Etymolog.*

Viae Rusticus.

Alacritas.

¶ Definitio. et Etymolog.

Alacritas est, qua erecti sensus vniuersi vt suo quisq; lo-
co degat, quasi minime lacet, dictus alacer: & honesti tuendi
causa sublimis, vultu animum promittente. Cuius extrema
segnities & proteruitas. Græcis dicto. *φαιδρότης.*

Hebr. *Ghil. ghilah*, exultatio, reuelatio gaudii externo aliquo ge-
stu corporis: à verbo *Ghil*, exultauit, tripudiauit. Cognationem ha-
bet cum *Galal*, volutauit, rotauit se, & cum Gillah reuelauit, vt si
quis præ gaudio exilit, & circumrotationibus ac tripudiis gaudium
suum aperit. Hinc *ἀγαλλιάω. ἀγαλλίωμαι*, &c. exulto, gaudeo. Gall.
Gaillard. gaillardise. se regaillardir.

¶ Loci Biblici.

Alacritas Deo grata, ideo amplexanda, *Nehem. 11. v. 2. 1. Cor. 9. v.*
17. 18. & 16. 2. 2. Cor. 9. 7. Ephes. 6. v. 6. Phil. 3. v. 13. & 4. 6. Coloss. 1. 11. &
3. 23. 1. Thess. 2. 11. 1. Tim. 6. 12. Hebr. 10. 35. & 11. 8. & 12. v. 5. 12. & 13. 17.
Iacob. 1. 2. 1. Pet. 4. 9. & 5. 22. Per. 1. v. 5. 1. Ioan. 4. 17.

¶ Exempla Sacra.

Alacritatis exempla: Artifices & operari Tabernaculi, *Exod. 36. v.*
3. & c. Principes & populus. *Num. 7. 12. & c.* Principes & populus Da-
uidis, *1. Paralip. 29. v. 9.* Principes & populus Ioas, *2. Paral. 24. 10.*
Principes reduces è captiuitate, *1. Esd. 2. v. 68.* Zacharias. *Luc. 19. 6.*
Paulus *Act. 20. v. 24.* Macedones, *2. Cor. 8. v. 3.*

¶ Profana Exempla.

Alexander adolescens mox ex pueris excedens, Babylonem au-
sus est & Susa sperare, atque adeo imperium orbis terræ sibi spon-
dere, triginta millibus peditum, quatuor equitum fretus. *Plut.*

Marsyas frater Antigoni regis, reus, cum postularent amici de
causa, vt domi cognosceretur: Imo, inquit, cognoscetur in foro
omnibusque audientibus. numquid facinoris conceperimus. *Plut.*
in regum apoph.

P. *Scipio* secundo bello Punico cum classe è Lilybæo soluit tan-
ta cupiditate in Africam transmittendi, vt nulli ei neque remi, ne-
que venti satisfacerent. Deuectus est paucis diebus ad promontō-
rium Pulcri: atque ibi omnes copias in terram exposuit. *Auctor Vi-*
tæ Scipionis.

Alea.

Alea, tessera, ludus tesserarum varia materia & forma: variis
item nominibus constantium. Græce *κύβεια, κυβεία.* Hor.

Quem damnosa Venus, quem præceps alea nudet.
Martialis.
Alea parua nuces, & non damnosa videtur:
Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.

¶ Philosophicae Sententiae.

De ludo aleæ & calculorum. Dial. XXVI.
Franciscus Petrarcha.
G A V.

Aleæ ludus, & calculorum placet. R. Damnosum illud, hoc inane, vtroque tamen idem ille Scæuola: quodque altius Augustus Cæsar altero vti solitus fertur. Neque rursus ideo quod ille à ceremoniis deorum, atque hominum legibus, quas excellentissime calluit, iste à curis summi imperii, quod diutissime atque optime rexit, tale sibi interdum laboris diuerticulum elegisset, hoc in te probauerim. Sunt enim & doctis, ac magnis viris appetitus quidam peregrini & sui, quorum si vt in doctrinis sic in moribus imitator fueris, facile labi queas: neque enim omnium qui laudantur, laude digna sunt omnia. G. Aleæ ludo delector. R. Quis non delectetur super pictam tabulam consignatas numeris ossium quadraturas crispanti cubibito iactare, quaque ille direxit trepidantibus digitis rotundas in aciem tabellas mittere? Gloriosum exercitium, & præclarum nomen, & currus, & laureas meriturum. G. Calculis libens ludo. R. O puerile studium! O perditum tempus! O curæ superuacuæ! O inceptissimi clamores, stulta gaudia, iræque ridiculæ, deliros senes impendere alueolo, & pauculis lignis vagis, ac furtim insidiantibus atque latrocinantibus. Vnde latrunculatius ludus apud veteres dicebatur, quo lusisse simiam author est Plinius. Miraris? Atqui proprie ludus est simiæ miscere calculos, ac transferre, & posti illidere, raptim iactare manus ac trahere, insultare aduersario, & collisis dentibus minari, irasci, altercari, fremere, vicissimque interim (vt Flacci verbo vtar) caput scalpere, vngues rodere, & ad summam omnia facere quæ prætereuntibus risum excutiant. Nunquid enim horum aliquid, aut vllum penitus amentiæ genus omittitis? Nonne ita torquemini quasi vel vestra, vel publica salus in dubio sit? Multi credo prælio vicissent si quam ligneis, aut eburneis impenderunt curam, veris militibus impendissent. Vix rei vllius tam inteusum, tamque ineptum studium inuenias. Sed hoc est in regno stultitiæ commune, vt quarum rerum minor est fructus, & cupiditas, & delectatio maior sit. G. Alea delector. R. Ostendam tibi si consilio vti voles generosam, atque honestam aleam: qua olim Athenis docti homines vsi sunt, vt festis scilicet diebus in concilio amicorum quisque de literis aliquid in medium proferat, non sophisma lubricum vt illi, sed solidum pro ingenio proferentis, ad virtutem aut beatam vitam pertinens. Dehinc collatione facta sine inuidia, sine ira, qui inferiores doctiorum iudicio visi erunt, facili quidem mulctentur pecunia. Hoc in philosophicas vertatur cœnas. Sic res vna conjuuio sumptum, exercitium studio, calcar ingenio ministrabit, quod hinc victos excitet, hic victores, hoc aleæ genere quo antiqui saturnalia, vos pia festa, & quo illi Atticas, vos Romanas noctes instruite. Habes ludum, quo & ludere iuuet, & lusisse non pudeat.

De ludo taxillorum prospero, Dial. XXVII.

G A V.

Iuuat ad taxillos ludere. R. O vorago ingens, inexplebilis! O patrimoniorum fluxus tristis, ac subitus! O animi tempestas, & famæ nubes, & scelerum stimulus, & ad desperandum via. Superiores vtcunque ludi sunt, hic merus est dolor. G. At mihi prosper ludi huius euentus fuit. R. Taxillorum nullus euentus prosper, mali omnes, & miseri. Nam & qui perdit affligitur, & qui vincit illicitur, inque insidias protrahitur. G. Prospere lusi. R. Præsens sæpe prosperitas futuræ calamitatis augurium fuit, & suas hæc pestis habet illecebras. Si qui talis ludunt omnes perderent, nemo vnquam luderet. Nunc lucrantur aliqui, sed lucrum illud arra est damni. G. Lusi, & vici. R. Bene, nisi in campum redis. Alioqui nullus campus planior, nullo in campo volubilior est fortuna. G. Lusi & vici. R. Ludes iterum & perdes. Quod vicisti autem hinc atque illinc mille diripient, quod perdideris nemo restituet. Adde quod si quid est iustitiæ, quod vincis non sit tuum. At quod perdis, etsi non fiat alterius, tuum tamen esse desinit. Multa sunt vndique quæ ab hac insania bonam mentem dehortentur, ac retrahant, nisi vos impetus quidam auaritia pulsus vrgeret. G. Vici in ludo taxillorum. R. Scito autem te ab exactore impio fœnus centesimum accepisse, restitues quod vicisti, & de tuo adiicies, vt non sit qui repetat, per seipsum euanuerit, tuque in somnis felix esse desieris. G. Vici, & dies factus sum. R. Cum nulla sit stabilis pecunia, sed sua potius rotunditate versatilis, tum præcipue quæ taxillis quæritur. Taxillorum ludus nihil vlli donat eorum maxime qui familiarius illum colunt, sed mutuat aliquid, & extorquet, eo semper inimicior, quo blandior visus erat. Nulli enim amarior est iactura, quam lucri dulcedinem degustare orso. G. Lusi & lucratus sum. R. Gaudere lucro taxillorum tale est, ac si dulci gaudeas veneno. Vtrumque inox pe[r]rumpet. G. Ludo prospero delectatus sum. R. Peior est delic[t]peccati, quam peccatum ipsum. Sunt qui mala consuetudine [p]coacti peccant, neque post peccatum gaudent, sed tristantur. [N]fieri posset, non peccasse maluerint. Quosdam vidimus inter [v]libidinum flammas, quandam velut glaciem doloris, ac p[a]tentiæ sentire, & si dici liceat, velle simul & nolle. Peiorem [i]partem mali vsus quadam vi detortos, quos haud improbe [s]peret vsu excusso ad meliorem semitam posse conuerti. At [n]peccato exultant, quid de his oro reliquum spei est? G. Delect[o]xillorum ludo. R. Spero fore, ne semper, neu diu etiam delec[t]voluitur assidue fundatarum status vrbium. Tu stabiles talos [p]Crede mihi voluentur, & secum in lachrymas gaudium tuum [v]luent. Neque enim sic voluentur, vt vidisti, tunc inane tibi [g]um, nunc veros gemitus parabunt. G. Delectat ludere. R. D[e]tio funesta & turpis, corruptique animi. Ira enim & com[o]gnus es. Nam quis quæso ingenuus, seu quis homo & no[n]trux bellua delectari queat ludi nomine, abundante nequi[t]que impietate fœdissima. Vbi præter hominum vultus, [n]manum sit: vultusque ipsi iracundia ac mœrore obsiti, co[n]que clamoribus efferati, nec iam sunt humani. Vbi non decen[o]rum, non modestia sit verborum, non amor erga homines, no[n]ga Deum reuerentia, sed iurgia & rancores, & doli, & peruria f[i]pinæ, vulnera ad extremum & homicidia quoque. Nihil in Du[o]sæuius potest humana temeritas diuini nominis blasphemiæ, a[d]bus ante omnes scelerum officinas ille ludus infelix scatet. V[i]quos forte tacitos pudor tenet, crebro tamen suspectantes qu[i]bus cordis agant sciunt ipsi. Quis hunc ludum verus homo, n[e]dicam tractare manibus, sed spectare oculis possit, & non ang[i]sus fugarique scelesti spectaculi fœditate? G. Delector tamen l[u]ludo. R. Vide ne Cretensium imprecatio in tuum caput incid[a]mala consuetudine delectari, quo nil dictu leuius, nihil euent[u]uius propiusque exitio est. G. Delector taxillorum ludo. R. A[d]cienda est delectatio inhonesta, & si non virtutis at saltem [h]studio & pudoris cura. Nam vix aliud in actibus hominum [r]nies, vbi tam clare mores & vitia detegantur. Vidisti alacres[t]prælium descensuros in hoc ludo tremere atque orare flebiliter [a]tuum numerum inuocare. Quosdam alibi magnanimos, ac[t]quillos, illic pro parua pecunia, & precari, & irasci, & in finem [h]re. Quam multa pro paucis nummis sæpe ibi fecerunt viri fo[r]quæ pro ingenti thesauro alibi non fecissent. Ibi enim vitiorum[m]nium, sed imprimis iræ atque auaritiæ regnum est. Mem[o]Naso in eo libro, quo inhonestam quidem, ac superuacuam [a]docet, vtile tamen interdum aliquid interserit. Amatrices mo[l]vt ob animi vitia celauda, ludo hoc, aut simili abstineant, n[e]spectæ ita tumidæ aut auaritia exhaustæ amatoribus displ[i]suis. Quanto id viris dignius præcipitur, ne non modo homi[n]sed Dei oculos omnia videntis & bonos animos, moresque ingen[u]amantis, offendant. G. Lusi, vici, gaudeo. R. Ludus turpis, [t]sa victoria, gaudium inane. G. Vici, gaudeo. R. Omne de [l]lo gaudium stultum est. Proinde Tartareus quispiam ludi h[u]inuentor fuit: Cuius inscii ludibrio ac noxæ, scientes vero m[i]culo subiaceant ac stupori. Nam quid mirabilius, quam quo[d]teri prouerbio vulgatum, verumque iugi experientia depreh[e]tur? Omnes huiusmodi ludi magistros nudos esse, atque inop[e]egenos.

¶ Apophthegmata.

Plato, adolescentem quod lusisset alea, grauiter increpuit, [a]quum dixisset, Sic obiurgas ob rem paruam? At paruum non[e]inquit, assuescere. *Laert lib. 3.*

Alexander, quosdam examicis mulctauit, quod in ludo [a]sensisset eos ludere. Siquidem multi sunt qui in hoc ludo vel[u]re maxime seria versantur, non enim ludunt qui fortunas [s]mnes, interdum & liberos, aleæ permittunt arbitrio. *Plut. in reg[u]& imp. apoph.*

Manius Curius, Manium Curium accusator eius ad concio[n]dam inuidiam in sipario, (id est velaminis genus) pinxerat [e]bus locis, aut in neruo nudum, aut ab amicis redemptum ex[i]hoc agens vt omnibus persuaderet, quam is esset perdite dedi[t]aleæ. Hoc crimen ridicule inficiatus est Manius: Ego, inquit[,]nunquam vici. Alter intelligi volebat, Curium assidue ludi[t]lea. Curius ego torsit quasi infelicitas esset opprobrata. Nor[n]verisimile, qui frequenter ludit tesseris, nunquam vincere. *Ref[e]Fabius.*

Cicero, Memmio cuidam vituperanti Catonem Vticen[s]dicentique quod totas noctes ebrius esset: At illud, inquit C[a]ro, non addis, eum totos dies alea ludere: ciuiliter excusau[i]tonem; qui totum diem Reipublic. negotiis dabat operam, [n]cturnas aliquot horas sumebat laxando animo, *Erasmus [i]apophthegm.*

Vide infra Titulos de Ludo & Recreatione.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aliena.

¶ Poeticae Sententiae.

Horat.1. Serm.3.

—Ecquis mi ignoſco, Maeuius inquit,
Stolidus & improbus hic amor eſt, dignuſq; notari.
Cantra perſuideas oculis mala lippus inunctis:
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

Perſius 4. Satyra.

Tu nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo.
Quid prudentes ſpectatur mantica tergo?

Plautus Stich.

Sed curioſi ſunt hic quidam plures mali,
Alienas res qui curant ſtudio maximo
Quibus ipſis nulla eſt res, quam procurent ſua.

Terent. Heaut.

Tantumne ab re tua eſt oti tibi, Chreme,
Aliena ut cures, eaq; nihil quae ad te attinent?

Ibidem.

Diſcutram fidem, itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium,
Alienas ut videant, & iudicent, quàm ſua?

Idem Hec.

Tu quod nihil refert, percontari deſinas.

Catul. 21.

Nonnum idem omnes fallimur, neq; eſt quisquam
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Ipſa ſuus cuiq; attributus eſt error.
Sed non videmus manticae quod in tergo eſt.

Ouid.1.Art.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris:
Vicinumq; pecus grandius vber habet.

Horat.1.Serm.1.

Quid ſit, Mecenas, vt nemo, quam ſibi ſortem
Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit, illa
Contentus vixit: laudet diuerſa ſequentes?
O fortunati mercatores, grauis annis
Miles ait, multo iam fractus membra labore.
Contra mercator, nauim iactantibus Auſtris,
Militia eſt potior, quid enim? concurritur horae
Momento aut cita mors venit, aut victoria lata.
Agricolam laudat iuris legumq; peritus,
Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.
Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem eſt,
Solus felices viuentes clamat in vrbe.

Idem 1.Epiſt.34.

Rure ego viuentem, tu dicis in vrbe beatum.
Cui placet alterius ſua nimirum eſt odio ſors.
Stultum vterq; locum immeritum cauſatur iniquè,
Inculpa eſt animus, qui ſe non effugit, vnquam.

Theognidis.

Μεταιδὲς τοῖσιν μὲν ἐχειγύον ἐν φυλακῇσι,
Τοῖσδ' αὐτὸς δ' ἴσον ἐὼν ἐν ὑδατοειδέϊ.

Vultum (eſt) qui meam quidem habet mentem in cuſtodiis,
Suam vero ipſius propriam nil curat.

¶ Apophthegmata.

Charus Medus, natura mortalium hoc quoque nomine praua & infida dici poteſt (inquit ad Beſſum) quod in ſuo quisque negotio minor eſt quam in alieno. Turbida ſunt conſilia eorum qui ſibi diffidunt. Obſtat aliis metus, aliis cupiditas, nonnunquam naturalium quae cogitaueris amor. Expertus es, vnumquemque quod exploraſſet, aut ſolum aut optimum dicere. *Curt. l.7.*

¶ Adagia.

Nihil ad verſum. οὐδὲν πρὸς ὕπνον.
Dicuntur quae longe diſcrepant ab iis, quae propoſita ſint.
Nihil ad fides, οὐδὲν πρὸς τὴν χόρδην.
Inter quorum vitia vehementer eſt inaequabilis, quorumq; mores ab oriente diſſident. *Lucianus.*
Nihil ad Bacchum, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον
Quum canugatur, quae ad rem praeſentem nihil attinent. *Suid.*
Mus de Lente. *Rudolphus Agricola.*
Quoties rei humilis & puſilla magnificis laudibus attolleretur.
Quae Graeci efferri hunc in modum, οἷόν τι περὶ φακῆς.
Quid ad farinas: τί πρὸς ἄλφιτα;
Quid attinet ad parandas facultates? Id recte detorquebitur ad artes viriles. Es gibt nicht Mehl in den Brey. Item, Es gibt nicht Fleiſch in die Bratwürſt/oder Erbſen.
Alii Senecules, alia Procellus loquitur. ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ Πλοῖον.
Quae multum verborum effutis, quae nihil ad rem pertinent.
Neque cœlum neque terram attingit. οὔτε γῆς οὔτε θαλάττης ἅπτεται.
De re vehementer abſurda atq; aliena, quaeq; nulla vicinitate pertinet ad id, de quo agitur. *Lucianus.*
Quid ad Mercurium? τί πρὸς τὸν Ἑρμῆν;
Id eſt, nihil ad rem. Nam Mercurius orationis eſt autor.
Ego de alliis loquor, tu reſpondes de cæpis.
Cum aliud reſpondetur quam rogaris. Vel contra, cum ineptè reſpondetur ineptè ſciſcitanti.
Falces poſtulabam. ἄμμας ᾐτοῦντι.
In eos qui reſpondent id quod ad rem non attinet. *Suid.*
Extra chorum ſaltare. ἐκτὸς χορεῦε ὀρχεῖσθαι.
Dicitur, qui dicit aut facit à re, quam propoſuit, alienum aliquid.
Vltra ſepta tranſilire. ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν. *Plato.*
Congruit in eos, qui à propoſito digrediuntur. Vber die ſchnur hawen
Extra oleas fertur. ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται.
Vbi quis terminos praeſcriptos transgreditur.
Incita equum iuxta nyſſam. κίνει τὸν πῶλον πρὸ τῆς νύσσης.
Dicebatur, vbi ſermo loquentis aberraret ab eo quod eſſet inſtitutum. *Gregor. Nazian.*
Haud contra oſtium. οὐ κατὰ θύρας.
Haud contra ianuam, pro eo, quod eſt, non prope ad rem, & ad id de quo agitur. *Ariſtotel.*
Nihil ad rem.
In eum, qui dixerit abſurde quippiam & alienum à re propoſita, quadrabit illud Homeri.

Νήπιος εἰς ὃ ξεῖνε νὴ τηλόθεν ἐλλήλουθας. Id eſt,
Hoſpes ſtultus es, aut longinquis aduena oris
Nupes ades.

Meos corymbos necto. τὰς ἐμὰς κορύμβας πλέκω.
Vbi quis reſpondet, quod nihil pertinet ad interrogata.
Omiſſa hypera, pedem inſequeris. ἄφεις τὴν ὑπέραν τὸν πόδα διώκεις.
Conuenit vbi quis omiſſis his, quae magis ad rem attinebant, leuiculà quapiam curat.
De curru delapſus. ἐξημαξομένος.
In hodiernum quoque vulgo durat adagium in eum qui oblitus propoſiti, alio ſe transfert, quemadmodum ab aſino delapſus. Germani eandem ſeruant metaphoram, Er iſt vom Wagen gefallen.
Quo terrarum raperis.
Qui longius aberrant à vero, in aliena regione eſſe dicuntur. Er iſt im Gerſtenfeldt.
Me mortuo, terra miſceatur incendio. *Seneca.*
Significant nihil ſua referre, quid poſteris accidat: vel boni vel mali, cum ipſi tollantur è vita, nequaquam ſenſuri. Wann ich ſürb/ſo gilt mir ein Rübſchnitz ſo viel als ein Ducat.
Mihi iſtic nec ſeritur nec metitur. *Plautus.*
Iſta res nihil ad me pertinet, vt qua neq; meo ſiat periculo, neque emolumento.
Non luctu, ſed remedio opus in malis.
In malis non lamentis, ſed auxiliis tendum. Ad id conuenit illud Iliad. ω.

Οὐ γὰρ τίς πῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο.
Quippe nihil miſero fletus lamenta q; proſunt.

Reſpublica nihil ad muſicum. οὐδὲ μουσικῇ ἡ πολιτεία. *Ariſt.*
Haec perſuaſio quemadmodum olim multorum animos occupauit, ita nunc quoq; multis inhaeret, vt credant, doctos ac probos viros non eſſe accommodatos ad gubernandum Rempublicam.
Ἐξοκχεῖσθαι.
Qui fugiunt, & ab eo quod agitur alio ſe vertunt. Graecis ἐξοκχεῖσθαι dicuntur: ſumpta metaphora à ſaltationibus, praeſertim ſacris, vnde ſubtrahere ſeſe inauſpicatum erat.

¶ Fabula.

De Sue & Mure.

Eſuriens ſus murem comprehenderat, quo famem ſedaret. Hoc conſpicati fabri alter oſtendens alteri ridebant. Tum mus ſemianimis: Ridetis, inquit, qui non poteſtis vnum ſuem enutrire.
Multi ſua errata non cernentes, aliena acriter animaduertunt: atque contra hos fabula dicitur. *Ioach. Cam. lib. Fab.*

Alimentum.

¶ Definitio.

Alimentum, Græce τροφὴ, ῆς, ἡ, & τρέφω, alo dicitur, eſt quod praeparat operationē nutritiuæ, ſecundū. *Ariſt. l.2. de Anima.*

¶ Philosophicae Sententiae.

Si alimentum non capiant, tam animalia quam ſtirpes, interunt, ſe enim ipſa liquefaciunt & conficiunt. *lib. de Diuturnitate, ca.2. Ariſt.*
Alit id quod adhibetur, quatenus guſtatum mouere poteſt, propterea quod dulci ſapore, vel omnino, vel alio adiuncto & permixto aluntur omnia. *l. de Senſ. c.4.*

Contrarium contrarii alimentum esse dicitur: & re simili omne quod est simile augetur. *l.8. de Nat. c.7. T.55.*

Cibus dum munus suum exequitur, aliquid etiam fert ac patitur. Nam aut calescit aut refrigeratur: aut aliquid aliud simul, in faciendo officio, accipit. *l.1. de Ortu. c.7. T.53.*

Alimenti humidi reliquiæ incoctæ sunt ac crudæ: maxime qualis est, cum omnis materia quæ subsidet, tum ea maxime quæ in vesicam delabitur. *l.2. Meteor. c.3.*

Cibus naturam conseruat, eaque vsque ad eum finem est, dum alatur. *l.2. de Anima c.4. T.47.*

Cibus est corpus quod sub tactum cadit: præsertim cum sonus, color, ordor, nec alant animantes, nec augeant, nec interimant. *l.3. de An. c.12. T.64.*

Alimenti ratio duplex est, altera nutriendi, altera augendi: nutriens est, quod esse præbeat & toti & partibus: augens, quod accessionem ad magnitudinem faciat. *l.2. de Gen. anim. c.4.*

De Alimentis multa tradunt Physici. Vide MEDICINA.

Ambiguitas.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOLOG.

AMBIGVITAS, quæ ἀπορία dicitur, id significat, quod impedimento est ne progrediamur. *Plato in Crat.*

Ambiguitas est, quæ vnumquodque contradictoriorum æqualibus ambit rationibus. *Alber. Mag. Ethic. 7. tract. 3. c.1.*

Ambiguum est, quod ambit vtramque partem per rationes æquipollentes. *Albert. Mag. Metaph. 2. tract. 2. c.1.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Virgil. 4. Æneid.

Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? & qua prima exordia sumat?

Idem 8. Aeneid.

Atq; animum nunc hùc celerem, nunc dividit illuc?
In partesq; rapit varias perq; omnia versat.

Idem Aeneid. 9.

Aut pugnam aut aliquid iamdudum inuadere magnum
Mens agit at mihi, nec placida contenta quiete est.

Ouid. Epist. 16. Heroid.

Et libet & timeo, nec adhuc exacta voluntas
Est satis, in dubio pectora nostra labant.

Idem 3. de Ponto.

Quo pede nunc stas? dubia est sententia nobis.

Idem 4. de Ponto.

Nec quid agam inuenio, nec quid nolimue, velimue:
Nec satis vtilitas est mea nota mihi.
Crede mihi miseros prudentia prima relinquit,
Et sensus cum re consiliumq; fugit.

Terentius in Phormione.

Incertum est quid agam: quia præter spem, atq; incredibile
hoc mihi obtigit:
Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Ambiguitatem eius quod quærit, amittit, qui inuenit aliquid. *Plato in Phil.*

Ambigunt de rebus inter se amici, contendunt inimici. *Idem in Protagora.*

Ambiguum si aliquid sit, ab eius definitione est incipiendum, alioqui distinguendum est prius æquiuocum. *Dam. Barb. in prior. Rhetor.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Diogenes seruum quendam fugitiuum videns ad puteum sedentem, Vide, inquit, adolescens, ne excidas: ambiguo verbo ludens. Nam excidit, qui in puteum decidit, & σκάπτω, id est, excidit, qui de loco pellitur. *Laert. l.6. c.2.*

Idem interrogatus, quamobrem athletæ nihil sentirent? Quoniam, inquit, suillis ac bubulis carnibus educati sunt. Nam athletæ crassioribus cibis enutriuntur, qui corpori quidem robur conferunt, sed mentis acumen hebetant. Vocis autem ambiguitas dedit ioco locum. Nam vt Græcis ἀισθάνεσθαι, ita Latinis sentire, tàm ad animum quàm ad corpus pertinet. At percontator ille quærebat, quid esset causæ, cur athletæ veluti sensu carentes non offenderentur plagis: Diogenes animorum stuporem notare maluit. *Laert. lib.6.*

Idem quum mentio fieret de puero stuprato. Diogenes, interrogatus cuias esset, lusit ex ambiguo dicens, Tegeates: nam Tegea ciuitas est Arcadiæ, Tegos autem interdum idem est quod lupanar. *Ibidem.*

Isthomachus, quum mendica quædam ventris tormina pateretur, ac medicus percontaretur, num haberet in ventre? Qui potest, inquit, quum in triduo nihil comederit? Et huius dicti festiuitas cundior est Græcis, quibus in ventre habere dicitur, quæ foris. Nam id medicus percontabatur, an esset grauida. *Eras. l.6. apoph.*

Stratonicus musicus, quendam qui male cecinerat rogabat ius esse cantio? quum ille respondisset, Carēni: multo magis quit, quam hominis. Carcinus enim Græce cancrum sonat, tem eadem vox cantoris cuiusdam nomen, quem notant rum prouerbia. *Erasmus l.6. apoph.*

Idem quum trabes delapsa quosdam è conuiuis occidisset, ἄνδρες δοκῶ, ἐνοι θεοί, εἰ δὲ μὴ εἰσι, δοκῶ εἶσι. Id Latine redditur test: iocus est ex amphibologia. δοκῶ sonat trabis, si subscribas sine hac, sonat opinor: Viri, opinor, dii sunt, quod si non sunt, sunt. Nisi forte δοκῶ legendum, acuto accentu: vt intelligas, sunt. *Eras. l.6. apoph.*

Idem quum Satyrum accepisset apud Ilium peregrinari, ter in illum torsit illud prouerbio iactatum. In illo semper mal dens ex ambiguo vocis. Aliter enim mala dicuntur, quæ miser stiaque sunt, aliter homines mali. *Eras. l.6. apoph.*

Idem Polyitæ glorianti, quod discipulus ipsius Philopœ do vicisset Timotheum: Miror, inquit, si ignoras quod discip tuus condit decreta, Timotheus autem leges. Iocum captans ex bigno vocis. Nomos enim Græcis & legem sonat, & modulos tionis. *Eras. ex Athenæo.*

Philoxenus, cui cognomen Pternocopis, patria Corinthius, sermone quod turdi magno venderentur, quum forte adesset ridus qui male audiebat, quod corpus suum ad quæstum po tuisset. Atqui ego, inquit memini, fuisse tempus, quo Corinthi lo parabatur: ludens ex ambiguo: nam corydus etiam auceps men est. *Eras. l.6. apoph.*

Demonax in Herminum Peripateticum, qui semper in ore h bat decem Aristoteles Categorias, ita lusit: Equidem arbitror mine, te non indignum decem Categoriis. Iocus est ex ambigu cis. Categoriæ Græcis vel prædicamenta dicuntur, vel accusati *Eras. l.8. apoph.*

Idem quum Athenis quidam Romanus senator filium ad monactem adduxisset, eleganti forma, vestitu delicato, ac de effœminatum, diceretque: Salutat te, ô Demonax, filius m Pulcher est, inquit, & te dignus, & matri non absimilis. Vtrum poterat dici in laudem. Nunc autem patrem notauit ex filii effo natis moribus, & matri similem dixit mollem & deliciis cura *Ibidem.*

Lais Corinthia cuidam amatori, qui misso sigillo iubebat venire: Non possum, inquit, lutum est. Olim terræ genere bant, at illa lutum esse dixit, quasi ob lutum viarum non pos cedere. Luteum sigillum nihil morabatur, argentum quæreb *ras. l.6. apoph.*

Philippus Macedo in acie vulneratus circa clauiculam cu cumberet lecto, & medicus à quo curabatur, subinde præmun flagitaret: Sume, inquit rex, ipsemet habes enim clauem in u testate: ludens ancipiti voce: κλεὶς enim Græce & clauem qua aperitur cista, vel ianua domus: & commissuram quoq; h ri cum pectore. *Plut. in apoph. regum & imp.*

Clitophus à Philippo donatus equo saucio, vendidit & ab e interrogatus, vbinam esset equus? Ex vulnere, inquit, illo cou est. Ludens ex ambiguo, nam πέπρασται sonat venditus est, ctus est. *Eras. l.6. apoph.*

Plancus in iudicio amici, cum molestum testem destrue let, interrogauit sutorem quendam, quo scartificio tueretu vrbane respondit: Galbam subigo. Haberur autem hoc sutori strumentum, quod non infacete in adulterii exprobratione biguitate conuertit. Nam Plancus in Meuia Galba nupta ma diebat. *Macrob. lib.2. c.2. Saturn.*

Vespa Terentius. Titius quidam studiose pila ludere solebat idem noctu signa sacra frangere putabatur. Hunc quum gra campo desiderarent. Vespa Terentius hoc colore excusauit, ret illum fregisse brachium. Nam diuorum imagines brac stabant donaria. Huc alluxit Vesp. *Eras. l.6. apoph.*

Proculeius, querebatur de filio, quod expectaret mortem quumque filius respondisset, Ego vero non expecto: Imo, ini go vt expectes. Detorsit verbum in contrarium sensum. E mortem patris, qui inhiat, & expectat, qui non accelerat i patris. *Fab lib.9.*

Aug. Cæsar olim magna erat sepulchrorum religio, eaq agri quæ sepulchro erat dicata, non proscindebatur aratro, itaque quum nihil hac religione deterritus patris monum exarasset, Augustus facetè iocatus est. Hoc, inquiens, est ve monumentum colere. Rursus lusit ancipiti verbo, Colimus veneramur, & colitur ager aut illud simile. Gemina fuisset bologia, si pro monumẽto dixisset memoriam, quod abillo arbitror. Siquidem eorum memoria nobis sacrosancta dici vita defunctos veneramur: & memorias, ad Græcorum i nem, vocamus defunctorum monumenta. *Erasm. 4. apoph tonio Tranquillo.*

Idem quum plerique rei, quos Seuerus Cassius accusa soluerentur, & is cui Cæsar forum extruendum iocarat heret illum operis expectatione: Vellem, inquit Cæsa

tus, vt Cæsari & forum metum accusasset. Iocatus est ambiguo verbo, cum absoluitur, quod perficitur, & absoluitur, qui à cauſa dicendi absoluit opus architectus, & reum iudex absoluit. *Eras. 4. apoph.*

Nero quum ex oratione Neronis, quia in Vindicem peroraſſet, plauderetur in senatu, daturos pœnas sceleratos, ac breui dignũ exitum habituros; exclamatum est ab vniuersis, Tu facies Auguste. Quæ ambiguitas potest accipi: Tu facies vt dent pœnas: aut tu dabis. *Suetonius in Nerone.*

Brutus Cæsari in senatu enixe defendenti causam filiæ Nicomedis, sceleraque regis in se commemoranti: Remoue, inquit Cicero, istorum oro: quoniam notum est quid ille tibi, quid tu illi dederis. Hoc ambiguo verbi. Nam dat, qui confert beneficium: dat & qui amittit quæ sui facit copiam. Vnde illud Martialis,

Vidare, nec dare vis.

Mos erat debebat Cæsar, quod in Bithynia Nicomedi regi fuisset obscœnior, quam pudicitiæ leges postulant. *Eras. 4. apoph.*

Philippus orator in male olentem, Video, inquit, me à te circumuentum, mentem se malo odore vndique oppleri, quum circunuenire dicitur qui dolo fallit. *Eras. 6. apoph.*

Idem Causam agens, quum pusillus testis prodisset, Licetne, inquit, rogare? Quum quæsitor properans dixisset, Licet, modo breuiter: hic Philippus: Non accusabis, perpusillum rogabo. Primum in testem risus obortus est: sed mox in iudicem Lucium conuersus, qui sedebat ipso teste breuior. *Erasmus 6. apoph.*

Curius eques Romanus delitiis diffluens, quum apud Cæsarem cenaret, macrum turdum sustulit è patina, eumque tenens interrogauit Cæsarem, liceretne mittere? cumq; is respondisset: Quid ni licet? illeprotinus autem misit per fenestram, iocum arripiens ex ambiguitate verbi: Nam cibus è conuiuio dono mittitur amicis. Consuetudo apud Romanos erat solenne: & mittitur, quod abiicitur. *Eras. 4. apoph.*

Cæsar quum Ciceto in Pompeii castra venisset, dicentibus, Sero venisti. Minime, inquit, sero, nam nihil hic adhuc parati video: Alios eos, qui sero veniunt ad conuiuium. Iocus est ex ambiguo. Sero venit qui tarde venit: & sero, qui post tempus, *Plut. in Rom. apoph.*

Idem, quum Faustus Syllæ filius ob æris alieni magnitudinem fugisset: Idem suam proscriptionem magis approbo, quam paternam. Lusit ambiguo verbo. Proscribuntur homines, à quouis iugulandi, quo crudelissimo genere Sylla plurimos ciues proscripserat. *Plut. in Rom. apoph.*

Idem in Isauricum ita lusit: Miror quid sit, quod pater tuus, homo constantissimus, te nobis varium reliquerit. Iocus ex ambiguo vocis. Nam varius dicitur, parum animo constans, varius item, qui vestigia plagarum notatus est. Vulgatum autem erat, hunc Isauricum aliquando à patre cæsum loris. Inde illud M. Cælii prætoris non dictum, sed factum: cuius quum sellam curulem consul Isauricus regisset, alterum posuit loris intentum, tacite minitans illi, atq; exprobrans, quod à patre loris cæsus esset. *Eras. 4. apoph.*

Crassus: quum Brutus iunior fundos ædesque paternas luxu profudisset, & in his etiam thermas, & in sermone quodam diceret se thermis sudare. Non mirum, inquit Crassus, nuper enim existi è balneo. Lusit ex ambiguo. Exit è balneo, qui lauit: & exit, qui vendidit. Perque cedit. *Eras. 6. apophtheg.*

Galba scurra, cuidam pilam negligenter petenti: Petit, inquit, tractum Cæsaris candidatus. Huius competitores negligentius ambiebant, vel quia metuebant Cæsarem repulsæ impatientem, vel quia desperabant se assequuturos tali competitore, vel quia sic illi blandiebantur. Iocus est ex ambiguo, petitur pila, quæ repercutitur: & petitur magistratus. *Eras. 6. apoph.*

Et per metaphoram, aliquando ambire est blandiri & circumuenire. Virg.

Quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu.

Et quoniam Romam dum honores & magistratus affectarent, singulos circuire, dextras prensare, rogareque vt se suffragiis adiuuarent, factum est, vt ambire capiatur pro eo, quod est honores & magistratus quærere. Dicimus autem ambitus & ambitio, sed hoc interesse videtur, quod ambitio proprie est honorum, & laudis immoderata cupiditas: Ambitus vero, quum ad publicos honores & magistratus turpibus ac inhonestis artibns, vt puta blanditiis, precibus, largitione, contendimus, qualis est, quæ nunc vulgo à Simone Mago Simonia dicitur. Quæcunque autem ambitus facit, ambitio facere compellit.

Ambitio est quædam Simia charitatis, charitas enim patiens est pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis. Charitas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus. Charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate: vtraque omnia credit, omnia sperat, sed longe dissimili modo.

¶ Sententiae Biblicae.

Contentus esto gloria, & sede in domo tua. 4. *Reg.* 14.

Noli quærere ab homine ducatum, neque à Rege cathedram honoris. *Eccl.* 7.

Qui potestatem sibi assumit iniuste, odietur. 20.

Nunquid regnabis, quoniam conferes te cedro? *Jerem.* 22.

Non adiicies exaltari amplius in monte sancto meo. *Soph.* 3.

Quicunque voluerit inter vos esse primus, erit vester seruus. *Matth.* 20.

Qui se exaltat humiliabitur. 23.

Et tu Capernaum vsque ad cœlum exaltata es, sed vsque ad infernum demergeris. *Luc.* 10.

Quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum. 16.

Iesus autem cum cognouisset quod venturi erant, vt raperent eum, & facerent regem, fugit in montem ipse solus. *Ioan.* 6.

Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. 12.

Charitas non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. 1. *Corinth.* 13.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. *Galat.* 3.

Quorum gloria in confusione. *Phil.* 3.

Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 1. *Tim.* 3.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. *Hebr.* 5.

Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, &c. *Ibidem.*

Moses grandis factus, negauit se esse filium Pharaonis. *Heb.* 11.

¶ Sententiae Patrvm.

Noluit Christus regnum terrenum cum superbia, quæ est cathedra pestilentiæ: ideo recte dicitur, quia non ferè quisquam est, qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam. *Aug. sup. Psal.*

Quoties hominibus præesse desidero, toties Deo meo præire contendo. *Aug. ibidem.*

Ambitio possidet omnium virtutum præmia. *Idem.*

Ærugo mentis est appetentia dignitatum, si in his suprema spes vitæ præsentis locetur. Resipiscat vnusquisque furore secularium dignitatum & cupiditatum: quæ mentem animumque perturbant, vt corpus sui esse non possit. *Ambr. sup. Luc. l. 3.*

Hoc ipso perniciosior ambitio, quod blanda est conciliatricula dignitatum & sæpe quos vita nulla delectat, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia subruere, facit ambitio criminosos. habet enim forensem gratiam domesticum periculum, & vt dominetur, aliis prius seruit, curuatur obsequio, vt honore donetur, & dum vult esse sublimior, fit remissior. *Amb. Ibidem.*

Prope omnium criminum fontes hæc tria monstrantur esse genera vitiorum: scilicet Gula, lactantia, & Ambitio. Causæ autem cupiditatis sunt carnis delectatio, spes gulæ, & auiditas potentiæ. *Ibidem.*

Ordinate ad ordines accedendum est, nam casum appetit qui ad summa loci fastigia postpositis gradibus per abrupta ascensum quærit: *Gre. ibidem.*

Quisquis sacerdotium non ad elationis culpam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum eo quidem subituros onere metiatur, vt & impar abstineat, & ad id cum metu cui se sufficere existimat accedat. *Greg. ibidem.*

Locus regiminis desiderantibus negandus est, fugientibus offerendus. Virtutibus ergo pollens coactus ad regimen veniat. *Greg. in pastorali.*

Sicut toto desiderio debemus occupationem fugere, ita si desit qui præsidet, occupationis onus libenti necesse est animo subire. *Gre. in re.*

Multi non tanta fiducia & alacritate currerent ad honores, si & se sentirent onere grauari, nec cum tanto labore & periculo quarumlibet affectarent infulas dignitatum. Nunc vero quia so-

Ambitio.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

Ambitio Græce φιλοτιμία, ας, ἡ: φιλότιμος, ε, ὁ, ambitiosus dicitur, & est appetitus potentiæ, secundum Alexandrum secunda Secundæ, tractatu de Ambitione. *quæst.* 2.

Ambitio Hebr. *Ghaon*, elatio, arrogantia, superbia, à verbo *Ghaah*, elatus est, magnificus fuit, nempe in oculis suis. De Deo propie dicitur quod & vere magnificus, magnificentia dignus, & magnifice omnia peragat. Quid autem habet homo, quod non acceperit? & cur ideo superbit, maiora semper appetit. Hinc Græce μειζοτία.

Ambitio est dignitatis appetitus immoderatus ratione honoris, secundum B. Thomam secunda Secundæ, *quæstione* 131. *articulo* 2.

Ambitio venit ab ambio, quod proprie significat circumdo. Virgil. 6. Æn.

Qui rapidus flammis ambit torrentibus amnis.

la attenditur gloria,& non pœna, purum esse clericum, erubescitur in Ecclesia, sese viles æstimant & inquilinos, qui quocunque eminentiori loco non fuerint sublimati. *Ber. in ept.*

An non limina Apostolorum amplius ambitio quam deuotio terit? an non vocibus eius nostrum tota die resultat palatium? an non quæstionibus eius tota legum canonumque disciplina infœdat? an non spoliis eius tota Italia inhiat inexplebili auiditate? non quod valde Romani curent, quo fine res terminentur, sed quia diligunt munera? sequuntur retributiones nudè: nuda loquor, non detego verenda, sed inuerecunda confuto. *Ber. de consideratione ad Euge lib.5.*

O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torques? omnibus places, nil acrius cruciat, nil molestius inquietat, nil tamen apud miseros mortales celebrius negotiis eius. *Ber. de consid. lib.3.*

Ambitio subtile malum, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos creans, ex medicina languorem generans. *Ber. in ser. quadrages.*

Potestatis ambitio angelum felicitate angelica priuauit, scientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria spoliauit. Non Euam cibus deflexerat, non mandatorum destituerat obliuio. sed promissi honoris ambitio illecebrosa decepit. *Bern. in quodam sermo.*

Ambitio furoris causa. *Ber. epist.126.*

Omnis adeundi honoris Ecclesiastici abscinderetur ambitio, si se iudicandos potius, quam iudicaturos, hi qui præesse volunt populis, cogitarent. *Orig. super epist. ad Rom.*

Ambitio est quædam Simia charitatis, charitas enim patiens est pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis, Charitas benigna est pauperibus, ambitio diuitibus. Charitas omnia suffert pro veritate, ambitio pro vanitate. vtraque omnia credit, omnia sperat, sed longe dissimili modo. *Per. Rauen. in serm.*

Sicut is, qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admouendus: sic qui vltro ambit, vel importune se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi vt crescendo decrescat: & ascendendo exterius, interius in profunda descendat? *Gregorius in Registro.*

Ambitiosus semper est pauidus, semper attentus, ne dicat, quod displiceat, humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, subsequitur & obsequitur, cunctos honorat, vniuersos inclinat, frequentat curias, visitat optimates, assurgit & amplexatur, applaudit & adulatur. Vnde non it illud poeticum: Et si nullus erit puluis, tamen excute nullum. *Innocentius de Stultitate conditionis humanæ.*

Ambitiosus, promptus & feruidus, vbi placere cognouerit. Remissus & tepidus, vbi putauerit displicere. Improbat mala, detestatur iniqua: sed alia cum aliis probat & improbat, vt iudicetur idoneus, vt reputetur acceptus, vt laudetur ab omnibus, vt à singulis approbetur. Sed ecce grauem intra se sustinet pugnam difficilemq; conflictum, dum iniquitas pulsat animum, ambitio continet manum, & quod illa suggerit, hæc fieri non permittit. Colludunt adinuicem mater & filia, iniquitas & ambitio, hæc vendicat sibi publicum, illa secretum. *Ibidem.*

Ambitiosus statim vt est ad honorem promotus, in superbiam extollitur, in iactantiam effrenatur, non curat prodesse, sed gloriatur præesse, præsumit se meliorem, qui cernit se superiorem, priores dedignatur amicos, notos ignorat, externos comitatur, contemnit antiquos, vultum auertit, ceruicem erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non patitur, præesse molitur, subditis, onerosus, arrogans, grauis & importunus. *Ibidem.*

♭ Poeticae Sententiae.

Iuuenalis Satyra 10. exemplo Seiani & Hannibalis.

Errasse fateris
Seianum: nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes, numerosa parabant
Excelsæ turris tabulata, vt altior esset
Casus & impulsæ præceps immane ruinæ.
Expende Annibalem, quot libras in luce somno
Inuenies? hic est quem non capit Africa magno
Perfusa Oceano, Niloq; admota tepenti.
Rursus ad Aethiopum populos, aliosq; elephantos,
Additur imperiis Hispania. Pyrenæum
Transilit, opposuit natura Alpemq; niuemq;:
Diduxit scopulos, & montem rupit aceto.
Iam tenet Italiam, tamen vltima pergere tendit.
Et paucis concludendum est: mors sola fatetur,
Quantula sunt hominum corpuscula.

Claud. 2. Stil.

Trudis auaritiam, cuius fœdissima nutrix
Ambitio, quæ vestibulis foribus potentum
Excubat, & pretijs commercia poscit honorum
Pulsa simul. —

Virg. 1. Georg.

Nec tibi regnandi veniat tam dira Cupido.

Plaut. in Amp.

Virtute ambire oportet, non fautoribus:
Sat habet fautorum semper, qui recte facit.

Claud. de 3. Cons. Hono.

Emitur sola virtute potestas.

Euripides in Hippolyto.

ὑπερχαρὲς δ' ἦκ' ἄν θεῶν γένει τόδε,
τιμώμενοι χαίρουσιν ὑπ' ἀνθρώπων τυπῇ.

Inest enim sane deorum generi hoc,
Honore affici gaudent ab hominibus.

Ouidius Tristium lib. 1. elegia 1.

Donec eram sospes, tituli tangebar amore,
Quærendiq; mihi nominis ardor erat.

Horat. serm. lib. 1. Satyra 4.

Quemuis media elige turba.
Aut ob auaritiam, aut misera ambitione laborat.

Idem serm. lib. 1. Satyra 6.

Sed fulgente trahit constrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis.

Persius Satyra 1.

——*Vsque adeone*
Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?
At pulchrum est digito monstrari, & dicier: hic est.

Ibidem.

——*An erit qui velle recusет*
Os populi meruisse?

Seneca Tragœdia, 10.

Pauci reges non regna colunt,
Plures fulgor conuocat aulæ.
Cupit hic regi proximus ipsi,
Clarusq; latas ire per vrbes.
Vrit miserum gloria pectus:
Cupit hic gazas implere famem.

Ibidem.

Colit hic reges, calcet vt omnes,
Perdatq; aliquos, nullumq; leuet.
Tantum vt noceat, cupit esse potens.

Seneca tragœdia 4.

Quisquis secundis rebus exultat nimis,
Fluitq; luxu semper insolita appetens,
Tunc illum magnæ dira fortunæ comes
Subit libido.

Ibidem.

Quod non potest, vult posse, qui nimium potest.

¶ Philosophicae Sententiae.

Timidus patriam, ambitiosus vero substantiam paternam deserit. *Stob. ser. 4.*

Ciuitas in qua ciues ad expetendos magistros minime ambitiosi sunt, optime & procul à seditionibus permanet: contra vero quam liter affectos habet ciues. *Lib. 7. de legibus Plato.*

Contentio honorum, seu ambitio oriuntur ex vi irascibili, quæ cum in excessu fuerit, gignit feritatem. *Stob ser. 1.*

Non solum ambitio & gloriæ studium expers est senectutis, sed magis quod populare & ciuile est, (quare formicis etiam & apibus ad finem vsque vitæ perdurat. *Plut. Stob serm. 4.*

Qui nimia ducitur cupiditate gloriæ, is ambitiosus: qui non ita, vacuus ab honoris cupiditate appellatur: at qui modum tenet, vacat nomine. *lib. 2. Ethic. c. 7. Arist.*

Et ambitiosum vituperamus, & eum qui nulla gloria ducitur. Illum, quia nimio honoris studio trahitur, & iis in rebus gloriam consectatur, quibus quærenda non est: hunc, quoniam a ex recte quidem factis instituit gloriam quærere. *lib. 4. Ethic cap. 4.*

Incidunt nonnunquam tempora, cum & ambitiosos, vt viros bonos & honestatis cupidos laudamus: & eos qui nullum honorem expetunt, vt modestos. *Ibidem.*

Laudatur habitus qui modum adhibet, in expetenda gloria, etiamsi vacet nomine. *Ibidem.*

Quam rationem liberalitatem ad magnificentiam habere dicimus paruis differentem, eandem habet ad magnitudinem animi, quæ in magnis honoribus versatur, alia quæ in paruo honore cernitur. *Ethic. lib. 2. c. 7.*

Ambitiosi affectio vocatur ambitio. Hinc extremi de vacua regione, quæ intra fines eorum quasi media locata est, iudicio discrepant. Estque cum nos eum qui modum tenet ambitiosum: ille cum eundem, abhorrentem ab omni honore nominemus. Atque aliàs ambitiosum laudamus: aliàs eum qui nullo honoris studio teneatur. *Ibidem.*

Hoc apparet, si virtus quæ modum adhibet in expetenda gloria, cum ambitione comparetur: forte, vt vacuitas honoris, ambitionis speciem præ se ferat: si autem cum vtraque, vtranque quodammodo imitari videbitur. *lib. 4. Ethic. c. 4.*

Ambitio multos mortales falsos fieri coëgit, aliud clausum in pectore

ud in lingua promptum habere, amicitias inimicitias-
sed ex commodo æstimare, magisque vultum quàm
ium habere. Est autem in hoc genere hoc molestum,
animis & munificis sæpius incidit potentiæ cupidi-
tas. Tull. lib. Rhetoric.

Quando est huiusmodi, in quo non possunt plures excellere: in
eo quoniam fit tanta contentio, vt difficillimum sit sanctam seruа-
re societatem: difficile est enim, quum præstare cæteris concupiue-
ris, seruare æquitatem. 1. Off.

Pulsa maior esse nulla in amicitijs potest, quàm in quibusdam
honoris certamen & gloriæ, ex quo inimicitiæ maximæ sæpè inter
amicissimos exiterunt. In Lælio.

Facilimè ad res iniustas impellitur, vt quisq; est altissimo animo
& gloriæ cupido. 1. Offic.

Compilares se scelere contaminarunt imperij cupiditate. libr. 3.
Offic.

Inibersi ciuitatibus regnandi cupiditate nihil tetrius, nihil fœ-
dius cogitare potest. 3. Offic.

Cæcula est gloriæ cupiditas: eripit enim libertatem, pro qua
magnanimis virisomnis debet esse contentio. 1. Offic.

Timida est ambitio, & solicita cupiditas Magistratus: omnia
non modo quæ reprehendi palàm, sed etiam quæ obscurè cogitari
possunt timeamus: rumorem, fabulam fictam, falsam perhorresci-
mus: ora omnium atque oculos intuemur. Nihil enim est tam
molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas
ergà nos, sensusque ciuium: qui non modo improbitati irascun-
tur candidatorum, sed etiam rectè factis sæpè fastidiunt. Pro Mi-
lone.

Dulcedine gloriæ, gloriosum Alexandri pectus insatiabilis amor
accepit qui Anaxarcho comiti suo ex auctoritate Democriti præce-
ptoris innumerabiles mundos esse referenti. Heu me (inquit)
nondum qui ne vno quidem adhuc sum potitus: Angusta homini
possessio gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio sufficit. Val.
Max. lib. 8.

Grauissimum genus egestatis, in diuitijs inopia. Relinque am-
bitionem, timida res est, vana, ventosa, nullum habet terminum:
tam sibi ne quenquam ante se videat, quàm de se laborat inui-
dia. Vides autem quam miser sit is, cui inuidetur & inuidet, & a-
crior est cupiditas, quo illam amplioris rei spes euocat. Seneca 88.
cap. 11.

Atque ambitio non patitur quenquam in ea mensura beatorum
constituere, quia quoddam fuit eius impudens votum: nemo a-
git, tenuatu gratias, sed conqueritur quòd non est ad præturam
vique perductus. Si desit consulatus, ne hoc quidem sufficit, si vnus
est vltra: cupiditas enim non vnde venerit respicit: sed quò tendit.
Idem ad Polyb.

Nunquam improbæ spei quod datur satis est: omnia meruisse
cuiusmæ necessitatis pretio æstimatum putat. Maiora enim cupimus
quo maiora venerint, intentioque concitatior est. Ambitio siue cu-
piditas in magnarum opum congestu collocata, vt flammæ infinita
vis accrescit, quo ex maiore incendio emicuit. Sen. de bene.

Sic est ambitione, quomodo de amica conqueruntur homines.
Si vultum affectum inspicias, non odiunt, sed litigant. Videbis vo-
luntatem esse illis in eo moram, quòd ægrè ferre ipsos & miserè
loquamur. Scortatores conqueruntur de molestijs amicæ, nec ta-
men dimittunt: & ambitionis, nec tamen eam dimittunt. Senec. 23.
epist.

Cupiditas omnis ingrata, & nemo eorum, qui in Republica ver-
santur, quos vincat, sed à quibus vincatur, aspicit. Idem ad Lucilium
epist. 38.

Illa præcipuè nos impedit, quod nobis placemus. Si inuenimus
qui nos bonos viros dicant, qui prudentes, qui sanctos, non sumus
medica laudatione contenti, quicquid in nos adulatio sine pudore
congessit, tanquam debitum prehendimus. Optimos nos esse, sapi-
entissimosque affirmantibus assentimus, quum sciamus, illos sæpè
multa mentiri. Adeo quoque indulgemus nobis, vt laudari veli-
mus id, cui contraria maximè facimus. Idem epistola sexage-
sima.

Quantulum enim est quod naturæ datur, parua illa pars dimit-
tatur. Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio.
Nos itaque, vt ait Salustius, ventri obedientes, animalium loco nu-
meramur, non hominum. Quidam verò non animalium, sed mor-
tuorum. Viuit is, qui se vtitur. Seneca ad Lucilium epistola sexage-
sima secunda.

Nullum habet maius malum cupiditas, quàm quod grata est.
Nemo quos vincit, sed à quibus vincatur, aspicit. Et illis non tam
secundum est multos videre post se, quàm graue, aliquem ante se.
Idem epist. 74.

Cupiditas felicitatem suam non intelligit, quia non, vnde vene-
rit respicit, sed quo tendat. ibidem.

Relinque ambitum: timenda res est vana, ventosa, nullum ha-
bens terminum. Idem epist. 86.

Quæcunque videntur eminere in rebus humanis, quàm pusilla
sunt & comparatione humilimorum, per difficiles tamen & arduos
tramites adeuntur. Confragosa in fastigia dignitatum via. ibid.

Qui virtutem suam publicari vult, non virtuti laborat, sed glo-
riæ. Id. m. epist. 95.

¶ Apophthegmata.

Socrates animaduertens Antisthenem ambitiosius ostentare ve-
stem laceram & detritam, facetè hominem increpauit, ὑπαύου, in-
quit, διαλλαντιζόμενος ἡμῖν, id est, non desines te nobis comere? Si-
gnificans, eiusdem esse ambitionis vilitatem amictus ostentare, &
delicato vultu sese venditare. Eras. l. 8. apophr.

Idem Alcibiades cum Socrati munifica misisset munera, & So-
crates respuere videretur: Xantippe auida dissuasit, & donum ma-
gnificum ac indignum vt non acciperetur esse dixit. Tum Socrates
inquit: hæc mittit ambitiosè, & nobis nostra est ambitio. Alij nam-
que videri & laudari cupiunt, dum alios ornant muneribus: alij
verò ex eo laudem sibi parare studeant, quod præter communem
consuetudinem omnia contemnant: & sic omnibus sua innata est
ambitio. Eras. lib. 8. apophr.

Idem quum Antisthenes Cynicus pallium haberet pertusum, id-
que obuertens fissuram omnibus daret inspiciendam: Per fissuram
(inquit Socrates) pallij tui, video tuam inanitatem: eleganter no-
tans, turpiorem esse ambitionem ex vilitate cultus, quàm ex amictu
splendido. Atque vtinam inter Christianos non sint multi Anti-
sthenes, qui sub veste fusca, vili, sordidaq; plus celent gloriæ, quàm
alij diuites habent in holosericis ac byssinis. Eras. lib. 3. apophr.

Diogenes quum aliquando perfusus esset aqua, staretque toto
distillans corpore, circumstantes aliquot, vt fit, commiserabantur
hominem indigna passum. Quibus Plato (nam & is forte tum ad-
erat:) Si vultis, inquit, commiserari Diogenem: abite: notans in
philosopho gloriæ cupiditatem. Hoc igitur spectaculo quoniam
delectabatur, felix erat potius quàm miserandus: at si nullo teste
persusus fuisset, tum verè fuisset miserabilis. Laert. lib. 6.

Idem Rhodios quosdam adolescentes elegantiore cultu consp-
iciens, dixit, τυφος ἐντὸς ἐσιν, id est, hic fastus est. Rursum, quum vidis-
set Lacedæmonios subtricta tunica parcè sordideque cultos, ἄλλος,
inquit, ἐντος τυφος ἐσιν, id est, hic alius fastus est. Significans, non mi-
nus peccare eos qui ad ostentationem sordidè vestiuntur, quàm
qui splendido vestitu sese iactant. Vnde scitum est illud diui Hie-
ronymi, Pullas æquè vt candidas cuita. Erasmus libro tertio apoph-
thegmat.

Plato frugalis quidem erat, sed tamen amans mundiciei: contra
Diogenes, sordidus. Itaque calcans Platonis culcitram, præsentibus
aliquot Dionysij amicis, quos Plato inuitârat ad conuiuium, dixit:
Calco Platonis ambitionem. Mox Plato: At quanta superbia tu-
mes, inquit, Diogenes, dum alienâ superbiam te calcare putas? Hoc
ipsum ab alijs narratur lepidius Diogeni dicenti, Calco fastum
Platonis: Calcas, inquit Plato, sed alio fastu. Nam hoc ipsum fastus
erat, quod iactabat mundiciei contemptum: & qui sordibus glo-
riantur, non minus ambitiosi sunt quàm qui splendidè vestiuntur,
sed aliter: Turpior est autem ambitio, ex fuco virtutis laudem ca-
ptans. Socion tamen hoc non ascribit Diogeni, sed Platoni Cynico.
Laert. lib. 6.

Cato Vticensis quum M. Octauius, duas habens legiones haud
procul ab Vtica, à Catone postularet, vt inter ipsos de imperio sta-
ueretur: Cato legatis nihil respondit, verum ad amicos conuer-
sus, Quis tam miretur, inquit, rem malè gestam esse, quum in ipsa
morte in nostris videatis damnandi cupiditatem? Significans, am-
bitione duorum bellum infeliciter cessisse. Plutarch.

Alphonsus rex dehortantibus amicis, ne ob imminentia pericu-
la bellum pro Ioanna Neapolitanorum regina, contra Martinum
Pontificem, qui regno eam spoliarat, susciperet: Non abhorreo, in-
quit, periculum, cum sine labore & periculo nemo vnquam glo-
riam consequutus sit. Panormitan. de rebus gestis Alphonsi, libro 1.
cap. 2.

C. Caninius, Rutilius & Scaurus cum competitores essent in con-
sulatu, Rutilius tandem Scauro cessit. Sed Scaurus ambitus Ruti-
lium accusabat, quoniam in tabulis Rutilianis scriptum esset, A. F.
P. R. atque interpetaretur Scaurus, Actum fide Publij Rutilij: quasi
suffragia Rutilius corrupisset, nec potuisset fieri consul Scaurus, nisi
ex renunciatione Rutilij, Rutilius rursus interpretabatur: Ante fa-
ctum, postea relatum. Tunc C. Caninius eques Romanus, quum
Ruffo adesset, exclamauit, neutrum illis literis declarari. Id enim si-
gnificare: Æmylius fecit, plectitur Rutilius: id est, Æmilius Scau-
rus corrupit populum; Rutilius passus est repulsam. Brusonius li-
bro 1. c. 15.

Caius Cotta in ambitione artifex, dicere solebat, se operam suam,
quod non contra officium rogaretur, polliceri solere omnibus, im-
partire autem ijs apud quos optimè poni arbitraretur. Brus. libr. 1.
cap. 15.

Horatius, quum rediret ad suos, trium Cutiatiorum fratrum
quos occiderat spolia gestans, quorũ vno desponsata fuerat Horatij
soror virgo, illa autem agnoscens sponsi paludamentum, quod ipsa
manibus suis confecerat, solueret crines, ac fletu sponsum mor-
tuum inclamaret: Horatius sororem gladio transfigit, dicens: Abi
hinc cum tuo præpostero amore, oblita fratrum mortuorum,

viuiq́ue,oblita patriæ. Tantum valuit amor laudis,& patriæ gloria *Liuius & Plin. vir.ill.*

Afer Didio Gallo qui prouinciam ambitiosissimè patierat,deinde impetrata re,tanquam coactus,querebatur, vrbane, Age, inquit, Didi,aliquid & Reipub.causa labora. *Brus.lib.1.c.15.*

Cicero, coci cuiusdam filius ambitiosissimus, cum candidatus in campum descendisset, ac à Cicerone petijsset suffragium, Tullius coquum agnoscens,ait,Ego quoque tibi faueo. Respexit autem Cicero ad officium hominis, cui ideo fauere cuperet, ne sale perderet offam. *Brus.lib.lib.1. c.15.*

Diogenes de seipso dicere solitus est, se implere & ferre tragicas execrationes. Nam erronem se esse,domo & patria carere, mendicum agere,tenui vestitu vti,& in diem viuere. Nihilominus tamen in his non sibi minus placebat, quàm Alexander in terrarum orbis imperio,cum subactis Indis Babylonem reuerteretur. *Ælianus lib. 3.de varia historia.*

Damis, cum Alexander Magnus per literas petijsset, vt Lacedæmoniorum decreto decernerentur ipsi diuini honores,& in deorum numerum referretur: Age,inquit, concedamus Alexandro, si velit appellari Deus, Despectam risit stultam principis ambitionem,qui putaret ab ijs posse creari deos, qui ipsi nihil aliud essent, quàm homines: aut si hoc non putauit, insigni stultitia falsi nominis vmbra gloriaretur. *Plut.in apoph.*

Theopompus, cum Pylij decretum edidissent, quo Theopompo tribuebantur summi honores,rescripsit: Mediocres honores ipsum tempus auget,immodicos abolet. Hoc animo quid excellentius? quod alij sibi aut vendicant arroganter, aut ambiunt ineptè, hoc vltro delatum reiecit, simul & suam declarans modestiam, & amicos admonens,in omni re modum esse optimum. Quin & illud acutè perspexit, quæ subitò crescunt in altum, non esse diuturna: quod genus sunt betæ & cucurbitæ: cæterum quæ paulatim augescunt,ea facere ætatem,velut quercum & buxum. *Plut in Lacon.*

Iulius Cæsar, narrant eum, cum Alpes iam transijsset & præter oppidulum quoddam barbaricum paucis & miseris habitatum hominibus iter faceret, amicis per iocum ex ipso quærentibus, an & hic de magistratibus essent contentiones, ac de principatu certamina, & potentium æmulationes, seriò respondisse, Malle se hic primum,quàm Romæ secundum esse. Rursus quum in Hispania per otium res Alexandri gestas legeret, diu cogitabundum ad extremum illachrymasse,& amicis causam quærentibus dixisse, An non dolendum vobis videtur, ne cum id ætatis sim, qua Alexander tot nationibus imperauit,nihil dum memoratu dignum gessisse. *Plut. in Cæs.*

Agrippa familiaribus suis dicere solebat, hunc esse morem principum vt nolint habere quenquam se potiorem. Nam ea quidem, quæ facilem & exploratam victoriam esse videntur habituri, ipsi gerere statuunt; pessima verò quæque & difficilima alijs committunt. Quod si eueniat,vt opportuna negotia alijs mandare cogantur,grauiter ferunt, propter laudem & gloriam eorum qui ea gesserunt, sed sibi ipsi rerum bene gestarum gloriam libenter asscribunt. *Xiphilinus in August.*

Themistocles,cum aliquando theatrum peteret,interroganti cuidam cuius vocem esset libentissimè auditurus? Eius, inquit,à quo artes meæ quam optimè canerentur. Ingenue fassus est,& se magno gloriæ studio teneri. Solebant enim olim Musici, in publico virorum illustrium laudes canere. *Plut.in eius vita.*

Idem, Themistoclem ferunt virtutum stimulis agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus, quid ita eo tempore in publico versaretur, respondisse. Quia me trophæa Miltiadis de somno excitant,Marathon nimirum animum eius,& Arthemisium, & Salanis, naualis gloriæ fertilia nomina illustranda tacitis facibus incitabant. *Plutarch.in Themist. Valer. Maxim. libro octauo, capite decimo tertio.*

Timon, qui cognomine Misanthropos dictus est, elementa malorum vocabat Auaritiam & Ambitionem: eo quod ex horum vitiorum fonte,cætera vitia omnia prouenire ac manare viderentur. Timonis dicterium recitat *Stob.serm.de Iniustitia.*

Phauorinus, Homines partim esse ridiculos,partim odiosos,partim miserabiles dixit. Ridiculos, quidem, qui ambitiosè ad maiora aspirant. Odiosos,qui ea consequuntur. Miserabiles autem,qui spe falluntur. *Stob. serm. 2.*

¶ Similitvdines.

Chrysostomi: quemadmodum mercenarius malus, qui intra tempus locationis suæ comedit omnes mercedes, quum autem tempore completo recesserit,nudus egreditur: Sic & homo, qui propter homines facit bonum, vacuus vadit ad Deum: *Capit. 6. Matth.*

Quemadmodum quos diuitiæ iuuant, si quando in paupertatem inciderint, mœrore afficiuntur, & qui delicijs assueuere, tenuem ac simplicem victum tolerare nunquam possunt: Ita qui laudum amore capti sunt, non solum cum iniustè vituperant, sed etiam cum ab alijs assiduè non laudantur, quasi fame aliqua animum conficiunt. *Lib. 5. de Sacerdotio.*

Plutarchi, qui dolent, quod non excellant in omnibus et diuersissimis: Perinde faciunt, ac si quis molestè ferat, quod non ferat ficus,quodque olea non ferat botros. *In Moralibus.*

Qui studeat Plato esse doctrina, dormire cum beata vetula Euphorion: cum Alexandro potare, vt Medius: diuesse, vt Nias: virtute præcellens,vt Epaminondas: doleatq; quod vxor sit hæc omnia: perinde facit, ac si molestè ferat, quod non Montanus, & idem Melitæa catella in sinu viduæ diuitis. *In Moralibus.*

Senecæ, Vt æquè mortuus est qui conditus est in odoribus, trahitur vnco: ita æquè sunt infelices, & qui voluptatibus gent,& qui ambitiosis negotijs vacant.

Plinij, Vti Chamæleon maximum habet pulmonem,& aliud intus: Ita quidam præter ostentationem, & ventosam tiam nihil habent. *Lib. 11. c.32.*

Accius Poeta, cum esset ipse admodum breuis, tamen in Camœnarum maxima forma statuam sibi posuit: Ita quidam viles & humiles,ambitione fucoque dilatant sese. *Lib.34.c.1.*

Taurus auis cum sit pusilla, tamen boum vocem imitatur nonnulli cum re sint exigui,tamen loquuntur reges ac satrapæ *bro 6.c.42.& c.31. eod. lib.*

Columbo in volatu pernicitas, sed dum plaudit in aere, sibi cens,implicatis strepitu pennis,capitur ab insidiante accipitre multi dum ostentant suas vires magis quàm vtuntur,obluti, fiunt inimicis. *Lib.10. c. 20.*

Pauo non explicat pennas,nisi laudatus: Ita quidam non habere quod habent,nisi sint qui mirentur. *ibid.*

Gallus victor ilico cantu superiorem sese testatur: ita sua facinora iactant ipsi, & suarum laudum ridiculi sunt *Lib.8. c.33.*

Folengij, Quemadmodum ex vlcere putrido sanies ac ebullit: Sic ex ambitioso ac superbo animo omnia peccata liunt. *In Psalm.74.*

Thriueri, Vulgò dicitur,maioris artis esse parta tueri quàm rere: Et qui de rebus pulcherrimè gestis insolenter gloriantur, hilo melius faciunt, quàm qui rem bene comparatam imprudigunt. *Apoph.114.*

Ligna tenuia ac sicca,multam quidem flammam edunt, sed rum durant: Ita homines quidem glorioſi possunt apud gloriam aliquam sibi conquirere, sed nequeunt illam diu *Apoph. 118.*

Nec corporibus idem cibus est idoneus omnibus, sed suus ferè peculiariter est gratus,& salubris: Tanto est animus pore insolentior,qui alienas diuitias & honores sibi appetit. nim est minor animorum quàm eorporum differentia. *Apoph.*

¶ Exempla Sacra.

Ambitionis exempla: Adam & Eua, *Genes.3.vers.5.* Extrui resturris Babylonicæ,11.4. Maria & Aaron, *Num.12.1.* Core, Dathan & Abiron,16.3. Abimelech. Gedeonis filius, *Iudic.9.v.1.2.7.8.* lom.2 *Sam 15.v.2.3.& 18.v.18.* Seba Bichri filius,20.1. Adonias gum 1.5.& 2.17. Zambri,16.9. Athalia,2.*Reg.11.1.* Sallum,15.10. buchodonosor. *Iudith,2.2.* Assuerus, *Esth.1.4.* Aman,3.v.5.6.& & 6.v.6.7. Sobna, *Esa.22.16.* Ezechias,39.2. Seton, 1.*Machab.* 14. Alcimus,7.7. Ptolemæus Rex Ægypti,11. v.13. Prolomæus Abubi,16.13. Iason 2.*Mach.4.7.* Discipuli CHRISTI, *Matth.* *Marc.9.v.34. Luc.9.46.* Filij Zebedæi, *Matth.20.v.21. Marc.* Scribæ & Pharisæi, *Matth.23.6. Marc.12.38. Luc.20.46.* Iudas 5.44.& 12.43. Fratres Christi, *Ioan.7.v.3.4.* Simon Magus, *Act.* 18. Pseudo Apostoli,2.*Cor.10.v* 12. Falsi Doctores, 1.*Tim.1.v.3.* trephes, *Ioan.3. v.9.*

¶ Exempla Profana.

Rex Persarum omnes existimabat seruos extra coningem in quam tamen potissimum ei esse ius debebat. *Plutarch. ad cipem indoctum.*

C. Iulius Cæsar non honores modo nimios recepit: vt nium consulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamque rum: insuper prænomen Imperatoris,cognomen patriæ, tuam inter reges,suggestum in Orchestra: sed ampliora etiam mano fastigio decerni sibi passus est. *Suetonius.*

C.Caligula Romanorum Imp. in eam prolapsus est insolentiam vt Deorum vestimenta induceret: in quibus nunc bellicosam nem, nunc mulierem repræsentabat. In sacrificijs Deorum induebatur,in plateis serico ac triumphali vestitu incedebat. linus.

Isaacius Angelus Imp. alternis diebus lauacris reficiebat lis & vnguentis omnis generis delibutus, instar pauonis ostentabat. *idem.*

Franciscus I.Gallorum Rex, pacem cum Carolo V. Imperfactam,non diuturnam asseruit. Nam nec illeparem, inquit, go superiorem ferre possum. *Ægidius Corroretus de dict.*

M.Tullius Cicero. Auebat supra modum celebrari, tenebro eum perpetuò cupiditas immensæ gloriæ: quæ multa eius pra consilia frequenter interpellauit. *Plut. in Cicerone.*

Athenienses doctores Constantini & Iuliani Imp. ætate hoc habuerunt cum ipsi inter se simultates exercerent: adolescentes admissarios suos allicerent, & ad se singuli pertrahebant. *Theat. Zuing. fol.* 572.

Mentes Medicus, cum morbos quosdam desperatos sanat.

Mentem Deorum summum seipsum appellauit. *Ælianus libro*

Empedocles Philosophus Agrigentinus cum Panthiam Agrigentinam graui morbo curasset, atque ob id se penè pro numine coli conspexisset: immortalitatis atque famæ studio incensus, vt crederetur Deorum translatus videretur: Ætnam insiluit, atque ita vitam in ignes se coniecit. *Fulg. lib. 8. c. 15. & Alexand. lib. 6.*

Mentemque virilem sexum mentita, amplissimos ductauit exercitus & magnos adijt labores, periculaque immensa, præsertim bello, gloriæ causa. *Sabellic. lib. 5. e. 5.*

Mentemque Cariæ regina Xerxis commilitium non respuit, gloriæ studio neglecta sexus imbecillitate. *Theat. Zuing. fol. 1573.*

Mentem Henrici V. Imperat. F. Vladislao, Boleslai III. Polonorum regis filio nupta, mulier superbissima, Polonos porcorum loco habebat. *Cromerus lib. 6.*

Menturchus philosophus ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos esse referens: Heu, me miserum, inquit Anaxarchus, quod ne vno quidem adhuc potitus sum: Angusta hominibus gloriæ fuit, quæ deorum omnium domicilio sufficit. *Plutarch. de tranquill. anim. Valer. Max. lib. 8. c. 12. Plutarch. de alacritate.*

Mentum statuam ponere, sacrosanctum patriæ donarium, in templo habebat. Cum autem quidam ei consuleret, vt à Polycleto eandem imaginem curaret: respondit, Non se eiusmodi dona in templum, cuius gloria non ad consecratorem, sed ad factorem referretur. Etenim liquere, spectatores in ea statua magis artificis industriam Polycleti, quàm suam liberalitatem & munificentiam admiraturos esse. *Ælianus libro decimo quarto, de Var.*

Mentum dicitur ter nauigasse in Siciliam, nec sine periculo, nec sine multorum obtrectantium. Molon itaque, qui gerebat hostilem in eum animum, negabat esse mirum, si Dionysius esset Corinthi, si Plato in Sicilia. Nam tyrannum expulerat necessitas. Plato immunitabat ambitio, vt vulgus quidem interpretabatur. Et tam Dionysium esse Corinthi adeo mirabantur omnes, vt iam abierat prouerbium de re inexpectata & incredibili. *Laertius, libro*

Memorandus, Lacedæmonijs bello victis, ac multo sanguine in fugatis, cum audiret, illos eius belli calamitatem extenuatum ideo fieret omnibus quanta strages edita esset, non quibus. Ipse permisit cadauera interfectorum tollere, sed vt quæque ciuitas auferret, & ita factum est, vt appareret, plusquam 1000. Lacedæmonios interisse. *Plut. in apoph.*

Mesalina, Nero, cum primum natus esset, quidam astrologus dixit cum regnaturum esse & matrem necaturum. Quod cum ipsius mater intellexisset, subitò exclamare cœpit: occidat, dummodo regnet. Præsagio votoque respondit euentus. *Sueton.*

¶ Hieroglyphica.

Mentis species hominem gloriæ plenum exprimebat. Hæc enim tam caudæ pretiosæ supellectilem tum plurimum ostentat, tum plurimos ad se spectandum aduenisse conspexerit. Quod si tam admirari, adesseue cognouerit, eam recondit, veluti indignam. *Valer. Pier. Hieroglyph. lib. 26. pag. 220. F.*

Mollo quoque pro gloria fastuque ponitur: vbi quis non aliter quàm turgescere videatur, quàm Bullæ ipsæ inturgescentis cuiusdam speciem præ se ferunt. Vnde dixit Persius:

Non equidem hoc studio, bullatis vt mihi nummis
Pagina turgescat.

Valer. Hieroglyph. lib. 41. pag. 396. E.

¶ Scriptores.

De Ambitione, *Pechanus lib. 1 cap. 3. Hanapus* 103. *Bernhardi Flo.* 24. & 6. 8. & 6. 9. & 4. 1. Item *Raynerius & Flos Theolog. Ramesius capite sexagesimo.* De multiformi Kenodoxia. *Ioan. Schoneus cap. 21.* Ambitio, Superbia, & victoria de inimicis, nimiaque rerum prosperitas exitio sunt, & perdunt quos possident. *Brunfelsius Pandect. lib. 9.*

Libido regnandi, imperandi, dominandi, *Bernhardi flores*, 3. 20. contra *Brusonius lib. 1. cap. 15. Corninus in apoph. Lumen animæ*, 172 & 190. *Ioan. Carnotensis lib. 7.* Contra Ambitionem, *Des. Erasmus Roterodamus in Milite Christi.* Ambitio maximè vitanda philosopho. *Marsil. libr. 7. cap 14.* Ambitio Antigoni, *Ælianus in variis. fol. 53. 54.* Ambitio Hipponici, *Ibidem*, 68 Aristotelis ambitio, *Ibidem*, 66. Ambitio Luscinæ, *Cœlius Rhodigin. libro 23. capite 24.*

Amentia.

¶ Definitiones et Etymolog.

Amentia, Græcè ἄνοια ας, ἡ: & ἄνους. ου. ὁ, amens dicitur, & est stultitia. Dicitur autem amens quasi sine mente. Differunt autem amens & demens, quod demens minus est quàm amens. Nam demens est, qui non cogitat, quid agat, aut loquatur: Amens verò, qui prorsus insanit.

Amentia, Hebr. *Schiggahon*, Deut. 28. 28. 2. Reg. 9. 20. Zach. 12. 4. à verbo *Sahhgeha*, vesanum reddidit, insanum fecit. Cognationem habet cum *Cahasch*, conquassatus est: nam amens & vesanus dicitur is, qui conquassatus, & corruptus est mente. cum *Schagag*, errauit. Hinc Græcè σκαιός, sinister (lat. Scæua) & σκαιότης, fatuitas, insania. Cicero lib. 3. quæst. Tusc. Nec minus illud acutè, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominarunt amentiam, eandemque dementiam. Ex quo intelligendum est, eos, qui hæc rebus nomina posuerunt, sensisse hoc idem quod à Socrate acceptum Stoici diligenter retinuerunt, omnes insipientes, non sanos. Qui enim animus est in aliquo morbo (morbos autem hos perturbatos motus philosophi appellant) non magis est sanus, quàm id corpus, quod in morbo est. Ita fit, vt sapientia sanitas sit animi, insipientia autem, quasi insanitas quædam, quæ est insania, eademque dementia.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Stultorum infinitus est numerus. *Eccles.*

Homines stulti non apprehendent sapientiam, & non videbunt illam. *Eccl.* 15.

Stultus acriter improperabit. *cap.* 18.

A facie verbi parturit fatuus, tanquam geminus partus infantis. *cap.* 19.

Sagitta infixa in facie & in ore canis, sic verbum in ore fatui. *Ibidem.*

Datus insipientis non erit vtilis sibi: Oculi enim illius semper simplices sunt. Exigua dabit, & multa imperabit, & apertio oris illius insanatio est. *cap.* 20.

Fatuo non erit amicus, & non erit gloria boni illius. *ibid.*

Qui edunt panem fatui, falsæ linguæ sunt. *ibid.*

Ex ore fatui reprobatur parabola: non enim illa decent in tempore suo. *ibid.*

Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit narratio. *cap.* 21.

Narratio fatui quasi sarcina in via. Compedes in pedibus stulto doctrina, &c. *ibid.*

Confusio patris est indisciplinatus filius. *cap.* 22.

Qui docet fatuum, est quasi qui conglutinat testam. *ibid.*

Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris. *ibid.*

Præcordia fatui quasi rota curri, & quasi axis versatur, sic cogitatio stulti. *cap.* 33.

Melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, quàm qui abscondit sapientiam suam. *cap.* 41.

Labia insipientium narrabunt stultitiam: verba autem prudentium statera ponderabuntur. *cap.* 21.

Non communices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur. *ibid.* 8.

Qui stultus est, seruiet sapienti. *Prouerb.* 11.

Qui fatuus est, aperit stultitiam suam. *cap.* 13.

Cor stultorum dissimile erit.

Stultus pascitur imperitia.

Stultitia gaudium stulto. *cap.* 15.

Non decent stultum verba composita, nec principem labia mentientis. *cap.* 17.

Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua. *ibid.*

Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam emere non possit. *ibid.*

Stultus, si tacuerit, reputabitur sapiens: & si compresserit labia sua, intelligens. *ibid.*

Os stulti contritio eius, & labia illius ruina animæ eius. *cap.* 18.

Stultitia hominis supplantat gressus eius, & contra Deum feruet animo suo. *cap.* 19.

Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. *cap.* 26.

Veluti pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola. *ibid.*

Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. *ibid.*

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. *ibid.*

Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo

pilo, non auferetur ab eo stultitia eius, *capite vigesimo septimo.*

Qui prius respondet, quàm audiat, stultum se esse demonstrat. *cap. 28.*

Qui confidit in cor suum, stultus est. *ibidem.*

Omnis, qui audit verba mea, & non facit ea, similis est viro stulto. *Matth. 7.*

Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes. *Paulus 1. ad Corinth. 1.*

Sustinetis enim insipientes, cum sitis ipsi sapientes. 2. *Cor.* 11.

Stultus enim fatua loquatur. *Esa.* 32.

¶ Sententiæ Patrum.

Stultiloquium & scurrilitas non decent Christianum, sed sermonem eius sale conditum esse oportet, vt gratiam apud audientes habeat: quicquid enim amens loquitur, vociferatio & clamor est appellandum. *D. Hieronymus.*

Quicunque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna. *Gregorius in Moralibus.*

Sicut nec auris escas, nec guttur verba agnoscit: ita nec stultus quisque sententiam sapientis intelligit. *idem.*

Fatuum cum sapientibus in prædicatione non susceipias, nec per eum, qui implere non volet, illi, qui præualet, obsistas. *idem.*

Nihil stultitia peius, nihil insipientia deterius, nihil ignorantia turpius. *Isidorus.*

Ignorantia vitiorum nutrix est. Ignorantia enim, quid sit culpæ indignum, non sentit. *idem.*

Insipiens quotidie peccat: indoctus facilè decipitur. Stultus in vitia citò delabitur. *idem.*

Videamus, vtrumne iustitia fœdus aliquod cum stultitia habere possit, vt Carneades disputauit, cuius, vt concludam disputationem, non posse eundem iustum esse ac stultum: eundem sapientem & iniustum, docet ipsa ratio. Qui enim stultus est, quid sit iustum ac bonum, nescit, & ideo semper peccat. Ducitur enim quasi captiuus à vitijs, nec resistere vllo modo potest, quia caret virtute, quam nescit. Iustus autem ab omni peccato se abstinet, quod aliter facere non potest, quasi habeat recti prauiq; notitiam. Rectum autem discernere à prauo quis potest, nisi sapiens? Ita fit, vt nunquam possit iustus esse, qui stultus est: neque sapiens, qui fuerit iniustus. Ergo stultus non est, qui ne sibi quidem parcit, dum ne noceat alteri, quod est malum. Quod quidem nobis & ratio & veritas ipsa præscribit. *Lactantius lib. 5. diuinarum institut. cap.* 18.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Omnium malorum stultitia est mater atque materies, ea parit præ cæteris immensas cupiditates: immensæ porro cupiditates infinitæ & immoderatæ sunt: hæ pariunt auaritiam malitiamque: auaritia porro hominem ad quoduis maleficium impellit. *Cicero in non. Rhetor.*

Quò indignius rem honestissimam & rectissimam violat stultorum & improborum temeritas pro audacia, summo cum Reipubl. detrimento, eò studiosius illis resistendum est, & Reipublicæ consulendum. *Cicero in Veter. Rhetor.*

Si summopere sapientia petenda est, summopere stultitia fugienda & vitanda est. *ibidem.*

Qui sæpenumero nos per fidem fefellerunt, eorum orationi fidem non habere debemus. Si quid perfidia illorum detrimenti acceperimus, nemo erit propter nosmetipsos, quem iure accusare possimus. Primum decipi quidem incommodum est, iterum stulte, tertio turpe. Summa igitur amentia est, in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis. *ibid.*

Stulti Scriptoris est, non posse omnibus de rebus cauere, quibus velit. *Lib. 2.*

Miserius stultitia quid dicere possumus? *Cicero de natura Deorum.*

Multa sunt incommoda in vita, vt eam sapientes commodorum compensatione leniant. Stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre præsentia. *Cicero de natura Deorum.*

Stulti malorum memoria torquentur. 1. *de finibus.*

Igitur nec stultorum quisquam beatus, neq; non sapientum non beatus. *De finibus bonorum & malorum.*

Amentia ab à particula priuatiua, & mente dicta, quasi sine mente, hoc est, consilio animoque, quo sapimus. Lucretius poeta, Consilium quod nos animum mentemque vocamus. Eadem dementia dicitur: quia (de) est particula minuendi, vt decipio, decresco. *Beroaldus in comment. in Cicero. Quæst. Tuscul.*

Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem, & morbum, id est, insanitatem, & ægritudinem animi, quam appellarunt insaniam. Omnes autem perturbationes animi, morbos Philosophi vocant: negantque stultum quenquam his morbis vacare, qui autem in morbo sunt, sani non sunt: & omnium insipientium animi in morbo sunt: Omnes igitur insipientes insaniunt: sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant. His rebus mentem vacuam appellarunt insaniam, propterea quod in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse non possit. *Eadem præfato loco Cicero.*

Amentes dicuntur, qui à natura expertes rationis, solum sed munus exequuntur immanes quidem, belluarumque simil bendi sunt, vt quædam genera barbarorum procul habitant *Arist. 7. Ethic.*

Fortunam quidem laudare stultitia, vituperare verò superbi *ibidem.*

Etenim vt stultitia,' etsi adepta est quod concupiuit, nunq tamen se satis consecutam putat: sic sapientia semper eo co est, quod adest, neque eam vnquam sui pœnitet. *Cicero lib. 5. Tuscul.*

Et quoniam mens nostra est actus, quiescere omnino ab sua nequit, nisi potestate valide retinente, hoc est, oppositis instrumentis: velut cum à mole obruitur in locis maternis pula in ebrietate, ab inimicis vaporibus in attonitione: quæ & similia violenta sunt, naturæque illius repugnantia. Vi emergit, cessante potestatis violentia, statim reducit se in suum: neque eam ad rem externæ vllius opis indiget, sed so pedimento submouendo, quod si sit sublatum, non potest vllo pacto ociari: necesse est aliquid meditetur, & secum eamque illius motionem si quis conetur sistere (vt sunt qui prorsus volunt cogitare) perinde fecerit, ac si cohibere velit ignem ardeat, conceptus in apta materia: alterutrum profectò tur, aut vt ignem extinguat, aut vt vis ignis validior erumpa obicem, sic vel corrumpetur vita tàm violenta contentione, vel vna cogitatione, quàm velis opprimere, magna cogitationum visorum perturbatio coorietur, hoc est planè amentia. *Ludo Viues lib. 2 de animo.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Plautus in Sticho.

Stultitia est venatum ducere inuitos canes.

Ex Trinummo.

Nihil est profectò stultius, neque stolidius,
Neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque perturius,
Quam vrbani assidui ciues, quos scurras vocant:
Quia omnia se simulant scire, nec quicquam sciunt.

Ex Bacchidibus.

Stultè feciſſe fateor, sed quaso pater,
Ne me in stultitia si de liqui, deseras.
Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui:
Persuasum est facere, cuius me nunc facti pudet.
Prius te cauisse, quam pudere æquum fuit.

Vide Stultus, Stultitia.

Amicitia.

¶ Definitiones et Etymolog.

Amicitia, Græcè φιλία, ας, ἡ, & φιλικὸς, ἡ, ὸν, amicus dicitur. est amor mutuæ beneuolentiæ, fundatus super aliqua co municatione. Quæ quadruplex est, secundum quadrupli communicationem mutuam; scilicet, Naturalem, Domesticam, uilem, & Diuinam, *hoc ex B. Thom. secunda Secundæ, quæst.* 25. *tic.* 1.

Amicitia, Hebr. *ahaba*, à verbo Aba, amauit, dilexit, hinc Gr ἀγαπάω, & ἀγάπη. Dicitur etiam *Iedhiduth*, & cognationem ha cum *Doth*, cognatus, amicus de cognatione. Hinc ἁδὺς, suauis, cundus, ἡδύτης, suauitas. Nihil enim amicitia suauius & iucund Vide Lexicon trilingue Lugdun. pag. 57. & 82.

Amicitia est omnium humanarum, diuinarumque rerum beneuolentia & charitate summa consensio. qua quidem haud si an excepta sapientia quicquam melius homini sit à dijsimmo libus datum. *secundum Augustinum epistol.* 45. & *Cicer. libro Amicitia.*

Amicitia est voluntas erga aliquem bonarum rerum illius ip causa, quem diligit, cum eius pari voluntate, *secundum Cicer. in inuentione Rhetor.*

Amicitia est beneuolentia pacis non latens, *secundum Arist lib. 8. Ethicorum.*

Vel sic:


Amicitia est studiorum omnium, voluntatumque consen cuius contrarium inimicitiæ, in plurali, licet etiam in singulari ueniatur. Ennius: Amicitiam, atque inimicitiam in fronte pro tam gero.

Amicus est, qui amat, & redamatur. *secundum Aristotelem lib Rhetor.*

Sunt enim amici οἱ ἀλλήλοις βέλοντες τ' ἀγαθὰ, μὴ λανθάνοντες ἀγαθὸν, ἢ ὃ ἂν χρήσιμον, ἢ ἡδὺ ἀὸ ὑ.

Amicus & amator, vt placet Donato super Terent. differun quod amicus animi est, amator verò corporis.

AMI C



¶ Sententiæ Biblicæ.

Amicitia Dei.

Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei propter disciplinæ dona commendati. *Sapient.*

Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. *Ioan.*15.

In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. *Actu.*10.

Credidit Abraham Deo, & amicus Dei appellatus est. *Iacob.*2.

Amicitia huius mundi inimicitia est Dei. *Iacob.* 4.

Quicunque ergo voluerit esse amicus seculi huius, inimicus Dei constituetur. *Iacob.* 4.

Amicitiæ fructus.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. *Psal.*138.

Amicas clende superius. *Luc.*14.

Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis. *Ioan.*15.

Amicitia humana vera, debet esse firma.

Qui negligit damnum propter amicum, iustus est. *Prou.*12

Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur. *Ibid.*17.

Amicum tuum & amicum patris tui ne demiseris. *Ibid.* 27.

Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facilè credas ei. *Eccles.*6.

Non agnoscitur in bonis amicus: & non absconditur in malis inimicus. In bonis viri, inimici illius, in tristitia & malitia illius amicus aliquis est proximo. *Eccles.*12.

Fidem posside cum amico in paupertate illius, vt in bonis illius lætetis. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt in hæreditate illius cohæres sis. *ibid.*22.

Amicitia debet esse grata.

Vir amabilis ad societatem magis amicus erit, quàm frater. *Proverb.*18.

Vinum non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius. Qui edunt panem eius, illius, falsæ linguæ sunt. Quoties & quanti irridebunt eum? *Eccles.*20.

Amicitia debet esse honesta.

Noli fieri pro amico inimicus proximo tuo. *Eccles.*6.

Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam, quoniam secundum illum erit amicus. *ibid.*

Amicitia debet esse integra in corde.

Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles, ne fortè insultet tibi, cum audierit, & exprobrare non cesset. *Prouerb.*25.

Dilige proximum tuum, & coniungere fide cum illo. *Eccles.*27.

Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis. *ibid.* 37.

Amicitia debet esse in ore.

Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò, ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicum tuum. *Prou.*15.

Ferrum ferro exacuitur: & homo exacuit faciem amici. *Ibidem,*27.

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. *Eccles.*5.

Mittens lapidem in volatilia, deijciet illa, sic & qui conuiciatur amico, dissoluit amicitiam. *ibid.* 22.

Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum. *ibid.*27.

Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. *Ibidem.*

Caue ab amicis de sermone improperij: & cum dederis, ne improperes. *ibid.*41.

Non duplices sermones auditus de reuelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione, & inuenies gratiam in conspectu omnium hominum. *ibid.* 42.

Qui tollit ab amico misericordiam, timorem Domini relinquit. *Iob.*6.

Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, cras tibi dabo, cum statim possis dare. *Prou.*3.

Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & ne abscondas illam sub lapide in perditionem. *Eccles.*29.

Amicitia veræ conseruatio.

Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. *Prou.*3.

Qui despicit amicum suum, indigens corde est. *ibid.* 11.

Amicus, si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. *Eccles.*6.

Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neq; in amicum similiter facias. *ibid.*7.

Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem charissimum in auro spreueris. *ibid.*

Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum, amicus nouus: veterascat, & cum suauitate bibes illud. *Eccl.*19.

Audisti

Audisti verbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te fidens, quoniam non te disrumpet. *Eccles.* 19.

Corripe amicum, ne fortè non intelligat te, & dicat: Non feci, aut si fecerit, ne iterum addat facere. *ibidem.*

Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. *ibid.* 20.

Ad amicum & si produxerit gladium, non desperes: est enim regressus ad amicum. Si aperuerit os tristè, ne timeas: est enim concordatio, excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus. *ibidem.* 22.

Amicum salutare non confundaris, à facie illius non te abscondas, & si mala tibi obuenerint per illum, sustine. *ibid.* 22.

Amicitiæ fructificatio.

Frater, qui adiuuatur à fratre, ciuitas firma, & iudicia quasi vectes vrbium. *Prouerb.* 18.

Gratia & amicitia liberat, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias. *ibid.* 25.

Vnguento & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima dulcoratur. *ibid.* 27.

Melior est vicinus iuxta, quàm frater procul. *ibid.*

Melius est ergò duos esse simul, quàm vnum, habent enim emolumentum societatis suæ: Si vnus ceciderit, ab altero sulcietur. Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem. *Ecclesiastes capite quarto.*

Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. *Eccles.* 6

Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. *ibid.*

Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, & qui metuunt dominum, inuenient illum. *ibid.*

Amicum salutare non confundaris. A facie illius non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo. Omnis, qui audiet, cauebit ab eo. *ibid.* 22.

Beatus qui inuenit amicum verum. *ibid.* 25.

Amicitia ficta lucrum proprium attendit.

Amici diuitum multi. *Prouerb.* 14.

Diuitiæ addunt amicos plurimos: pauper verò etiam ab amicis deseritur. *Prouerb.* 19.

Multi colunt personam potentis, & amici sunt bona tribuentis. *ibidem.*

Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. *ibid.*

Multi homines misericordes vocantur: virum fidelem quis inueniet? *ibid.* 20.

Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. *Eccles.* 6.

Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. *ibidem.*

Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum. *ibid.* 37.

Amicitia ficta malum proximo intendit.

Quomodo dicis, quod amas me, cum animus tuus non sit mecum. *Iudic.* 16.

Simulator ore decipit amicum suum. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, amici celat commissum. *Prouerb.* 11.

Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem: ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus, dicit, ludens feci. *ibid.* 26.

Homo, qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. *ibid.* 29.

Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abijciet, in conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Multa audiui, & non coæquaui ei: & Dominus odiet illum. *Eccl.* 27.

Occasiones quærit, qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis. *Prouerb.* 18.

Est & amicus, qui conuertitur ad amicitiam, & est amicus, qui odium & rixam, & conuitia denudabit. *Eccles.* 6.

Equus emissarius, sic & amicus subsannatur, sub omni subsidente hinnit. *ibid.* 33.

¶ Sententiæ Patrvm

Nescio, vtrum Christianæ amicitiæ putandæ sint, in quibus magis valet vulgare Prouerbium: Obsequium amicos, veritas odium parit, quàm Ecclesiasticum: Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. *Aug. in epist. ad Hieron.*

Si voluntatem Dei quisq; nosse desiderat, fiat amicus Deo, quia si voluntatem hominis nosse quisquam vellet, cuius amicus non esset, omnes eius impudentiam deriderent, non autem quisquam efficitur amicus Dei, nisi purgatissimis moribus. *Aug. in Psalm.*

Hæc est perfecta amicitia, qua potius potiora & diligimus. Sapientem animam & perfectam talem videt. Illam stultam, non talem, sed quæ esse perfecta testi: quia nec seipsum debet quis stultum diligere. Fingit stultum, non proficiet ad sapientiam, nec fiet quisquam cupit esse, nisi se oderit, qualis est. *Augustin. de vera religione.*

Nullius repudianda est amicitia sese ingerentis ad copulandam, non vt statim recipiatur, sed vt recipiendus atque ita tractetur, vt recipi possit. Illum enim in amicitiam re debemus, cui omnia nostra consiliа refundere audeamus. *12. quæst.*

Nihil sic probat amicum, quemadmodum oneris amici tatio. Nemo nisi per amicitiam cognoscitur, & ideo amicorum la firmiter sustinemus, quia bona eorum nos delectant & *Augustin. ibid.*

Sicut amici adulantes peruertunt, sic inimici litigantes corrigunt. *Aug. 9. confessionum.*

Non omnis, qui parcit, amicus est: nec omnis qui verberat micus. Melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate pere. *Aug. ibid.*

Amicitia in malo esse non potest. *August. ad Consent.*

Est quidem amici amicitia mala, quæ nec amicta dicenda quia mala conscientia facit. Sunt enim homines, qui pariter committunt, & ideo videntur sibi iuncti, quia conscientia gati sunt. Excepta ista nefaria amicitia, est quædam amicitia lis per similitudinem habitandi, colloquendi, simul conueri tristetur vnus, quum deseritur ab amico, cum quo solet collo habere coniunctionem, conueniunt duo, ambulant simul & iam nolunt à se recedere: & ista quidem amicitia est hone est consuetudinis, non rationis: habent enim illam & pecori equi manducant simul, desiderant se ad aliam diem, præcedi festinat alter, desiderans quasi amicum suum, vix regitur sore, & tamdiu se impetu suo prouocat, quousque ad alium niat. Et est alia amicitia superior non consuetudinis, sed ra qua diligimus hominem propter fidem, & mutuam benev tiam in ista vita mortali, ac superius quicquid inuenimus di esse, incipiat homo amare, & non amabit in homine, nisi D *August. in quodam serm.*

Non enim propterea debes amare amicum, vt aliquid tibi stet, vt pecuniam vel aliquid commodi temporalis, nonillum sed id quod tibi præstat: amicus gratis amandus est, propter propter aliud. Si autem coarctatte amicitiæ regula, vt gratis gas, quam gratis amandus est Deus, qui iubet vt hominem di Nihil delectabilius Deo, *Augustin. ibid.*

Solatium huius vitæ est, vt habeas cui pectus tuum aperias arcana communices, cui secreta tui pectoris committas, vt ces tibi fidelem virum, qui in prosperis gratuletur tibi, in compatiatur, in persecutionibus adhortetur. facilis vox & munis, tuus sum totus, sed paucioris est effectus. *Ambros. lib 3.*

Virtus est amicitia, non quæstus, quia non pecunia paratur gratia, nec concertatione benevolentiæ. Meliores amicitiæ inopum plerumque, quam diuitum, & frequenter diuites fine cis sunt, quibus abundant pauperes. *idem.*

Non est vera amicitia, vbi est fallax adulatio. *idem.*

Obiurget amicus amicum, non iactantiæ studio, sed affectu ritatis, neque admonitio aspera sit, nec obiurgatio contume *Ambros. de offic. mon. lib. 1.*

Si quid vitij in amico cognoueris, corripe occultè: si non rit, corripe palam; errantem amicum corrige, incorrigentem mo deferas. *idem.*

Defer amico, vt æquali: nec te pudeat, si præuenias amici officio. Amicitia enim superbiam nescit. Nam sicut amoris ferre, ita qui odit, quæstiones mouet: & qui amat, defert tiam. *Amb. ibid. de offic.*

Amicitia, quæ desinere potuit, nunquam fuit vera. *idem.*

Amicitia rerum omnium est vinculum. *idem de fide ver*

Solem è mundo tollunt, qui tollunt amicitiam. *idem de tia. cap. 7.*

Vera illa amicitia est, & Christi gluti in o copulata, quam litas rei familiaris, non præsentia corporum tantum, non & palpans adulatio, sed Dei timor & diuinarum scripturarum ciliant studia. *Hieron. in epist. ad Paulinum.*

Amicitia parem aut facit aut accipit. Vbi inæqualitas eminentia, alterius subiectio, ibi non tam amicitia quam est. Vnde & alibi legimus: Sit amicus eadem anima. pro amico precans: Seruet, inquit, animæ dimidium meæ. *super Mich. Proph.*

Delicata est amicitia, quæ amicorum felicitatem sequitur. *ibid.*

Obsecro te, ne amicum, qui diu quæritur, vix inueniatur, seruatur, pariter cum oculis, mente amittas. *Hier. in epist. ad num.*

In amicis non res quæritur, sed voluntas, quia & alter

amicis fæpè præbetur, alterum solum charitas tribuit: eadem velle & eadem nolle firma amicitia est. *Hier. ad Demetriadem.*

De amicis omnis tollenda est suspicio, & sic cum amico quasi cum alterosui quendum. *Hier. in epist.*

Cum mente malorum amicitiis iungimur, eorum culpis ligamur. Ille qui summe rectus est, eo ipso iam discrepat, quo malorum vita nostra concordat. *Greg. in pastorali.*

Veritatis permanet, nil facilè creditur, nil facilè recipitur, quod diffidium possit operari. Si vero semel inimicitiæ occupauerint animum, omnia quæ sunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ita retorquentur ad maiores proficiant inimicitias. *Chrys. in Polycr. lib. 3. super Matth.*

Nonnulli fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat: nam cum deficiunt, nisi semper acceperint. Dilectio enim, quæ munere gignitur, eodem suspenso dissoluitur. *Isid. lib. 3 de sum. bon.*

Nonnunquam accidit, vt inter amicos aliqua redargutionis asperior discordia maiorem postea charitatem parturiat, vtpote quam augmentantur ea, quæ displicere in animo videntur. *Isidorus Ibid.*

Amicis & prosperas res dulciores facit, & aduersas communione temperat, & leuiores reddit, quia dum in tribulatione amici conspiratis animis dilingitur, nec animus frangitur, & minus eadem patitur. *Ibid.*

In prosperitate incerta est amicitia: nescitur enim, vtrum persona an felicitas diligatur. Sæpè enim per simulationem colitur amicitia, quæ non potuit apertè decipere, fraudulenter inuadat. *Ibidem.*

Sæpe propter honorem quorundam mutantur & mores: & quos ante conglutinatos charitate habuerunt, postquam ad culmen honoris venerunt, amicos habere despiciunt. *Isidor. de summo bon.*

Nemo sine amicum probat, & intimæ charitatis ardorem splendor exhibet iubentionis elucidat. *Cassiodorus in quadam epist.*

Nouæ dignitates veteres solent amicitias immutare. Creat enim cor intumescentia nouos affectus nouæ dignitatis conscientia. Diuites facti paupertatis amicos cum paupertate fastidiunt, ne quid penes eos diuitem videatur inopia resedisse. Semper enim apud indignos morosos cum potestate supercilium. *Ibid.*

Qui vere amicus est, omni tempore diligit, nam eum tormentum necessitatis, labor non laxat, thesaurus non superat, alienus amor non occupat. *Cass. in epist.*

Amicitia tanto certior est, quanto vetustior: quia facilè mutari non potest quod per longa secula custoditur. *Ibid.*

Fulcitur etenim, vt qui amicus erat in prosperis, amicitias profiteatur in aduersis. *Ibid.*

Sine amicis omnis cogitatio esset tædium, omnis operatio labor, omnis terra peregrinatio, omnis vita tormentum, sine quorum fortasse nec mori esset. *Ibid.*

Amicus est, qui nobis vsu vitæ similis pio ac fideli iungitur.

Veri amicitia tantum inter bonos oritur, inter bonos profuit, inter optimos consummatur. *Cass. super. Psal.*

¶ Poeticae Sententiae.

Manil. 8.

Inconcilio ex semet natura creauit
Pulcre amicitia maius, nec rarius vnquam.
Vnus erat Pylades, vnus qui mallet Oreſtes
Ipſe mori, lis vna fuit per ſecula mortis:
Alter quod raperet fatum non cederet alter.
Et dum qui potuere ſequi vix noxia pœnis,
Optauit, rauim ſponſor non poſſe reuerti:
Sponſorem, reus timuit, ne ſolueret ipſum.

Ouid. 3. Triſt. 4.

Viue ſine inuidia mollesq; inglorius annos
Exige, amicitias & tibi iunge pares.

Ouidius ad Piſonem.

——— Dignare tuos aperire penates.
Hic ſolum petimus: nec enim me diuitis auri
Impreſſa fames, & habendi ſeua libido
Impulerant, ſed laudis amor iuuat optime tecum
Degere.

Ouid. 3. Pont. 1.

Fabula narrata eſt, poſtquam vulgaris ab illo
Laudarunt omnes facta, piamq; fidem.
Dolicet hic etiam, quia nulla ferocior orta eſt,
Nomen amicitiæ barbara corda monet.

Lucanus 8.

Aduerſi non deeſſe decet, ſed læta ſecutos.
Nulla fides, nunquam miſeros elegit amicos.

Ouid. 3. Triſt. 4.

Vſibus edocto ſi quidquam credis amico,
Viue tibi, & longe nomina magna fuge.

Ibidem.

Nam foret Eumenides orbis, ſi filius eius
Similis Achilleos non adamaſſet equos.

Nec natum in flamma vidiſſet, in arbore natas,
Cepiſſet genitor ſi Phaethonta Merops.

Horat. 1. epiſt. 18.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici:
Expertus metuet, tu dum tua nauis in alto eſt,
Hoc age, ne mutata retrorſum te ferat aura.

Ouidius ad Piſonem.

Sed lateri nullus comitem circumdare quærit,
Quem dat purus amor, ſed quem tulit impia merces,
Nec quisquam vero pretium largitur amico,
Quem regat ex æquo, vtrinq; regatur ab illo.

Ouid. 2. de Pont.

Turpe erit, in miſeris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tuliſſe tuum.
Turpe referre pedem, nec paſſu ſtare tenaci:
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem.
Turpe ſequi caſum & fortunæ cedere: amicum
Et, niſi ſit felix, eſſe negare ſuum.
Non ita Sixerunt Strophio atq; Agamemnone nati:
Non hæc Ægidæ, Pirithoiq; fides.
Quos prior eſt mirata, ſequens mirabitur ætas:
In quorum plauſus tota theatra ſonant.

Plautus Trin.

Ne amicum caſtigare ob meritam mallem noxiam,
Immane eſt facinus: verum in ætate vtile & conducibile.
Nam ego amicum hodie meum concaſtigabo pro commerita noxia
Inuitus, ni me id inuitet, vt faciam, fides.

Solon per Auſon.

Clam coarguas propinquum: propalam laudaueris.

Horat. 1. Serm. 4.

——— Abſentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante, &c.
Hic niger eſt: hunc tu Romane caueto.

Plaut. Moſt.

Bene igitur ratio accepti, atq; expenſi inter nos conuenit.
Tu me amas, ego te amo, meritò id fieri vterq; exiſtimat.
Hæc qui gaudent gaudeant perpetuo ſuo ſemper bono.

Plaut. Bacchid.

Multi more iſto atq; exemplo viuunt, quos cum cenſeas
Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimonii,
Lingua factioſi, inertes opera ſubleſta fide.

Idem Pſeud.

Pauci ex multis ſunt amici homini, qui certi ſient.

Silius 11.

——— Quæ tanta obliuio recti
Magnam, atq; in magnis rebus populisq; virisq;
Aduerſam oſtentare fidem, nunc tempus inire
Prælia pro Rutilis, nunc ſigna aciemq; mouere.
Dum trepidare res, & medicinam vulnera poſcunt.
Is locus officio, cum ceſſant proſpera, cumq;
Dura ad opem fortuna vocat. nam læta fouere
Haud quaquam magni eſt animi decus.

Terent. Adelph.

——— Nam vetus verbum hoc quidem eſt:
Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.

Plaut. Epid.

Is amicus eſt, qui in re dubia te iuuat,
Vbi re eſt opus.
Nihil homini amico eſt opportuno amicius.

Horat. 1. Serm. 3.

At pater vt gnatis ſic nos debemus amici,
Si quod ſit vitium non faſtidire.

Petronius Arbit.

Cum fortuna manet, cultum ſeruatis amici:
Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Plaut. Trin.

Bene ſi amico feceris, ne pigeat feciſſe,
Vt potius pudeat, ſi non feceris.

Ennius Anna.

Hocce locutus vocat, qui cum bene ſæpè libenter
Mens ſam ſermones ſuos, rerumq; ſuarum
Comiter impertit, magna cum lapſa dies
Parte fuiſſet, de paruis ſummisq; gerendis
Conſilio indufero, lato, ſancto q; Senatu,
Cui res audaciter magnas, paruasq; locumq;
Eloqueret, quæ tincta malis, & quæ bona dictu
Euomeret, ſi quis vellet, tutor locaret:
Quo cum multa voluptate, ac gaudia clamq; palamq;
Ingenium, cui nulla malum ſententia ſuadet,
Vt facinus faceret: lenis, tamen haud malus. idem
Doctus fidelis, ſuauis homo facundus ſuoq;
Contentus ſcitus, atq; beatus, ſecunda loquens in
Tempore, commodus, & verborum vir pancorum,
Multa tenens antiqua, ſepulta & ſæpe vetuſtas
Qua facit, & mores, veteresq; nouosq; tenentem,

Multorum veterum leges, diuumq́, hominumq́;
Prudentem, qui multa loquitur, tacereve posset;
Hunc inter pugnas compellat Seruilius sic.

Hesiod. lib. 1.

Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.
Τὸν καὶ μᾶλλον καλεῖν, ὅστις σεθεν ἐγγύθι ναίει.
Εἰ γάρ τι καὶ χρῆμα ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες αἰζηοὶ ἐκιόν, ζωστῆρα δ' ἐπποί.
Amicum ad conuiuium vocato, inimicum vero sinito:
Eum vero potissimum vocato, quicunq́ te prope habitat,
Si enim tibi & negotium aliquod domesticum accidat,
Vicini diſcincti accurrunt, cinguntur autem cognati.

Idem lib. 2.

Δειλός τις ἀνὴρ φίλον ἄλλοτε ἄλλον ποιεῖται.
Miſer namq́ vir alias alium facit amicum.

Theognid.

Πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντιτέτακται
ἄξιος, ἐν χαλεπῇ κύρτῃ δ' ἐγνώσατο.
Πάντες ἐυφρονέειν πολυπαίδη ἀνδρὶ ἔοικεν
Πιστοὺς ἐν χαλεποῖς πρήγμασιν ἐγνωκότες
Οἵτινες ἂν τολμῶεν, ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες,
ἴσον τῶν ἀγαθῶν τῶν τε κακῶν μέτ' ἔχειν.
Fidelis vir auro & argento rependi
Dignus (eſt) in moleſta Cyrne ſeditione.
Paucos inuenies ô Polypæda viros amicos
Fideles in difficilibus rebus perſiſtentes.
Qui auſint concordem animum habentes,
Aeque bonorum malorumq́ participes eſſe.

Heſiodus.

Μηδ' ἐπολύξεινον, μήτ' ἄξεινον καλέεσθαι.
Nec multũ, nec paucis dicaris amicus.

Ex Comicis & Tragicis Græcis.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον φίλου.
Nulla eſt amico pulchior poſſeſſio.
Φίλους ἔχων νομίζε θησαυρὸς ἔχειν
Cui ſunt amici, eſſe ſibi theſauros putet.
Μακάριος, ὅστις τυγχάνει φίλου.
Generoſum amicum poſſidens, beatus eſt.
Νόμιζε πάντας τοὺς ἀληθεῖς φίλους.
Veros amicos ducito fratrum loco.
ἴσον θεῷ σέβε τοὺς φίλους τιμῶν φίλους.
Honora amicos tanquam honorares deos.
ἐν τοῖς ὅτ' ὄντοις χρημάτων κρεῖττον φίλος.
Nummis potior amicus in periculis.
ἐν τοῖς κακοῖς δὲ τοὺς φίλους εὐεργέτει.
Sis beneficus amico in periculis.
Μὴ φεῦγ' ἑταῖρον ἐν κακοῖσι κείμενον.
Ne fuge ſodalem, quum calamitas ingruit
Φίλον δ' ὀργὴν ἐν κακοῖς μὴ παῤῥῆς.
Amicum ob iram deſerere cane in malis.
ἰδίας νομίζε τῶν φίλων τὰς συμφοράς.
Caſus amicorum eſſe cenſeas tuos.
Φίλος φίλῳ γὰρ συμπόνων αὐτῷ ποεῖ.
Sibi laborat ipſe, amico qui ſuo.
Καλὸν τὸ κῦμα δ' ἐστὶν εὐπράτων φίλος.
Eſt dulce amici res videre proſperas
Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.
Vt ignis aurum, tempus ita amicum probat.
Φίλον βέβαιον ἐν κακοῖσι μὴ φόβῃ
Ne fidum amicum ſorte in aduerſa time.
ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος οὐκοῦν ὢν φίλοι.
Aduerſa cui ſors, huic amici ſunt procul.
Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους.
Inuenit amicos hominibus pecunia.
ἐὰν ἔχωμεν χρήματ', ἕξομεν φίλους.
Habebo amicos, ſi habuero pecuniam.
Πολλοὶ πραπίζῃς, ἐκ ἀληθείας, φίλοι
Plerosq́ amicos menſa habet, non veritas.
Δεῖ τοὺς φιλοῦντας πίστιν, ἀλλ' ὄχλους ἔχειν.
Habere amicum haud verba, ſed fidem decet.
Πειρῶ φίλοισι μὴ κακὸς εἶναι φίλος.
Conare amicis eſſe amicus non malus.
Καλὸν φέρουσι καρπὸν οἱ κακοὶ φίλοι.
Fructus amici proferunt mali malos.
Καλὸν τὸ μηδὲν εἰς φίλους ἁμαρτάνειν.
Delinquere in amicos nihil laudabile.
Οἷς μὴ χώρει τὰ κρύφια μὴ ἐκφάνῃς φίλοις.
Arcana amici ne perviam prodito.
Φίλος μὲ βλάπτων ἐκ ἐχθροῦ διαφέρει.
Ladens me amicus ab inimico haud diſcrepat.
Φίλῳ ἔπαινον μᾶλλον ἢ σαυτὸν λέγε.
Dic laudem amici potius ipſe quam tuam.
ἐκ ἔστιν ὅστις ἐκ ἔχει φίλους.
Homo nullus eſt, qui non amicus ſit ſibi.
Φιλεῖ δ' ἑαυτὸν πλέον οὐδὲν οὐδένα.
Haud vllus alii quam ſibi eſt amicior.
Λέαν φιλῶν ἑαυτὸν ἐχ ἕξεις φίλον.
Tibi te amanti nimis, amicus non erit.
Μηδέποτε πείρῳ δύο φίλους εἶναι κριτής.
Ne ſis amicos inter arbiter duos.
Ἐπὰν ἐν ἀγαθοῖς ἐυνοικοῦντες τις ὦσι
Ζητῇ τι κρεῖττον, ὧν ἔχει ξυτείνακά.
Bona poſſidere quiſquis & amico poteſt:
Is melius aliquid ſi petit, malum petit.
Φίλα τρόπους γίνωσκε, μισεῖν δ' ἐμὴ.
Mores amici noueris, non oderis.
ἀδίκον τὸ λυπεῖν τοὺς φίλους ἑκουσίως.
Res eſt iniqua ſponte amicos ledere.
Τοῦ μὲν τὸ σῶμα δ' ἀστὸς θεμένου κακῶς
Χρεία 'στὶν ἐπικούρου· τοῦ δὲ τὴν ψυχὴν φίλου.
Λύπην γὰρ ἐυγνὸς οἶδ' ὁ τερπνεύων λόγος.
Quarendus egro medicus eſt vt corpori:
Sic eſt amicus mentis agritudini.
Nam verba amica ſunt medela commoda.

¶ Philosophicae Sententiae.

Quis eſſet tantus fructus in proſperis rebus ſublata benignitate quæ & in amicos extat maxime, & ampliſſimis laudibus affic... *Ariſt. lib. 8. Eth. c. 1.*

Tum vocandi ſunt amici maxime, cum leui ſuſcepta moleſtia profuturi ſunt plurimum. *Ibid.*

Caſus poſterorum ac amicorum omniũ nihil omnino non ad... gere, valde ab amici officio, alienum ſit, ſententiisq; omnium re... gnare videatur. *Lib. 1. Eth. c. 11.*

Gratificari & opitulari amicis, vel peregrinis, vel ſodali, ... diſſimum eſt. *Lib. 2. Mag. Mor. c. 5.*

Ciuitatibus nihil maius vel melius amicitia dari poteſt. *Lib. ... Repub. c. 2.*

Duæ cauſæ ſunt, quæ hominibus inter ipſos neceſſitudi... moremq́; conciliant: id quod priuatum eſt, & id in quo eſt co... ligendi. *Ibid.*

Morum diſſimilitudo diſſociat amicos, *lib. 1. Oeconom. c. 4.*

Affinitates extiterunt in ciuitatibus & ſodalitates, & facrifi... & rationes vitæ victuſque communis, quod amicitiæ officium ... quando quidem in coniunctionis vitæ voluntate amicitia cern... *Lib. 3. de Repub. c. 6.*

Quæ amicorum opera fiunt, per nos fiunt quodammodo ... principium in nobis ſitum eſt. *Lib. 3. Eth. c. 3.*

Sunt amicitiæ ſpecies, ſodalitium, familiaritas, propingu... & quæcunque eiusmodi. Amicitiam vero efficiunt gratia, ... quid feceris non rogatus, & non ſignificaris cum feceris: ſic ... ipſius cauſa videris & non aliud feciſſe. *Lib. 2. Rhetor. ad Theod. cap. 4.*

Amicorum ſtudioſum eſſe pulchrius eſt, quam pecuniarum ... Quare, ſtudia quoque in amicos pecuniarum ſtudio. *Lib. 2. Rhet. ad Theodect. c. 7.*

Eos amicos comprobabimus, qui ſint nobis moribus non d... miles, & quibus eadem quæ etiam nobis conducant: & quibus ... gnis in rebus communis nobiscum fortuna ſit. Talis enim am... tia perdurat maxime. Socios autem eos facere debemus, qui d... ſtiſſimi ſint, & non mediocri valeant potentia: & in proximo ... tent. Hoſtes autem faciemus, qui horum ſunt contrarii. *in lib. d... ad Alex. c. 39.*

Plenæ ſunt obiurgationum, plenæ querelarum & crimina... num eæ omnes amicitiæ, quæ fructibus emolumentisque dig... tur. *Lib. 8. Eth. c. 13.*

Ita definiendus eſt fortaſſe numerus amicorum, vt non plu... ſint, quam cum quibus vitam liceat traducere. *Libr. 9. Ethicor. cap. 10.*

Amor eſt veluti quædam excellens ac præſtans amicitia; quo... nus tantum cum vno iungitur. *Ibid.*

Amicitia ex iis maxime cauſis gignitur. Si gratis beneficium ... deris, ſi non rogatus, ſi poſtea quum dederis, tu illud non ... ueris. *Lib. 2. Rhet. c. 4.*

Suaui eſt amicorum præſentia, & in proſperis rebus & aduer... Mœrores enim & luctus facit amicitia communicans partem... leuiores. *Lib. 9. Ethic. c. 11.*

Amici aſpectus ſuauis eſt, ei præſertim, qui in miſeriis luctu... verſetur: in eoque ad depellendum dolorem præſidium quod... eſt paratum & conſtitutum. *Ibid.*

Amicus ſi verus ſit & ingenuus, aſpectu & ſermone conſolari ... teſt. *Ibid.*

Vltro ad ſocietatem & communionem proſperitatum amicu... candi ſunt: (nam pulchrum eſt benignitate vti haud grauate ... ſocietatem vero calamitatum, timide ac raro. *ibid.*

Magnum eſt ad amicitiam momentum, vna educatos & æqua... eſſe: quoniam & æqualis æqualem delectat: & vitæ conſuetudo ... fiunt ſodales. *Lib. 8. Eth. c. 12.*

Amicitia, quam morum ſimilitudo bonorum conglutinat, ... quoniam propter ſe eſt, permanet. Hanc autem talem amicitiam ...

Veras conglutinauit, in qua ex animo & voluntate ponderanda est remuneratio. *lib.9.Ethic.c.1.*

Amicitiam tibi esse dicimus, vbi est amor reciprocus. *lib.2.Mag. Mor.c.11.*

Absque amicitias vtilitatibus & suauitate dirigunt, cum hæc quidem non sequuntur, non est alienum discedere. *lib.9. Ethicor. cap.3.*

Vt amis potius gratificari putamus oportere, quam externis: sic veteri amicitiæ aliquid tribuendum est, nisi propter quandam iniquam improbitatem facta sit distractio. *Ibid.*

Perquam amabilisque amicus est: & præterea nobis multorum bonorum author esse potest. *Libro primo Rhetoricorum capite 5.*

Amor quidam est erga inanimata, vt erga vinum. *lib.2. Mag. Mor.cap.6.*

Amicitia nulla est, nec ius vllum cum rebus inanimis: nec cum equo quidem & boue: nec cum seruo, quia seruus est. *libr.8. cap.11.*

Amicitiarum fucatarum illa magis nomen videtur obtinere amicitiæ, quæ delectatione & iucunditate vitæ dirigitur. *Ibidem.*

Cum eo magis cernatur amicitia, vt diligamus, iisque, quibus charissimi amici, laudentur, fit vt amicorum virtus sit in amando. Itaque omnes, qui hoc faciunt pro dignitate, amici stabiles, constantesque sint habendi: eorumque firma & stabilis amicitia est. *lib.8.Ethic.c.3.*

Prouerbium illud recte, *Amicorum bona communia:* quandoquidem amicitia in societate consistit. *libro octauo Ethicorum cap.1.*

Inmalorum amicitia nihil firmum, nihil stabile est: quippe qui sui similes non permaneant. Ad tempus amicitias colunt: cum interim sibi inter se alter alterum improbitate flagitiisque obiectant. *lib.8.ethic.c.8.*

Amicitia aut virtus est, aut cum virtute coniuncta. *lib.8. Ethic. cap.1.*

Amicitia ad vsum vitæ est necessaria maxime. *Ibid.*

Itaque maxime opibus, principatu & potestate excellit, ita amicis indiget maxime. *Ibid.*

In pupertate cæterisque asperis rebus omnibus amicorum bonorum perfugium solum putant commune esse omnium. *Ibidem.*

Vitur amicitia Rempubl. continere, & maiore, quam iustitia, in his legumlatoribus. *Ibid.*

Amicitia & beneuolentia inter se aperte colligati debent esse, & se vicissim vtroque bonis affici. *lib.8.Ethic.c.2.*

Omis amicitia vel ad fructum dirigitur, vel ad voluptatem: id-que aut simpliciter ac per se, aut eius quo cum intercedit amicitia omnis quadam inter amicos paritate & similitudine constat, quæ inter se insunt omnia. *lib.8.Ethic.c.3.*

Amicitiæ propter voluptatem ac propter vtilitatem, fucatæ sunt & spurcitiæ amicitiæ: quoniam non idcirco qui diligitur, colitur, qui ipse sit: sed quia vel vtilitatis minister sit, vel præbitor voluptatis. Quocirca celeriter hæ tales amicitiæ dirimuntur. *Ibidem.*

Perfecta illa amicitia est, qui viri boni pari virtute præditi, inter se consuescunt & copulati. Et qui amicos affici bonis cupiunt: illorum causa il maxime amici habendi sunt. *lib.8.Ethic.c.3. & lib.2. Mag.Mor.c.11.*

Diuturnum interualla funditus non tollunt amicitiam, sed officia & sermonem. Quod si sit diuturna absentia: amicitiam quoq; delet acerbum obliuione. Vnde prouerbium: *Sæpe periisse amor est per longum tempus sustinuisse. lib.8.Ethic.c.5.*

Perfecta cum multis amicitia institui non potest: sicuti fieri non potest, vt insano amore vna multi colantur. *libr. 8. Ethicorum cap.6.*

Amicitiæ principium & fons beneuolentia: quemadmodum amorum leuitatum est ea voluptas, quæ ex sensu oculorum capitur. *lib.9.Ethic.c.5.*

Beneuolentiam translato nomine otiosam amicitiam licet dicere: quam tempore confirmatam cum auxit consuetudo, amicitia nascitur, non quæ vtilitatis aut suauitatis causa fingitur: quandoquidem eorum causa nemo cum alio beneuolentia coniungitur. *Ibidem.*

Beneuolentia quanquam videtur, tamen non est idem, quod amicitia: nam beneuolentia cum iis etiam coniuncti sumus, quos ignoramus, eademque occulta esse potest: amicitia secus. *Ibidem.*

Qualis benigne agunt, eorum causa, nulla vtilitate quæsita, eos beneuolos appellant: si idem ab aliis vicissim non fiat, *libr. 8. Ethic.c.2.*

Quidam seueri & tristes homines beneuolentia inter se coniunguntur, cum suos bonis velint affici, & adiumenta præsidiaque suis rebus datis petant: tamen amicitia inter eos locum non habet: quod cum illis versari nequeant. *l.8.Ethic.c.5.*

Præstat rum est benefacere, non vt gratiam exigas: beneficiis autem affici vtile & fructuosum. Referenda quidem est gratia, si modo possis, idque vltro. *lib.8.Ethic.c.13.*

Incidunt huiusmodi tempora cum beneficium, quo prouocati sumus, reddendum non est. *lib.9.Ethic.c.2.*

Benefici vehementius eos diligere videntur, in quos beneficia contulerunt, quam ii, qui acceperunt, eos qui dederunt. *lib.9.Ethic, cap.7.*

Ii qui bene meriti sunt, eos diligunt, & charos habent, apud quos beneficia collocarunt, etiamsi in præsens nihil ex iis emolumenti percipiant nec sint percepturi in posterum. *Ibid.*

Qui beneficium accepit, opus beneficiorum est, quod eis charius est, quam operi procreator & author. *Ibid.*

Amicos probabis ex calamitate in vita, & communicatione periculorum. Aurum enim igne probamus, amicos aduersa fortuna cognoscimus. Item: Vera amicitia tria requirit maxime, virtutem tanquam honestam, & familiaritatem vtiucundam, & vsum tanquam necessarium: nam vbi iudicaris, recipere debes, & congressu lætari, & vti si egeas. *Max.ferm.de amicitia. Plura vide apud Isocratem ipsum admonit. ad Nicoclem.*

Amicitia est diuinarum humanarumque rerum summa cum beneuolentia consensio. *Cic.de amic.*

Itaque ciues potiores quam peregrini, propinqui quam alieni, cum his enim amicitiam natura ipsa peperit, sed ea non satis habet firmitatis, nam in hoc præstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Sublata enim beneuolentia, amicitiæ nomen tollitur, sed propinquitas manet. *Ibid.*

Excepta sapientia nihil melius datum est homini à diis immortalibus amicitia. Quid enim dulcius, quam habere cum quo omnia audeas sic loqui vt tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes amicum, qui illis æque ac tu ipse gauderet? Aduersa etiam ferre difficile esset, sine eo, qui illa grauius etiam quam tu feret. *Ibid.*

Amicitia res plurimas continet, quocunque te verteris, præsto est, nullo loco excluditur, nunquam intempestiua, nunquam molesta est. Itaq; non aqua, non igne, non aere, locis pluribus indigemus, quam amicitia. Nam secundas res splendidiores facit: & aduersas partiens communicansque leuiores. *Ibid.*

Non sum amicus, nisi quicquid agitur ad rem pertinens, meum sit, consortium omnium rerum inter nos facit amicitia, nec secundis quicquam singulis, nec aduersis commune viuitur: conuersari cum amicis habentibus licet, & quidem quoties velis, quamdiu velis, amicus animo possidendus est. *Sen.epist.48.*

Non potest quisquam bene degere, qui se tantum intuetur. Alteri viuas oportet, si vis tibi viuere. Hæc societas diligenter & sanctè obseruata, quæ nos homines hominibus miscet, & indicat aliquod esse commune ius generis humani. *Ibid.*

Nihil æque ægrum reficit, sicut amicorum affectus: non iudico me mori, quum illos superstites reliquero: puto, inquam, me victurum, non cum illis, sed per illos. *Idem.79.epist.*

Dissimilitudo morum, distantia vitæ, & ingenia contraria soluunt amicitiam. Amicitias probatas enixè pete, constanter retine, perenniter serua, inimicitias indictas exerce honestè, tardè crede, celeriter depone. *Idem in extrema parte epist.*

Omnes amicos habere operosum est: satis est inimicos non habere. *Ibid.*

Nunquid amici noui anteponendi sunt veteribus: vt equis veteribus teneros anteponere solemus? Hæc indigna homine dubitatio est, vetustissima quæque debent esse suauissima in amicitia. *Ibidem.*

Nullum habet maius malum occupatus homo, & bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus non est, & quod beneficia sua efficacia iudicat ad faciendum amicos, cum quidam quo plus debent, eo magis oderunt. *Ibid.*

Qui se spectat & propter hoc ad amicitiam venit, male cogitat, quemadmodum cœpit, sic desinet: nec esse est vt initia inter se & exitus congruant. Qui enim vtilitatis causa assumptus est, tandiu placebit, quamdiu vtilis fuerit, hunc florens amicorum turba circumsedit, circa euersos solitudo est, & veri amici fugiunt, vbi probantur. *Idem 9.epist.*

Negotiatio est non amicitia, quæ ad commodum accedit, detrahit enim amicitiæ, qui illam parat ad bonos casus. *Idem in epistol.*

Si aliquem amicum existimes, cui non tantum credis quantum tibi, vehementer erras, & non satis nosti vim veræ amicitiæ? *Idem epistol.3.*

Falsi amici pro consilio adulationem adferunt, & vna est eorum contentio, qui blandissime fallant. *Idem in extrema par. epistol.*

Cum amicis breues rationes, longas amicitias oportet habere. Principium amicitiæ, bene loqui, grande exordium inimicitiarum maledicere, amicum prosperitas inuenit, sed aduersitas probat. *Ibidem.*

Amicos in secreto mone, palàm autem lauda, vires tuas amici magis sentiant beneficiis quam iniuriis. *Idem de mor.*

Amici vitia si feras, facis tua. Ita amicum habeas, vt inimicum putes, ita crede amico, ne sit inimico locus. *Seneca in Prouerb. Philosoph.*

Nulla pusilla domus, quæ multos recipit amicos. Talem diligentiam exhibe in amicis comparandis, ne incipias amare, quæ deinceps possis odisse. *Ibid.*

Quanti tales amicos habere voluerunt, & ipsi tales esse non possunt. Tu primum exhibe te bonum, & quære alterum similem tibi. *Ibid.*

Amico mutuam roganti me pecuniam si dedero, & amicum & pecuniam perdo. *Ibid.*

Coagulum amicitiæ est cum bonis conuiuium. *Ibid.*

Quis est amicior quam frater fratri? Aut quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fuerit? *Salluſt. in Iugur.*

Non exercitus, neque thesauri, præsidia regni sunt: verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio & fide parantur. *Idem.*

Cupere eadem, eadem odisse, eadem metuere, homines in vnum cogunt: sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. *Idem.*

Idem velle atque idem nolle, eadem demum firma est amicitia, *Idem.*

Mihi defunctorum amicorum cogitatio dulcis est: habui enim illos tanquam amissurus: amisi tanquam habeam. *Seneca epist. 3.*

Sunt qui effutius mœrent, quia verentur ne dubium sit an amauerint. Sera iudicia sui affectus quærunt. Si habemus alios amicos, male de his & meremur & existimamus, quia parum valent in vnius elati solatium. Si non habemus, maiorem iniuriam ipsi nobis facimus, quam à fortuna accepimus, illum vnum abstulit, nos quemq; non facimus: deinde nec vnum quidem nimis amauit, qui plus quam vnum amare non potuit. *Idem epist. 63.*

Πάντων μὲν ἀποστερεῖσθαι λυπηρόν ἐστιν ἡμῖν χαλεπὸν, ἄλλως τε κἂν ὑπ' ἐχθρῶν τοῦτο συμβαίνῃ· μάλιστα δὲ ἡμῖν τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας, ὥσπερ καὶ τὸ τυχεῖν τῶν μεγίστων ἐστὶν ἀγαθῶν.

Cum rebus quidem omnibus priuari acerbum & graue sit, præsertim si ab inimico istud eueniat, tum vero maximè beneuolentia vestra & humanitate quanto à vobis ea consequi maximum est. *Demosth. in orat. de coron.*

Οὐ μικρὸν ἡγοῦν εἶναι τοῖς ὑμῖν γένοιτο ἀγαθὸν, ἢ παρὰ πάντων ἑκόντων ἀνυπόπτως τυχεῖν εὐνοίας. ὧν τῶν περὶ τῆς τῶν Ῥοδίων.

Nullum maius bonum vobis contingere potest, quam omnium beneuolentiam, nulla adiuncta suspicione summa illorum voluntate consequi. *Demosth. in orat. de lib. Rhodiorum.*

De amicitiis infidelibus. Dial. XXVII.

Franciscus Petrarcha.

DOL.

De amicitia queror. R. Quid hic hostibus faciat, qui de amicis querimoniam instituit? D. Amicos experior infideles. R. Impossibilem rem narras. Ne forte autem amicos credideris, qui non errant, nempe id non modo possibile, sed commune est. D. Infideles sunt amici. R. His querelis plenus est orbis terræ. Verum amicitia, infidelitasque non coeunt. Qui infidelis esse incipit, desinit esse amicus, seu (quod potius crediderim) nunquam fuit. Cumque omnis virtus immortalis sit, omnis fictio æui breuis. Non fides est sublata, sed fictio. D. Infidos experior amicos. R. Amici falso habiti, si nunc primum infidelis animi latebras pandunt, erroris tui finem lætus aspice, & caueto interim ne morbi contagia in te serpant, sed quicunque illi fuerint, tu amicitiæ fidem serua, & si non propter meritos, at propter te meritum aliena peste non infici, quod libentius facies, si quantum tibi displiceatur illorum præsidia, ipse tecum acriter excusseris. Sæpe vitii odium calcar ad virtutem fuit. D. Immeritus amicorum odia contraxi. R. Odiosi ciues, odiosi socii, odiosi cognati, odiosi coniuges, odiosi fratres, odiosus demum patri filius, & filio pater. Et ad summam nulla necessitudo est, quæ non odiis esse possit infecta. Sola quidem amicitia sincera mali huius ignara est. Interq; hanc, & reliquas, hoc interesse diffiniunt, quod illæ omnes adiuncto odio durant, nomenque suum retinent. Huic vni non modo, si odium accesserit, sed si amor abscesserit, amicitia iam non est, neque vero magis odiosus amicus esse potest quam amor etiam odiosus. D. Perfidos patior amicos. R. Si quid spei reliquum, perfer, dum in fidem redeant, & ardenter ama. Multi enim tepido amore amicitias extinxerunt, aut parum fidendo perfidiam docuere. Si nec ita proficis, spesque omnis interiit, vtere consilio Catonis, qui amicitias quæ non placent, sensim dissuendas censuit, non subito discindendas ne geminum graue damnum simulque & amici perditi videantur, & quæsiti hostes, nisi forte acrior casus ac moræ impatiens maturo consilio vti vetet, qui si incidat inter ærumnas amicitiarum vltimas numerandus erit, ferendus tamen alto animo, vt reliqua, cedendumque necessitati, & parendum tempori, sed hic casus veræ vix amicitiæ tunc notus est.

De amicitiis Regum. Dial. XLIX.

GAVD.

Quæsiui mihi Regum amicitias. R. Hominum vera amicitia rara est. Tu tibi Regum fingis amicitias, quos fortunæ splen[dor] morque animi omnium imparium contemptores facit. G. bus carus sum. R. Vilis ergo tibi est anima, virtus, fama, qu cium, securitas: notus est mos Regum. Vix diligunt, nisi, qu mnibus neglectis & abiectis illorum se fæuitiæ, ac libidini, & tiæ seruum fecit. Si ergo es charus Regibus, non est quod de te quæram, vilis es tibi. G. Ego autem bonitate ac virtu charus Regibus. R. Quid respondes Crispo? Nam regi quit, boni quam mali suspectiores sunt, semperque his alien tus formidolosa est. G. Regi meo bonis artibus sum carus. bus, quæso, aucupio an venatu? Horum enim studiosum cedenti te colloquio quodam notaui. An vero militia, de qu xime disputatum est, quæ nisi largo sanguine magnisque pe honestetur, non militiæ, sed militaris ignauiæ nomen tenet Regum modo iudicio, sed vulgi. G. Bonis artibus regi carus R. Vanitate, an periculo, an criminibus? fortassis homicidio, ficio, lenocinio, proditione, blanditiis, atque mendaciis, mal sed publica, quanquam vsus excusset, & commender vbaniti sunt quidem artes promerendis regibus aptiores, quibus inn nihil est quam virtus & literæ. In his igitur nulla spes ad ami regum, odii potius causa sunt. Sic inter sapientiam, ac fortuna ra est pax. G. Magnus apud regem sum. R. Maior ne quam ap lexandrum Lysimachus, apud Tiberium Seianus? vtriusq gnitudinem & ruinam nosti. Etsi de primo variant scriptores quo alios, longa est historia. G. Carus sum regi meo. R. Mel incognitus, melius forsitan odiosus, fugeres quod nunc fe discrimen. Peior est auibus inuitantis aucupis blanda mod quam villici ionitus deterrentis. G. Meo sum carus regi. R. quorum dubites periculosior ne sit caritas, an odium, pesti pentibus, quibus insunt veneni mixta remedia. In his vero su pestilens ac nociuum inest, seu oderint, seu diligant, prope par lum, nisi quod odium fugat, amor detinet. Et ad summam re amicitiis præter regna ipsa nil vsquam inquietius, nilque pe sius, & si hoc periculum non ignorem frustra sæpe multis op sæpe magis emptum, quæritumque periculis. Sic est vitæ num, sic periculis emitur periculum multis vnum, magna mum. Mira res: bonum ingens spernitur gratuitum, magnum maius malum quæritur. G. Spero me Regi meo carum. R. Id de speras, quale sit cogita: fundamentum fragile, tremulum, ca crebræ notæque regum indicant ruinæ. Vertex nubilosus, tur inquietus, quod sic esse vita Regum probat tristis, occupata, d lis. Vide ergo vbi struxeris, vt fortuna sic voluntas regum v inconstans, ac semper incerta, quanquam nec stantibus illis b liquid ista res habeat, mali multum. G. Amicitiam regis me periculis ac fudore promerui. R. Heu quanto tutius quantoq cilius Regis omnium amicitiam meruisses.

De amicorum abundantia. Dial. L.

GAVD.

Amicitiis abundo. R. Mirum tibi vni rei huius abundantia se, cuius quidem cunctis hominibus penuria tanta sit, vt ex co bus sæculis vix pauciſſima memorentur amicorum paria. G. amicitiæ multæ sunt. R. Fucatæ igitur. Veræ enim amicitiæ bonum, vsque adeo, vt qui vnam longa licet in ætate quæsierit gociator rerum talium sat industrius habeatur. G. Amicus sum. R. Hoc scire non potes, nisi rebus aliis sis infelix. Verum est illud: *Felix se nescit amari.* G. Amicitiæ ceræ sunt. R. aduersitas certa est. Verum est enim illud quoque: *Amico in re incerta cernitur.* G. Amicitiæ multæ sunt. R. Huius cium experientiæ committe, non famæ multa mentiri solitæ. ciores erunt fortassis quam reris. G. Amicitiarum nimis magn pia est. R. Mitte superuacua in rebus omnibus, qui quod satis bet, amplius non requirat. G. Amicorum satis magna copia R. At id ipsum neque populo Romano tum cum maxime neque vlli mortalium contigisse apud illustrem legis cum. G. Amicitiæ multæ sunt. R. Dixi iam, fictæ igitur, quidem imperfectæ, (vt philosophis placet) quoniam teſt, vt vno tempore cum altero amicorum sit gaudendum dumque cum altero, aut inter illos orto odio vel hinc fidem linc vel vtrinque desercre sit necesse. G. Copia est vtilium ac stabilium amicorum. R. Sentio, ad vulgares amicitias de das, quæ tamen ipsæ simul plures esse vix possunt, quod m tribuere familiariterque conuenire operosissimum sit, præsertim in executione cuiuspiam difficilis atque ingen ris occupato. G. Amicos, qui prosint, & delectent habeo. G ducæ amicitiæ, quarum delectatio vel vtilitatis fundamen est. Nam & stantibus illis tremunt, & recedentibus ruunt. possibile tantum, sed perfacile, immo vero prope necessa quod hæc plerunque vel fortunam sequuntur, vel æratem mæque gratiam, quibus nihil incertius. At quæ in virtute dantur immortales sunt, eo quod virtus ipsa quiddam stabile mumque sit & (vt verbo vtar Aristotelis) manſurumque niam mori nequit. Ideo quos propter honestum dilexim mus vel extinctos. G. Amicos ni fallor fidos habeo. R. Vi

tem ne filiis,neve experiri cupias.Nam sæpè cuius rei fuerat dulcissimarum fuit experimentum. G. Amicos puto bonos habere. R. Vide id putes etiam atque etiam examina, atque illud interim quorum ipse ames.Sunt enim qui non ament & amari putent,quam nihil est stultius. isque communis error est diuitum, a-mores pecunia emi credunt, qui mutuo quæritur amore. Generosum & bonus animus, non herbis neque carminibus magi-cis mouetur. Non auro aut gemmis, non ad extremum ferro flectitur,amando vincitur colendoque. Estque hoc Hecatonis Græci philosophi amatorium notissimum, quod Senecæ placuit & mihi. Si vis amari ama, quanquam & hoc ipsum sæpè frustra est, tam multorum quæ imperscrutabiles ac profundæ sunt pectorum ca-uernæ,tam venenosi atque inhumani, & implacabiles quorundam animi,vt de cultu spernant & amati oderint,nec contenti nullam pio affectui vicem reddere (quod nec beluis quidem nisi atrocissimis accidit)exasperantur obsequio, & (si credi potest) amore ad odium transmittunt, quod periculosissimum & inter vitæ mala grauissimum habeo. R. Et hoc quidem amicitiæ perpetuum epitheton, quod de lingua abest,adest intellectui. Itaque breuius loqui potes. Dic amicos,ita optimos dixeris. G. Habere amicos credo. R. Caue ne fallim credas,ne quando aliter credere ipsa res cogat. Abyssum animi mei cui non est hominis. Nunc amicos vobis vina conciliant, la-chrymæ autem probant, & quod debuit primum esse nouissimum est. G. Amicin hoc statu rerum multi sunt, R. Rerum credo felicium. Ita enim ferme accidit,vt & si fortuna omnis amicitiis egeat, illi tamen amicorum copia maior sit, cui rerum cæterarum indigena minor est,sic inopiam semper inopia.copiamque comitetur copia. Crescat siue adueniat egestas,decrescent seu abibunt, seu vero degruntur amicitiæ, qui amici tui fuerunt, qui fortunæ, illa videbunt abeunte. Te tui sequentur, illam sui, hæc melior, illa deterior cæterua. Nec est quod mirari debeas vase exhausto illos abesse,qui solam vini dulcedinem sequebantur. Aduersitas simu-lationem abigit, fæx potatorem. G. Innumerabiles habere videor amicos. R. Beneais,videor. Vnde tibi autem hæc opinio cum o-mnium veræ amicitiæ rarissimæ sint ,innumerabiles tuas esse? Persua-sum autem debet esse inprimis nisi inter bonos amicitias non con-stare,hinc iam certius æstimabis quot non dicam tibi, sed humano genere amicitiæ putæ sint, connumerare cœperis quot sint boni. G. Amicos habeo complures. R. Notos dic, idque quam veraci-ter fabricaturus, in dubio est. Nullum enim animal, nulla merces difficilior cognitu,quam homo.G. Amici multi sunt mihi. R. Con-uiuiales forsan, aut conuiuiæ. Hi enim nisi epulæ defuerint non desunt. Amici autem semper pauci, sæpe nulli, sæpe (quod ini-quissimum est) amici nomen domesticus hostis tenet, & sub velo fraternæ benuolentiæ, familiares insidiæ delitescunt. G. Supra neces-sarium sint amici. R. Apprime necessarius fere omnibus, maxi-me potentibus,deest semper qui scilicet inter tot assentatorum mendacia verum loqui audeat & velit , qua in re multis amico vti-lior bus sint. G. Multos habeo amicos. A. Crede mihi pluribus magis sanctiorque esset orbis terrarum & quietior, si tot essent a-micæ quot feruntur.G.Amicum habeo.R.Multum est. Nil ami-cius,nil rarius.

De amicis incognitis nisi per famam. Dial. LI.

GAVD.

Fama præsens absentes mihi peperit amicos. R. Est id quidem aliquando visum , vt non solum incognitos, sed hostes quoque fa-maticar amicos. fecit Masinissam Scipioni , vt qui in omni Car-thaginensium equitatu primus esse consueuerat, in omni Roma-norum equitatu aduersus Carthaginem primus esset, neque ho-storum proprios , sed prædones , qui publici omnium mortalium hostes sunt, eidem illi famæ splendor attraxit, qui Lintherni at eum in exilio habitantem,facto agmine venientes, sic vt primo aspectu terribiles viderentur, vbi se suspectos intellexerunt , positis armis atque armis, & dimissis satellitibus insuetam mansuetudi-nem induti,soli prædonum principes accesserunt , eumque ceu nu-men adoraui, quod domumque eius vt templum deuotissimum venera-ti. dextra illa victoriosa multis osculis fatigata , affixisque muneri-bus domus in limine, qualia deorum aris affigi mos tunc erat, qua-si ingenti lucro aucti, quod virum illum conspexissent, & tan-quam cœlesti visione alacres abierunt. Hocilli vni contigit. Quæ-ramus,vbi eum quæso reperies? Vt tamen aliis accidat , & nomi-nis claritas absentem conciliet amicum (multum enim in rebus humanis potest fama) nunquid tamen non verendum erit, ne (quod ait quidam) minuat præsentia famam? quod multi quos ardentes stupuerant, coram positos contempserunt? Tenera res est iudicium humanum , facile flectitur. G. Fama mihi amicos trans Alpes & trans maria quæsiuit. R. Vestra fere omnia friuola æque ac inania sunt. Nam quis vsus aut quis fructus fuerit illius à quo nec videri nec videndus, quemve nec videris nec visurus vnquam sis? Vtia vestra præsentes quoque amicitias inutiles faciunt & infidas, quam vt non sint illæ quidem, sed dicantur amicitiæ. Quid nunc igitur de his tuis amicitiis speres? Vide. Obsequium amicos parere ait Comicus. Immo hercle veri amici vix multis obsequiis pariuntur. Tu credis amicum paucis, forte, & ne tuis quidem verbis quæsiuisse? bonæ species. G. Fama ab extremo terræ mihi attulit amicum.R.Fama contraria illum tibi auferet, eoque facilius, quo patentiores malis quam bonis relatibus aures sunt. G. Fama mihi bonum peperit amicum.R. Vnde scis quam bonus sit quem nun-quam videris, rogo , cum illi ipsi quos cotidie vides atque alloque-ris, quales sint tanto in tempore nondum scias ? Sæpe vos credulitas vestra circumuenit,libenter creditis, quod optatis. Multum fi-dei famæ tribuitis mendaci. Speras eius animum videre cuius nun-quam frontem videris, cum sint inter notissimos quoque tot pectorum diuersoria, tot latebræ? Difficile est enim amicum nisi in magna aduersitate cognoscere, operosius est illum noscere quam quærere. Vna sæpe hora paucis verbis quæritur , qui vix multis annis atque experimentis agnoscitur. Voco autem amicum vt vulgus. Verus enim non ante quæritur, quam probetur. Nec amicum probant aliorum verba,certe nec propria , sed experta caritas fides-que. G. Amicum mihi de longinquo fecit fama. R. De te aliquid, mentiendo,quispiam tibi amicum dedit. De te verà loquendo vel forsitan mentiendo itidem , tibi hunc ipsum alter eripiet. Quibus viis fiunt crescuntque omnia,eisdem facile resoluuntur. Et natura vult,vt cito aucta, cito desinant.

De amico & amico fideli. Dial. LII.

GAVD.

Amicum vnum fidum,& expertum habeo. R. Sæpè in experien-do vestrum errat acumen,& dum vos ipsos pertitissimos iudicatis,in hoc ipso ac perinde cæterarum rerum in æstimatione fallimini. G. Scio ego (non existimo)amicum mihi esse fidelissimum. R. Et quos putas idem credentes , immò vt sibi videbantur & scientes, cum ad artissimum ventum esset examen , sese luios inuenerunt Vnde vero tot cotidie de amicis prodeunt querelæ ? nisi quia quos fidissimos habebatis, inuenistis infidos. Nullius rei tam difficilis vnquam , quam humani animi coniectura existimatioque est. G. Nihil coniicio , nihil æstimo , vt dixi , sed scio amicum verissimum me habere. R. Habes rem aut optimam , aut pessimum errorem. G. Nullum rei huius errorem habeo, sed amicum multis ac magnis expertum casibus. R. Habes ergo rem dulcissimam , sanctissimam-que,qua vna post virtutem solam nihil homini melius in hac vita seu natura,seu casus aliquis, seu labor,ac studium dedit. Dulces fa-teor parentes, dulces filii , dulces fratres : possunt tamen amarescere , nec parentes ideo , nec fratres quidem desierunt esse , nec filii cum dulces esse desierint , at amicus solus (dum sit verus) dulcis & carus esse non desinit. Cari inquam sunt parentes, nonne autem Iu-piter Saturnum regno patrem expulit ? Nicomedes Prusiam Bithy-niæ regem,suum patrem consilia licet necandi filii agitantem , vita priuauit, & Ptolomæus,hinc Philopater dictus,patre ac matre insu-per,& fratre occisis , ad vltimam & vxore Eurydice interfecta, re-gnum Ægypti sortorum sic rexit arbitrio , vt nihil in regno pro-prium haberet præter nudum & inane regis nomen. Nonne & O-restes Clytemnestram matrem? Agrippina Nero ? Antipater Thes-salonicem interfecit? Chari filii: nonne Theseus Hippolytum casti-simum ? Philippus rex Macedoniæ Demetrium filium adolescen-tem optimum iussit occidi ? Nonne & Ptolemæus alter adue-sum pietatis nomen & ipse quoque fidissimus rex, Ægypti duos ? Et He-rodes rex Iudææ vnum ? Et Constantinus Romanorum Imperato-rum quoque Crispum filium interemit ? Nonne Malcus dux Car-thaginensium Carthalonem filium crucifixit? Quin & matres,qua-rum amor hinc intensior , hinc mitior , sexus in filios sæuierunt. Nota omnibus Medea. Quid Laodice Cappadociæ regina quæ re-gnandi cupiditate filios quinque mactauit? Chari inquam paren-tes (repeto enim) chari filii,chari fratres. At (vno exemplo omnis claudatur impietas) Phraates rex Parthorum omnium regum sce-lestissimus omniumque mortalium regnandi non cupiditate sed rabie,furiisque actus, Orodem senem & afflictum pærem , ad hæc & triginta fratres suos dicti regis filios,suumque insuper filium oc-cidit , ne quis superesset in Parthia qui regnaret. Sed vetusta hæc. Nunquid non recentiore memoria inter patrem & filium de re-gno in Britannia certatum audiuimus? & nudiustertius inter fra-tres in Hispania decertari vidimus?quanquam talium odiorum , & maxime fraternorum crebra adeo & noua & vetera sint exempla, vt pene laboriosius sit exquirere qui amici fratres fuerint,quã qui ho-stes, vtrunque postponimus. Remedia enim nunc,non exempla col-ligimus. Quid præterea, An,non chari coniuges, charæ vxores ? Sed interrogabis Agamemnonem & Deiphobum,& de vestris Claudi-um Cæsarem ac minorem pereunctaberis Africanum. Hi tibi quam chari fuerint vxoribus suis dicent , contra vero Octauiam scisci-tare & Arsinoem, quid illa de Nerone suo , hæc de suo sentiat Ptolo-mæo. Illa de adoptiuo , hæc de naturali fratre , vtraque de marito, illa quidem in se ipsa,hæc in filii experta testabitur. Eminentia , vt vides & clara decerpimus,vulgus & vrbes,& communem vitam ho-minum,his plenam querimoniis præterimus. Quibus ita se haben-

tibus, cui in omni genere illorum qui charissimi videantur odiis sæpe latentibus, sæpe etiam manifestis multa insit amaritudo, sola amicitia odiis vacat. Nemo vnquam non dicam occidit aut perdidit amicum, sed ne læsit quidem volens. Quamobrem si amicum verum qualem prædicas inuenisti, magnas te diuitias inuenisse credito, illud vide ne (vt magna pars hominum rebus dedita vilibus, nobiliumque contemptrix, & agris aut mercibus quam amicitiis, ac virtutibus colendis intentior) quod optimum nactus es negligas. Si tantam curam impenditis custodiæ auri & argenti atque orientalium lapillorum quæ sunt terræ feces, & pelagi purgamenta, quanta diligentia amici cultui impendenda est rei preciosissimæ ac diuinæ? Ne qua vnquam re offensus, ne quo vnquam verbo alienatus effugiat, serumque audias illud ecclesiasticum, sicut qui dimittit auem de manu sua, sic reliquisti proximum tuum, & non eum capies, non illum sequeris, quoniam longe abest. Effugit enim sicut caprea de laqueo; quoniam vulnerata est anima eius, vltra eum non poteris colligare. Proinde ingens bonum habes ac suaue, operosum tamen ac difficile, quæsitu inquam operosum & custodia. Magnus thesaurus est amicus, sed magna seruandus cura, magno si pereat lugendus fletu.

De absentia amicorum.

Dial. LIII.

DOL.

Amicorum torqueor absentia. R. Solet id quidem euenire. Sed qui amici mortem ferre didicerit, aliquanto facilius feret absentiam, nec franget abitus, quem non fregerit obitus. D. Abest mihi optatissimus amicus, dextra manus, dexterque oculus meus abest. R. Etsi irredituri abessent, nihil tamen non ferendum viro, dicerem: nunc redibunt, & tua tibi restituetur integritas. D. Abest amicus dimidia mei pars. R. Dimidium animæ suæ, Vergilium vocat Horatius, quod à multis postea vsurpatum iam pridem in prouerbium venit: sed si amicus non naturaliter tantum, sed ciuiliter possidetur, quid amicitiæ nocet absentia, quominus tecum, vbicunque sit amicus, sedeat, ambulet, colloquatur, vel iocosa, vel seria. Et quod præsens forte non faceret, absens faciat. Nam si nil aliud videretis, nisi quæ sunt ante oculos, & sola vos præsentia delectaret, breuis admodum visio, & angusta delectatio vestra foret. D. Amici absentis dulci desiderio laboro. R. Atqui amaris soliti estis laborare, non dulcibus. Accipe vero nunc, quod vulgi aures vix capiant. Dici nequit, quam tenera quamque fastidiens præsentia sit interdum etiam amicorum, sæpe paruis offenditur, vt quos valde dilexeris, quorumue præsentiam vehementer optaueris, non amicos modo, sed fratres, aut filios, quod forte sollicitudinis studio, vel occupationibus tuis obsit abesse nonnunquam malis. In absentia nil amarum, nil quod pugnat præter desiderium, quod dulce tamen ne tu ipse quidem negas. D. Dilecti absentia me affligit. R. Est id fateor commune mulierum, atque omnium muliebriter amantium, quorum delectatio omnis in sensibus est. Nihilominus de his ipsis Poeta loquebatur, vbi ait: *Absentem absens auditque videtque.* Id si ita est, cur non amicus absentem quoque amicum audiet, & videbit, nisi forte purgatiores ab huiusmodi visione lasciuiæ sunt oculi, quam virtuti, aut plus aliquid dignitatis insano quam casto tribuitur amori, cui præter honestos ac volucres cogitatus, quos pro libito vagari, & esse vbi velint nulla distantia, nulla vis prohibet, epistolari quoque remedio consultum est, quo nescio an præsentia vlla sit gratior. Romæ quidem erat Marcus Cic. dum ad Quintum Ciceronem fratrem suum proconsulatum Asiæ administrantem scribens: Cum tua, inquit, lego, te audire; cum ad te scribo, tecum loqui videor, & mox eum ad gloriæ excellentiam exhortans, efficacissimum id dicit in dictis factisque suis omnibus fraternam sibi animo finxisse præsentiam. Nescio, an Athenis, an vbi esset Epicurus, dum animo scribens: Sic fac, inquit, omnia tanquam spectet Epicurus. Certe in Campania erat Annæus, dum Lucilium suum in Sicilia degentem literis alloquens, vt secum studeat, secum cœnet, secum ambulet, hortatur, quæ facere ille non posset, nisi animo fierent, & non oculorum, neque aurium, non manuum, neque pedum ministerio indigerent. D. Oculi mei absentem amicum anxie requirunt. R. Non possum negare, quin oculis aliquid per absentiam detrahatur, animo autem nihil, immo nec oculis quodammodo (vt prædixi) si tamen amicitia vera est, vnde & illud apud eundem poetam, & legimus & laudamus, Pallas, Euander: In ipsis omnia sunt oculis. Et Cicero ipse in epistola quadam Balbum amicum suum in Galliis sub Cæsare militantem, non solum in animo habere, sed in oculis ferre se dicit. D. Amicus abest meus. R. Interdum non cognoscitur amicus, nisi abesse cœperit. Sicut, cunctis in rebus, sic in amicitia, copia ingens gustum hebetat, penuria acuit. Quod si magister amorum intermissionem amantibus vtilem dicit, quibus omnibus in præsentia est voluptas, cur non eadem vtilis sit amicis? quorum in virtute iucunditas tota est, quæ absentiæ nullum sentit incommodum, cum vbilibet præsens sit. Noli ergo desiderio succumbere, sed amicum mente complectere, quem tibi nec discessus eripiat, nec mors ipsa. Dulcis absentiam amare fero. R. Perfer modo, & molliorem animi præsenti virtute consolida. Amariuscula enim hæc quæ fles absentia forsan in tempore cariorem tibi amicum, & amaesentiam effecerit dulciorem.

¶ APOPHTHEGMATA.

Thales Milesius philosophus dicebat, amicorum absentium què ac præsentium oportere meminisse. Amicitiæ enim est arum coniunctio, quos non dirimit locus. Multi non amant, tisper dum vident. *Diogen. Laert. l. 1. c. 1.*

Democritus probum amicum (dicebat) gaudiis quidem vtum adesse decet: aduersis autem casibus sua sponte. Item. Vemici tum suaues amicitias fruitione communi, tum calamiparticipatione sua reddunt leuiores. Item. Non posse optimimicis, inopiæ est: nolle autem, malitiæ est signum. *Max. serm. 6. micitia.*

Chilo Spartanus quendam prædicantem se nullos habere micos, interrogauit, num vllum haberet amicum? Sentiens, acitias, & inimicitias inuicem se consequi: nec fieri posse, quin multos haberet amicos, complures habeat & inimicos. *Plut. apoph.*

Socrates dicere solitus est, nullam esse possessionem pretiorem vero bonoque amico: nec aliunde plus fructus aut volucapi. Itaque præposterè facere multos, qui pecuniæ dispengrauius ferunt quam amici iacturam: quique se beneficium gedisse clamant gratis collocatum, quum eo sibi conciliarint amiquouis lucro potiorem. *Eras. lib. 3. apoph.*

Idem Cræso interrogato, quid esset maximum & pretiosissimum ex regno consecutus? Cum ille respondisset, vt hostes vlciscerem & amicos beneficio afficeret. Multo, inquit, melius fecisse, si illobi amicos asciuisses. *Max. serm. 6.*

Idem dicebat qui fratribus præteritis alios sibi amicos acquiriis esse similes, qui agro suo relicto colunt alienum. *Ibidem.*

Solon Tyrannorum amicos dicebat calculis supputatorum esse millenos: qui vt arbitrio supputantis ponuntur interdum ratio multa millia, interdum minimum, interdum nihil. *Laert. l. 1. c. 3.*

Simonides interrogatus quam ob rem, quum esset extremæ ictus, tamen attentus esset ad rem? Quoniam, inquit, malim riens inimicis relinquere, quam carere amicis, taxans instabiles minum amicitias, qui consequuti quod volunt, negligunt amicos eidem, dum sperant, obseruiunt. *Eras. l. 6. apoph.*

Diogenes, rogatus, quemadmodum amicis vteretur Dionysius Vt valculs, ait: dum plena sunt, euacuat, & vacua abiicit. *Brus. 1. cap. 3.*

Cato maior, audiens grauissimam de colenda amicitia disputionem ait, Amicitiæ quæ non placent, dissuendæ magis quam scindendæ sunt. *Cicero in Catone.*

Xenocrates, Lycurgus Rhethor cum forte & Xenocrati obuiam factus esset, qui à Telone obtorto collo pertrahebatur in mecium, quo in loco carcer erat Athenis: fustem impegit in caput Tlonæ, ac Xenocratem liberauit. Telonem vero tanquam indipatrantem in carcerem coniecit. Id Lycurgi factum cum ab omnibus probaretur, post aliquot dies Xenocrates obuiam Lycurgilio: Cito, ait, reduli gratiam patri tuo, qui vulgo laudatur, quod mihi amico, in re tam periculosa & difficili tulerit auxilium. *Eras. apoph.*

Antigonus, Hic Diis sacrificans precabatur, vt se à similitate iuarent amicis: cumque percunctaretur quispiam, quamobrem quid à Diis optaret: Quia, inquit, hostes cum cognosco, cauco. *Max. ser. de amicit.*

Namertes, legatione fungens, quum à quodam eius gentis quam erat missus, beatus prædicaretur, eo quod multos haberet micos, interrogauit, quomodo qui multos haberet amicos, penlum faceret, an amicum haberet sincerum ac probum? Id quum ter fassus se nescire cuperet discere: Per aduersam, inquit, fortunam. *Plut. in Lacon.*

Cato intelligens quendam animum ab amico reprehensore alinasse, Noli, inquit, indignari amico: apem enim propter aculeum non odisti, sed foues & tueris propter fructum. Cur igitur amici obiurgationem fers adeo inique, quam propter beneuolentiam plurimum amare debes? *Max. ser. 6.*

Antalcidas interrogatus, quo pacto quis amicos sibi facere posset? respondit. Si loquatur illis iucundissima, præstet autem vtilissima. Quo dicto innuit, in parandis amicis adhibendam esse primo sermonis comitatem, in officiis autem præstandis vtilitatem. *Plut. in Lacon. apoph.*

Anonymus: quidam ambientes amicitiæ fœdus inire cum Lacone, volebant se quocunque vellet vinculo astringere, quo certus esset amicitiam fore sinceram. Quibus ille: Vna est, inquit, de amicitia certitudo, si etiam volentes lædere non possint: nam reliquæ omnes prorsus infirmæ sunt. Conuenit cum illo Chilonis, Sic habendum amicum, vt cogites illum posse fieri inimicum. *Eras. l. 3. apoph. ex Plut.*

Cyra

...rum quidam ad eum misisset ornamenta multa, ea dimittens: interrogatus autem cur sibi nihil reliquisset? Quia, inquit, amicis meum his omnibus ornari non potest: amicos autem meos his ornatos intuens, maximum mihi ipsi ornatum aptatum esse puto. *Max. serm. de amic.*

Darius Rex quum aperuisset prægrande malum punicum, & quæsisset eo scisciteretur, cuius rei tantum numerum haberet quamnam eo scisciteretur? respondit, Zopyrorum: is erat vir bonus ac Dario fidus amicus. Significans, regi nihil prius aut charius esse debere probis ac fidis amicis. *Plutarchus in apoph. regum.*

Alexander, Darij matrem vxorem, & sorores captiuas inuisens, vna cum Hephæstione, hunc quod esset eodem ornatu quo rex, coperunt maior, Sysigambis Darij mater pro rege adorauit. Eadem et nutibus adstantium intelligens errorem, perturbata deprecatus Alexandrum. Tum Alexander: Nihil est ô mater, quod turberis, nam & hic Alexander est: Sentiens, amicum esse alterum ipsum. *Plut. in Alex.*

Idem, interrogatus à quopiam vbi thesauros haberet, amicos ostentis, his, inquit. *Max. serm. de amicit.*

Idem, inter amicos, quos habebat præcipuos & præstantissimos omnium maximè videbatur honorare Craterum, sed omnium maximè diligere Hephæstionem. Craterus enim, inquit, amat regem, Hephæstion amat Alexandrum. Id Græcè iucundius dicitur, φιλοβασιλεὺς ὁ φίλαλέξανδρος. Sentiens, Craterum in his quæ ad regiam dignitatem attinebant, præstare fidum amicum: Hephæstionem, priuato quodam affectu diligere Alexandrum: Pariter itaque, hic ille similiter amantibus, diuersa ratione persoluit præmium. Craterum ornauit dignitate: Hephæstionem ad intimam admisit familiaritem. *Plutarch in apopht regum.*

Legati Scytharum, Extat sapientissima Scytharum legatorum ad Alexandrum, libro 2. histor. Quint. Curtij dehortatoria à bello: inter alia autem egregiè dicta & illud occurrit. Quibus bellum intuleris, bonis amicis poteris vti. Nam & firmissima est interpres amicitia: & videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium. Quos viceris, amicos tibi esse caue credas. Inter Dominum & seruum nulla amicitia, &c.

Idem, Antipatro petenti, vt in gratiam suam faceret quiddam pugnans cum iustitia: Non potes, inquit, ô Antipater, Phocione simul amico & adulatore vti. Amicus obsecundat quousque patitur æquum & honestum. Nec enim amicus ab amico quod iniustum est petere debet. Adulator autem ad quiduis obsequitur. *Plutarch. in apoph.*

Ioannes Cottensis interrogatus, quid reuera esset amicus? respondit ego. *Laert. lib. 7. c. 1.*

Diogenes admonit[us] à quodam, ab amicis illi tendi insidias, vt caueret. Quid facias, inquit, sic & cum amicis & cum inimicis habebimus consuetudinem? ab inimicis nobis cauemus, amicis fidimus. Quòd similiter ab vtrisque nobis cauebimus, non est suaue viuere. *Laert. lib. 6.*

Ennius, amico roganti, vt pro se falsum diceret testimonium: Si quidem amicum esse dixit, sed ad aras vsque. Sensit vir prudentissimus, tatenus beneficiendum esse amicis, quatenus iustitia, æquus, & in Deum pietas permittit. *Plut. in apoph. Gellius lib. 1. c. 3. Brus. lib. 1. c. 3.*

Xenocrates, quum Platoni Dionysius diceret, Aliquis auferet tibi opus: Xenocrates, qui tum præceptori aderat, Non prius, inquit, quàm hoc: suum ostendens caput. *Laert. lib. 4. cap 3.*

Aristoteles, rogatus quo pacto amici tractandi essent? Non alitèr, inquit, quàm nos ab illis tractari cuperemus. *Laert. lib. 5. cap. 1. Brus. lib. 1. cap 3.*

Dion Syracusanus, admonitus vt caueret sibi ab Heraclide & Callippo quorum fidei plurimum credebat: respondit, se malle vita exire, quam in metu violentæ mortis amicos inimicosque iuxta ponere. *Brus. lib. 1. cap. 5. ex Plut.*

Phocion, Nicocli petenti, vt sibi ante Phocionem venenum haurire liceret. Tametsi durum hoc, inquit Phocion, tamen concedendum est ei cui nihil vnquam in vita negaui. Phocionem Nicocles inter amicos fidelissimum vnicè adamarat, eique molestum erat videre illum morientem. Eam molestiam vt vitaret petijt vt ipse prior biberet. Et hac in re Phocion commodauit amico. *Plut. in Grac. apoph. & in Phocione.*

Pompeius, Cato cum prædiceret, Pompeij potentiam crescentem nulli bono fore populari ciuitatis gubernationi, sed multo magis ad tyrannidem tendere: Pompeius ita respondit. Tua (inquit) Cato magis accedunt ad diuinationem, mea autem accommodata sunt amicitiæ. Quo dicto indicat, Catonem de rebus loqui planè ineertis, se verò ea præcipuè secutum esse, quæ tum temporis amicitia, quæ sibi cum Cæsare intercedebat, postulabat. De amico autem multò humanius est bene sperare, quàm quasi per somnium diuinare pejora. *Plut. in apoph.*

P. Rutilius, amico iniusta petenti quum pernegasset suum officium, iisque indignabundus diceret, Quid ergo opus est mihi amicitia, si quæ abs te peto, non accipio? Imò, ait Rutilius, Quid tua mihi opus est amicitia, si quid inhonestæ rei propter te facturus sum? *Val. Max. lib. 6. c. 4. & Eras.*

Antisthenes illud cum primis damnabat in hominum moribus, quod in auctionibus vasa diligenter inspicerent, priusquam emerent: vitam eorum non inspicerent, quos sibi in amicitiam adiungerent. At maior vtilitas est à fidis amicis, quàm à vasis: & plus damni est, nisi deligas. *Laertius lib. 2. c. 8.*

Solon Salaminius summopere suos admonere solebat ne cito quoslibet amicos sibi pararent: quos autem semel parauissent, ne facilè reijcerent. *Refertur ex Apollodoro apud Laert. & Erasm. in Prouerb. Ne cuiuis dextram inteceris.*

Aristoteles, Illud frequenter habebat in ore, ὦ φίλοι οὐδεὶς φίλος. Sentiens, multos esse amicos nomine, paucissimos aut nullos re. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

Darius. Zopyrus sibi nares & aures præcidit: ita que dissimulans quis esset, ad Babylonios transfugit, fingens se à Dario crudelissimè tractatum. Babylonij persuasi, commiserunt illi præfecturam. Ille nactus occasionem Dario ciuitatem tradidit. Postea Darius sæpenumero dicere solebat, se malle vnum Zopyrum integrũ, quàm centum Babylonas capere. Erat opulentissima ciuitas Babylon: tamen vnum amicum centum Babylonibus anteposuit. Ab hoc animo quantum absunt principes quidam qui Sannionem, aut equum, aut canem pluris faciunt, quam probum, fidelem ac doctum amicum? *Plutarch. in apoph.*

Scipio minor, Polybij sequens præcepta, dabat operam ne quando è foro rediret domum, priusquàm sibi quocunq; modo quempiam eorum in quos incidisset, familiarem, & amicum reddidisset: sentiens, nullam esse homini possessionem meliorem. *Plutarch. in apoph.*

Alphonsus Rex, quum dubitaret, vtrum Franciscum Sforciam, an Nicolaum Picininum in amicitiam & societatem admissurus esset: (erat autem alterum duntaxat, propter illorum inter se simultates, admissurus) Matricien sibus legatis regem adeuntibus, & interrogantib[us], vtrum Sfortiæ an Picinino gratulari deberent: Vtrosque tanquam amicos habendos esse, item ab vtrisque tanquam inimicis cauendum esse respondit. *Antonius Panormitan. de rebus gestis Alphonsi, & Æneas Syluius de eius dictis.*

¶ Similitvdines.

Philonis, Quemadmodum equi virtutem in bello exploramus: Sic amicum in calamitate & infortunio. *Apud Maximum sermone 6.*

Maximi monachi, Vt asini vsum arguit asperitas viæ: Sic amicum benevolum calamitates ostendunt. *Serm. 6.*

Plutarchi, Vt nummum exploras, num sit adulterinus, priusquam eo sit opus: Sic amicus probandus, antequàm eo sit opus. *In Moralibus.*

Vt diligenter compingitur nauis, quæ sit in tempestatibus præsidio futura, & ager variis casibus oppositus. Ita diligenter probandus amicus, quo sis vsurus ad omnia. *In Moralibus.*

Vt vas experiamur, aquam, non vinum infundimus: Ita friuolum quiddam aliquando committendum amicis, quo silentij fidem experiamur, vt si effutiant, nihil sit periculi. *In Moralibus.*

Vt rubo, spinisque complectentibus nos discussis, ad vitem aut oleam tendimus: Ita non quemuis obuium oportet in amicitiam admittere, sed ad idoneos, reiectis alijs, eundum est. *In Moralibus.*

Erasmi Roterodami, diligentes agricolæ terram prius notulis quibusdam deprehendunt, & explorant, priusquam illi credant sementem: Ita explorandus amicus antequam committas arcanum. *In Moralibus.*

Multo tutior meliorque solitudo est, quam societas cum hominibus, nisi absque timore contingat, & participum attentione. Et quemadmodum nauigantibus vtilius est pelagus, quàm terra, si quis in tranquillitate nauiget, & clarè norit loca: in pelago enim haud sæpè frangitur nauis. sed apud littora, circaque promontoria videntur naufragia. Quapropter cum tempestas apprehenderit, vnusquisque inexpertorum quidem desiderat terram, gubernator autem quàm longissimè fugit. Quanquam portus quis inuenisat tranquillos, quibus facilè naues credere possit, quantuscunque etiam consurgat ventus. Homines autem modestissimi, æstiuis sunt similes stationibus, quæ præsentia spectant: ita & illorum quisque ad vnam quampiam in vita rem mansuetus est, haud æquè etiam alia. *Oratione 74. de lege.*

Plinij, Vt hirundines sub hominum tectis nidulantur, & tamen non assuescunt, nec fidunt homini: Ita quidam amicos semper habent suspectos præsertim insulares. *Lib. 10. c. 24.*

Thriueri, Qui metiuntur amicitiam ex poculis, similes sunt pueris, qui animum collocant in stomacho. *Apophthegmaton 121.*

Calidum & frigidum, vt sese ipsa quidem inuicem conficiunt, sed interim quod temperatum est, violant: Ita & mali in eo solum conueniunt, quod cuncti simul bonos imperant. *Apoph. 181.*

Plutarchi, Non potest quæuis arbor mitescere, neque quælibet fera curari, proinde hæc quoque qua possunt in suum vertunt

vsum: Sic qui ad amicitiam adduci non possunt, horum odio ad nostrum commodum abutemur.

Plinij. Ciconia tametsi demigrat, tamen reuersa semper eosdem repetit nidos: Ita non oportet amicorum ob intermissam vitæ consuetudinem obliuisci, sed memoriam illorum semper nobiscum circumferre. *lib.10.c.23.*

Philonis Iudæi. Vt vasa noua præstantiora sunt veteribus: sic amicitia quo vetustior, eo melior. *Apud Maximum serm. 6.*

Ciceronis, Amici noui non sunt veteribus anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere solemus. Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. Veterrima quæque esse suauissima debent: sunt aliarum rerum satietates: nouitates tamen non repudiandæ: vetustas autem suo loco conseruetur. *In Lælio.*

Plinij, Vt adamas si frangi contingat malleis, in minutissimas dissilit crustas, adeo vt vix oculis cerni queant: Ita arctissima necessitudo, si quando contingat dirimi, in summam vertitur simultatem: & ex arctissimis fœderibus, si semel rumpatur, maxima nascuntur dissidia. Aut supra modum incandescit semel victa lenitas. *lib. 37. cap. 4.*

Isocratis, Vt vulgus amicos præsentes duntaxat amat, temereque mutat animum: Sic boni viri, nec interuallis locorum, nec temporis diuturnitate, suorum amorem imminui patiuntur. *In proœmio Paræneseos.*

Ciceronis, Vt aurum igne: Sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici solet. *lib. 9. Fam. epist.*

Senecæ, Poma quædam sua natura acerba sunt, & in vino nimium veteri delectat & ipsa amaritudo: Sic amicorum defunctorum memoria mordet animum, sed non sine voluptate.

Erasmi Roterodami, Vt in diapason tantus est concentus, vt vox eadem esse videatur: Ita veri amici vnus sunt animus. Aut sic adulator per omnia subseruit ad orationem diuitis, vt vnum loquentem dicas, non duos. *In Prou. Dissiupason.*

Vt suauis est antiphonum, quam si vox omnino sit eadem: Sic **iucundior** amicus, ita concors, vt tamen nonnihil dissideat, quam **adulator** per **omnia** obseruiens. *In simil.*

Animal in intimis vires habet maximè proprias: Sic amicus nihil ostendat, sed dum cælat, tum maximè iuuat. *In similitu.*

Chrysostomi. Si nostra plerunque membra rescindimus, cum incurabili morbo & ipsa tabescunt, & reliquis officiunt: Multo magis in amicis atque simulatis, id faciendum. *Homilia sexagesima in Matth.*

Philonis Iudæi, Qui ab amico perfido consilium accipit, similis est ei qui ex poculo aureo venenum bibit. *Apud Maximum sermone 6.*

Plutarchi, Quemadmodum muscæ in popinis non manent, si desit nidor: Ita vulgares diuitum amici non perseuerant, si non adsit vtilitas. *In Moral.*

Vt rupturæ & spasmata tum demum mouentur, cum corpus aliquo modo corripitur: Sic amici non ingenui felicibus adulantur, lapsos obiurgant, & illorum infortunio fruuntur. *In Moralibus.*

Vt nandi imperiti, dum volunt succurrere ijs qui præfocantur ac merguntur, vnà cum illis merguntur, & nocent magis quàm prosunt. Sic amici qui rebus aduersis tantum collachrymant amico. *In Moralibus.*

Vt Creon filiam nihil adiuuit, sed eam complexus vnà cum illa perijt incendio: Sic quidam felicibus amicis non fruuntur, cum infelicibus pereunt. *In Moralibus.*

Vt cibum nec retinere possis citra noxam, nec reijcere sine molestia: Ita malum amicum, si teneas, lædit, nec tamen absque inimicitia ac tumultu veluti bilem potes abijcere. *In Moralibus.*

Ciceronis. Vt hirundines æstuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: Ita falsi amici, sereno vitæ tempore præsto sunt, simulatque fortunæ hyemem viderint, deuolant omnes. *lib.4. ad Herennium.*

Plutarchi, Quemadmodum lac coagulo concrescit: Sic homines compinguntur, & vnum fiunt amicitia. *In Moralibus.*

Vt ignis omnium condimentorum est suauissimum, velut inquit Euenus. Ita amicitia omnem vitam condiat, si admisceatur. *Ibidem.*

Maximi monachi. Quemadmodum ægrotis medicos: Sic miseris amicos adesse conuenit. *sermone 18.*

Philemonis, Quemadmodum ægrotantes in magno dolore, vbi viderint medicum non amplius dolent: Ita cum quis tristitia laborat, minus habet mœroris, præsentem intuitus amicum. *Apud Stobæum sermone 11.*

Socratis, Quemadmodum frumentum non ideo bonum est, quod ex pulcherrimo agro natum sit, sed quod commodè nutrit. Sic bonus amicus est, non qui genere clarus, sed qui moribus egregijs fuerit. *Apud Stobæum serm. 84.*

Catonis, Vt aper ne propter aculeum non odisti, sed propter fructum foues & tueris: Sic amicum propter acerbam obiurgationem ne auerseris, sed propter beneuolentiam ames. *Apud Maximum serm. 6.*

Plutarchi, Vt medicus & non sentientem sanat: Sic amicus etiamsi ignoretur amicum iuuat. *In Moralibus.*

Lynceus per quercum videt: inimicus etiam per [illegible] amicum perspicit, quid agas. *In Moralibus.*

Vt mel exulcerata mordet ac purgat, alioquin vtile & dulce: amici libertas non mordet, nisi si quid est vitiosum & [illegible] dum. *In Moral.*

Polypus superficiem & colorem duntaxat mutat: At amicè similis esse debet amicis, & moribus, & affectibus, & [illegible] *Moralibus. Meminit etiam Plin. l.9.c.26.*

Roterodami, arrodunt hominis cibum mures, viuunt sub eodem tecto, nec tamen assuescunt homini: Ita quidam amici parum certi, nec relinquunt cibi commodique causa, nec amant tamen fidunt. *In Similib.*

Thriueri, Amici qui duntaxat vocantur ad apparatum mi[illegible] similes festiuis vestibus, quibus plerunque homines magis [illegible] tur ac stringuntur, quàm fruuntur: nam ij nobis magis [illegible] quàm iucundi. *Apoph.109.*

Plutarchi, Vt arithmeticorum digiti aliquando valent [illegible] millibus, aliquando nihil: Sic regum amici aliquoties quidam [illegible] sunt, rursum mutata in fastidium gratia nihil possum. *In Mor[illegible] bus.*

Pij Pontificis, Vt oculus parua festuca turbatur: Sic principis gratia, offensiuncula vel minima cadit. Interdum etiam nulla [illegible] mine perditur: tantum apud Principes subdola lingua potest. *Epistolarum, epist.166.*

Plinij, Quemadmodum Luna quo propior est Soli, hoc[illegible] habet luminis: Ita plus fructus ac dignitatis est ijs qui prope [illegible] sunt à magnis principibus. *Lib.2.c.9.*

Vt periculosum est, dæmones euocare, propterea quod [illegible] erratum fuerit, magno conantis discrimine fiat: nam aiunt Tul[illegible] Hostilium ictum fulmine, quod ex Numæ libris Iouem deos[illegible] conatus, quædam parum rite fecisset: Ita periculosum est, [illegible] principibus habere commercium, aut cum morosis potes[illegible] quod offensi re qualibet leui, fuaditus subuertant hominem. *Li[illegible] c.55. & lib.28.c.2.*

Plutarchi, Pictores seponunt ad tempus opera sua, tum ex [illegible] uallo rectius iudicaturi: nam assiduitas in causa est, quo minus [illegible] dicent: Sic nos rectius iudicamus amicos, quos ex interuallo [illegible] simus. Ac de nobis ipsis quoniam adsumus assiduè, minus recte [illegible] dicamus. *In Moralibus.*

Vt quæ glutino commissa sunt, si soluantur, facilè regiun[illegible] tur: at si corpus rumpatur, haud facilè coit: Sic inter alios amic[illegible] dirupta facilè coit: in fratribus semel dirupta, aut non coit, aut [illegible] catricosa coit. *in Moralibus.*

Senecæ, Si quis oculum casu excusserit, reliquiæ illi suæ [illegible] cient, & erit in minuto corpore & amputato tam lætus, quàm [illegible] tegro fuit. Sed quæ sibi desunt, num desiderat? Non deesse [illegible] Ita sapiens se contentus est, non vt velit esse sine amico, sed vt [illegible] & hoc quod dico posse tale est: amissum æquo animo ferre [illegible] mico quidem nunquam erit: in sua potestate habet, quam [illegible] paret. Quomodo si perdiderit Phidias statuam, protinus alte[illegible] faciet. Sic hic faciendarum amicitiarum artifex substituet & alio[illegible] in locum amissi. *Lib.1.epist.9.*

Dionis Chrysostomi, Vtilia medicamenta, ægrotantibus quid[illegible] sunt vtilia, sanis autem superuacua: amicitia autem non mod[illegible] nis opus est, sed & ægrotantibus: & custodit quidem diuitias, [illegible] peditat autem necessaria paupertati, clariorem reddit gloram [illegible] que obscurat ignominiam: vnum autem hoc difficilia quidem [illegible] mnia minuit, bona omnia auget. Quæ enim calamitas esset [illegible] tiam non miserabilis? Et quæ felicitas absque amicis nonin[illegible] ta? *De regno orat.3.*

Demosthenis, Quemadmodum vinum moribus bibentium [illegible] temperatur: Sic amicitia vtentium affectibus. *Apud Maximum [illegible] serm.6.*

Plutarchi, Vt puella in pratis alium post alium flosculum [illegible] cerpens, semper nouis arridentibus capitur, prioresque negligit: Sic [illegible] multas instituit amicitias, ac mox saturatus aliàs quærit. *In Mo[illegible] libus.*

Vt mulier impudica, cum multis se commiscens, nullum certum [illegible] habet amatorem: Ita qui multorum appetit amicitiam. *In Mo[illegible] ralibus.*

Vt prima materia quibuslibet formis variatur, cum propria [illegible] non habeat: Ita animus multorum amicitiæ subiectus. *In Moral.*

Senecæ. Quod ægris euenit, quos longa imbecillitas vique[illegible] affecit, vt nunquam sine offensa proferantur: Hoc accidit [illegible] quorum animi ex longo morbo infecti iuntur. Inimica est malorum [illegible] conuersatio. *lib. epist.7.*

Thriueri, Quemadmodum intemperata calida vel frigida [illegible] sunt quidem copulari, ac sola temperata possunt inter se elegan[illegible] vniri: Sic & inter malos potest fieri quædam conspiratio, sed [illegible] rim inter solos bonos iusta pacis tranquillitas, & firma necessitu[illegible] *Apoph. 180.*

Cypriani, Sicut oculus vnus verti non potest, quo & alius [illegible] vertatur: Ita & quicquid vnus voluerit, eo & aliorum voluntas [illegible] tetur. *De singularitate cleric.*

Maximi monachi, Quemadmodum res splendidæ lucem [illegible]

bertim fusa & vicina loca diffundunt: Sic amici vbicunque sentiunt gratiam & suauitatem spirant & emittunt: vt satius videri versari quàm carere amicis. *ferm.5.*

Menandri. Quemadmodum aurum igni probatur: Sic amici benevolentia in rebus aduersis. *Apud Stobæum.*

¶ ADAGIA.

Amicitia stabilium, felicitas temperantium. ὀρθῶς λέγεται, ὅτι ἡ φιλία τῶν βεβαίων καὶ ἡ σωφροσύνη τῶν ἐγκρατῶν.

Amicitia virtute, non pecunijs aut forma conciliandæ est. Etenim sine caduco concilietur, caduca sit & ipsa necesse est. *Arist.*

Amicum quam oportet odisse, tam oportet odisse, vt amandum: tanquam sis osurus. Sic oportet odisse, tanquam amaturus. Bias.

Ἐχθρὸν ὡς φιλήσοντα μισεῖν.

Amicum quam oportet amare, vt amandum: tanquam sis osurus. Sic oportet amare, tanquam osurus. Bias.

Φίλον ὡς μισήσοντα φιλεῖν.

Amicum ire, τῶν φίλων ὀργαί.

Vbi quum ex animo indignantur inuicem, aut de iracundia nunquam duratura. Mimus.

Discordia fit charior concordia.

Bis feras licet Græcum quoque Senarium.

Ὀργὴ φίλων μικροῦ ἰσχύει χρόνου.

Id est:

Amantium iræ parua durant tempore. **die Lieb muß gezanckt haben/ das sich deß tags haggen/ liegen deß nachts vnder den Plaggen.**

Mores amici noueris, non oderis. φίλε τρόπες γίνωσκε, μισήσης δ' ἵνα.

Admonet in amicorum moribus, quædam vitia dissimulanda, seu vt ita dicam, tolerantur quidem, sed tamen tolerentur. **der Freundt gebrechen soll man kennen/ aber nit nennen. Guten Freunden laß jhr wol/ daß du dumb nicht/ so bist du weiß.**

Noua parans amicos, ne obliuiscere veterum. νέας φίλους ποιῶν, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου.

Tempori potest & admutata studia, ad quæ cõuenit nonnunquã reflectentem posse aquam diuerse te addixeris disciplinæ. **den alten Freundt du nicht verachte/ die weiste nicht/ wie der new gerath.**

Nupcres Tethidem simul & Galateam amare. ἅ δύνασαι Τηθὶδ ὁμοῦ καὶ Γαλάτειαν ἔχειν. *Theocrit.*

Nouidem diuersa sequi, veluti literas & pecuniam, voluptatem & ejusdem, mundum & Christum. **du kanst nicht Gott vnd dem Teuffel zugleich dienen. Du kanst nicht fuchß vnd hasen zumal sein.**

Vnus Deus, & plures amici. εἷς θεὸς, καὶ πολλοὶ φίλοι.

Imperitum monet quamplurimos parandos esse amicos, quod hi similem Deum plurimum opitulari possint. **Man gelebt eines Gottes/ aber nicht eines Menschen.**

Nam non vni fidit antro.

Laurent. adagio, si quem admonebimus, vt sibi plures amicos paret: at vna cum opibus studeat philosophiæ, vt si fortuna quod sinat eripiat, in literis sit præsidium.

Neque nullis amicus, neque multis. μηδὲ πολυξείνου, μηδ' ἄξενος γένεσθαι.

Cum vsum amici consuetudinem viuere, serinum atque inusitatum esse videtur. Rursum nec vehementer amare possumus simultatibus, nec pluribus morem gerere.

Nemini dexteram iniecteris. μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν.

Bion: Ne temere quemlibet in familiaritatem admittas, sed diligas quem diligas.

Amicorum omnia communia. τὰ τῶν φίλων κοινά.

Aulus Gell. testatur Pythagoram non solum hujus sententiæ parentem fuisse, verum etiam hujusmodi vitæ ac facultatum communionem induxisse.

Tenuis in manum. ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα. *Cicero.*

Tuum denique hominem tibi trado de manu, vt aiunt, in manum tuam ipsam, & victoria & fide præstantem. Traduntur & qui commendantur.

Intimus illus, ἐκ κάλπιδος ἀρρήτου.

Quas ex intima familiaritate volumus intelligi: hos è sinu huius auditum esse dicimus. Cicero.

Ἴδιος καὶ ἴδιος.

Quæ rectum, alicuius haberi volebat, dicebatur. ἴδιος καὶ κλυτὸν ἐμὸν, hoc est, & vsufructu & proprietate. *Idem Cicero.*

Ipsi de Chijs, αὐτοῖς καὶ Χίοις.

Non obscurum est has voces ex solenni more vulgo tractatas, quo res aliquis sibi bona precabatur, & amicis.

Vnus sæpe heditur pietas.

Marcus Tullius in oratione pro Roscio. Prouerbium admonet pietatem erga parentes adeo religiosè colendam, vt non solum non offendamus eos verbis, aut factis impijs, sed ne vultu quidem atrocem aut contumacem.

Sal & mensa.

Apud priscos, hospitij ius fuisse sanctissimum, alias nobis est dictum. Id contrahebatur salis & mensæ consortio.

Philotesius crater. κρατὴρ Φιλοτήσιος. *Plutarch.*

Dicitur, quo in conuiuijs conciliantur amicitiæ, qui mos etiamnum durat apud nonnullos Germanos, quibus turpissimum est post accepta Philotesium poculum, veterum offensarum, quantumuis cæcitas alium, meminisse.

Amicitia æqualitas, amicus alter ipse. ἡ φιλία ἰσότης.

Pythagoras dicebat, amicitiam æqualitatem esse, & eandem animam, vt amicum, alterum ipsum.

Amicus, amico. Φίλος τῷ φίλῳ.

Quadrabit in eos, qui nullum officium refugiunt, modo vt gratum faciant amicis.

Amicus magis necessarius, quàm ignis & aqua. ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. *Plutarch.*

Hyperbole prouerbialis, admonens, neminem esse tam diuitem, aut potentem, quin opus habeat amicorum officijs. **Ein getrewer Freundt ist besser dann Silber vnd Goldt**

Næra & Charmione. Νάεσσα καὶ Χαρμιόνη.

De fidis amicis dici solitum scripsit Zenodorus, quibus non dubitarent vel mortis comites esse amicis.

Qui circa salem & fabam. περὶ ἅλα καὶ κύαμον. *Plutarch.*

In eos dicebatur, qui se simularent scire, quod nescirent. Siquidem diuini aliquid responsi, fabam & salem apponebant.

Salem & mensam ne prætereas. ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν. *Origen.*

Id est, Ne negligas amicorum consuetudines, aut ne violes amicitiæ iura. Num his rebus olim conciliabantur amici.

Intempestiua beneuolentia nihil à simultate differt. ἄκαιρος εὔνοι· ἐδὲν ἐχθρῶς διαφέρει. *Suidas.*

Quadrabit in eos, qui dum officiosi studeant esse, non habita temporis ratione nocent, aut molesti sunt.

Non sunt amici qui degunt procul. τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶ φίλοι. *Athen.*

Qui semotus est ab oculis, eundem ab animo quoque semotum esse. Es seind nicht Freund/ die fern seind. Was weit hinden an/ laßt man gahn. Item, Fern hat nicht Ehr.

Multas amicitias silentium diremit. πολλὰς φιλίας ἀπρόσηγορία διέλυσεν. *Aristot.*

Admonet adagium, assiduo conuictu ac frequentibus alloquijs necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Schweigen verderbet viel Freundschafft. Gütigkeit macht Leiden/ vnd Embsigkeit in Sendbrieffen/ erhelt gute Freundschafft.

Vbi amici, ibi opes.

Plaut. in Trucu. Sensus est, potiores esse amicos, quàm pecuniam, & ad vitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm absque amicis opes. Wer ein guten Freundt hat/ der hat ein ein Edel pfandt. Ein guter Freund ist ein Edels Kleinot.

Vique ad aras amicus. μέχρι τῦ βωμῦ φίλος εἰμί. *Aulus Gellius.*

Admonet prouerbium, nonnunquam, qua consulamus amicorum commodis, eorum, voluntati morem geramus, fas videri paululum a recto deflectere. Verum eatenus ne propter hominem amicum, numinis reuerentiam violemus.

Amicorum est admonere mutuum.

Sententia prouerbialis videtur, quam legimus Iliad. λ.

—— Ἀγαθὴ δὲ παραιφασις ἐξιν ἰτυίης. Id est.

—— *Bonus est affatus amici admonitoris.*

Hanc licet vsurpare, si quando dicemus amici munus esse, vt amicum, si quid erret, liberius admoneat.

Amico ægrotanti medicus est oratio. ψυχῆς νοσούσης ἐστὶν ἰατρὸς λόγος. *Plutarch.*

Huc alluxit Horatius, epist. lib.1.ep.1.

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi depellere partem.

Fidus amicus.

Fidus amicus non est posthabendus Germano. Homerus Odisse. θ.

Εἰ τίς που καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδῶς
Ἐσθλὸς ἐπεὶ εἰ μέντοι κασιγνήτοιο χρεώων,
Si quis forsan amicus sit gratus, & bonus,
Quandoquidem is non inferior vel fratre putandus.

In ære meo est.

Quem, nobis officijs obstrictum significamus, ita vt iam totus certo, noster sit, eum in ære nostro dicimus esse.

Ἀμφιθαλὴς ἔρως.

Id est: Vtrinque florens amor. Olim dicebatur, quoties vterque pariter esset incolumis, ac mutuo responderet amore. Aristoph.

Syncretismus Συμμειξιομὶς.

Cretico prouerbio dicebatur, quoties fieret, vt qui modo videbantur hostes acerrimi, repentè in summam concordiam redigerentur. Plutarch.

Conciliant homines mala. συνάγει τὰς ἀνθρώπους κακά. *Aristoteles.*

Sententia prouerbialis, quæ declarat, quod vulgo sit, ex hostibus nonnunquam amicos fieri, propter malum aliquod incidens, vtriusque commune.

Cum amico non certandum æmulatione.

Id innuit Homerus Odyss. θ.

—— Τίς ἂν φιλέοντι μαχοιτο;

—— *Quis namq; benignus cum hospite pugnet?*

Queruli in amicitia.

Οἱ φιλομεμφεῖς, οὐ φιλήσουσιν ἐκ τύφλης. *Id est: Qui querulí sunt in amicos, non sunt ad amicitiam idonei. Commere ad amicorum vitia: hæc res & iungit multos & seruat amicos. Herod.*

Lingua amicus. ἀπὸ γλώττης φίλος.

Id est.

Id est, Lingua amicus, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium.

Congruit cum illo: Salute tenus amici. Μίχρι πρόσωπορίας φίλοι.

Felicitas multos habet amicos. ἐυτυχία πολύφιλος. *Theognis.*

Notior est sententia, quam ut requirat interpretem. Vide paulo post: Felicium multi cognati.

Oculis ferre, in sinu, in capite. *Cicero.*

Prouerbialia sunt & illa: Oculis ferre: In sinu ferre: si quis quem insigniter amat, fouet q. *Non dissimile est quod apud Platonem libro de Repub. 10.* ὑπὶ τοῖς κεφαλοῖς περιφέρειν. *Id est: Super capita ferre.*

Felicium multi cognati.

Id hodie vulgo dicunt, locupletum plurimos esse cognatos. Reichthumb bringet Schwagerschafft. Nimmer gelt / nimmer gesell. Nimmer pfründt / nimmer Köchin. Wann der Wägen auffrecht gehet / so ziget jederman drauff / wann er aber vmbfellt / so fleucht jederman dauon.

Tempus arguit amicum. χρόνος δείκνυσι τὸν φιλοῦμενον.

Id est: Tempus indicat quis vere amet (quod prouerbium citat Aristot. lib. Mor. Eudem 7) Tempestas enim arguit amicitiam. Non abhorret à sententia sequentis Adagij.

Amicus certus in re incerta cernitur. *Tullius.*

Quo significatum est, amici fidem in rebus aduersis explicari.

Noth vnd Vnglück / entdecket falscher Freunde tück.

Ollæ amicitia. χύτρας φιλία. *Plutarch.*

In amicos istos vulgares quadrabit, quos patina, non beneuolentia conciliat. Huc referatur & illud: Fernet olla, viuit amicitia. ζῆ χύτρα, ζῆ φιλία.

Viri infortunati procul amici. ἀνδρὸς κακῶς πεφρονηκότος, ἐκπόδων φίλοι. *Aristides.*

Id est. Vri sit in malis, amici sunt procul. Notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu pro ratione temporum aduolant ac deuolant, aduolant vbi res secundæ, deuolant, ingruente tempestate. Nimmer gelt / nimmer gesell. Freund in der Noth / gehen 34. auff ein Loth.

Plures adorant Solem orientem, quàm occidentem. πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα ἢ δύνοντα. *Plutarch.*

Iuueni magis adhæretur, quàm seni. Jungen Fürsten ist man von Natur holder / als den Alten.

Ad felicem inflectere parietem. πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοίχον ῥέπειν. *Aristoph.*

Aristophanis interpres translatum existimat ab ijs qui naui vehuntur, qui si quando nauis alterum latus fluctu deprimatur protinus in alterum latus transcurrunt, quod ultius extat ab Vndis.

Nudæ gratiæ, αἱ χάριτες γυμναί. *Horat.*

Admonet, vt nihil inter amicos fictum aut fucatum sit.

Sapientes tyranni, sapientum congressu. σοφοὶ τύραννοι, τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

Id est: Commercio sapientum princeps sapit. Innuit prouerbium, Amicitiam ac familiaritatem doctorum & bonorum virorum magnatibus cùm necessariam tum vtilem esse. Plato.

Amicitias immortales esse oportet.

Verum eo rediere mores mortalium, vt simultates sint immortales, amicitiæ plus quam vitreæ.

Plagæ amici meliores, quàm inimici oscula. *Prouerb. 27.6.*

Melior est vicinus iuxta, quàm amicus procul. *Prou. 27.10.*

Non sunt amici, qui procul sunt amici. *Athen. lib. 5.*

Nouos amicos parans, memento veterum.

Amici veteres, vina vetera, vetus aurum.

Vitæ pharmacum, fidus amicus. *Eccles. 6.16.*

¶ Exempla Sacra.

Amicitiæ exempla: Iacobi erga Rachelem, *Gen. 29. v. 18.* Ruben erga Ioseph, 37. *v. 21. 22.* Ruth erga Naemi, *Ruth 1. v 16.* Ionathæ erga Dauidem, 1. *Sam. 18. v 1. 3. 4. & 20. 42. & 23. 16.* Dauidis erga Ionathan, 2. *Sam. 1. v. 26. & 9. 7.* Abneri & Dauidis, 2. *Sam. 3. v. 12. 13.* Chuzi & Dauidis, 17. *v. 6. 14.* Hiram & Salomonis, 1. *Reg. 5. v. 12.* Iehu & Ionadab, 2. *Reg* 10. 15. Haman & amicorum eius, *Esth. 5.* 10. Iob & Eliphas, *Iob. 2. v* 11. Iudæorum erga Demetrium, 1. *Macchab. 10. v. 25. 26.* Demetrij erga Ionathan, 11. *v. 27. 24. v 25. 26.* Ionathæ erga Romanos & Spartanos, 12. *v. 1. 2. 3.* Demetrij & Simonis, 14. *v. 38.* Athenobij & Antiochi, 15. *v. 28.* Christi & Lazari, *Ioan. 11. v. 3. 6.* Christi & Apostolorum, *Ioan. 15. v* 14. 15. Pilati & Herodis, *Luc. 23. v. 12.* Asiæ Principum erga Paulum, *Act. 19. & 30.*

¶ Exempla Profana.

Inter vetustissima parta amicorum numerantur Hercules & Theseus: nam hic illius virtutem & facta semper imitatus est: & ille hunc apud inferos captiuum redimere conatus est. *Plut. in Theseo.*

Fuit mutuus amor inter Herculem & Nestorem. Nam Hercules Messenem dedit Nestori, & Nestor primum instituit iuramentum per Herculem. *Theat. Zuing.*

Philoctetes summus Herculis amicus, cui moriens suas sagittas & arcum commiserat. Erat enim insignis iaculator. *Eustat. Iliad. B.*

Theseus cum Pirithoo amicitiâ iureiurando confirmauit, auctore Plutarcho: quæ nunquâ diuelli potuit. Propterea fingitur à poetis vna cum illo ad inferos descendisse, ad rapiendam Proserpinam.

Socrates & Chærephon amici intimi fuerunt. Chærephon oraculum consuluit, an quis esset amico suo Socrate prudentior. Dixit Apollo, ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος. Socrates hominum sapientissimus. *Plinius, Solinus, Laertius & alii.*

Achates perpetuus Æneæ comes & socius fingitur: sic vt alter altero semper comitatus eat.

Damon & Pythias, Pythagorei tantam inter se amicitiam coluerunt: vt cum alterum ex his Dionysius interficere vellet, tempus ab eo, quo domum profectus: res suas priusquam impetrasset: alter se vadem pro reditu eius Tyranno dabitarit. *Valer. Max. lib 4. c. 7.*

L. Lucullus & M. Tullius Cicero amici fuêre summi, de rum in Republica socij: Academiæ studiosus vterque, alter nouæ, Lucullus verò veteris. Ea propter Cicero librum valde pro secta sua scripsit, quem Lucullum inscripsit. *Lucullo.*

T. Pomponius Atticus tanta beneuolentia iunctus fuit Ci vt Ciceronis Atticus diceretur. *Theat. Zuing.*

Horatius Mecænati amicissimus. Idem cum ex plurib locis, tum *ex eod. 17. lib. 2.* paret.

Lucullus Brutti familiaris, quum Barbaros in Brutum ruentes cerneret, Brutum se esse assimulauit: captumque & nimium auidè ad Antonium, quum in Antonij esset sinu. M. Brutum, ô Antoni, nemo cepit, absitque vt ipsum capiat hostis. Exterritis his qui adduxerant, Credo, ait, commilitones hunc errorem grauiter ferre: Sed scitote rem prædam adeptos, dum enim hostem quæritis, amicos adducitis. Viro quidem Bruto ignoro per deos qua in re amicis vtinam magis quàm hostibus potiar. *Plut. in Bruto lib. 1. cap. 3.*

Augustus Cæsar, Cum Alexandriam vi cepisset ciuibus & ciuitati se parcere dixit, propter Arrium ciuem Alexandr & olim sibi summa familiaritate coniunctum. Ratæ profecti mentiæ fuit Cæsar, qui propter vnicum amicum eam ciuit ripere noluit, quæ tam diu pertinacissimè rebellarat. *Plut. in*

Neapolitani, Cum in honorem & æternam Alphonsi regi rissimi memoriam arcum triumphalem ædificare vellent, satis spatij haberent, Nicolai Matræ Buzuti magnanimi & quitis domum diruere conarentur: rex stultum ciuium cusauit, dicens, non tanti se facere ædificia ventis & tempe expolita, vt ob id veteris amici (cuius operam strenuam in bello expertus esset) domum destruere cuperet. Plutarcit rex prudentissimus amicum, quàm nominis sui perpetu numentum. *Panormitan. de rebus gestis Alphonsi.*

Philippus Arato venenum dandum curarat, quod non occideret, sed lenta tabe consumeret. Id vbi sensit Aratus, niretur remedium, dissimulauit: & ingressus cubiculum, ex familiaribus dixit: O Cephale, hæc sunt præmia regiæ Non semper tutum regibus dare optima consilia. *Eras. lib.*

Antipater, quum didicisset Parmenionem ab Alexandro fectum, dixit: Si Parmenio struxit insidias Alexandro, cu dum est? Si non struxit, quid agendum? Erat Parmenio vi Alexander in rebus militaribus. Si tantus amicus fecerit, tutum cuiquam amico fidere: Si Alexander nihil comme sustulit, præstat à regum negotijs abstinere. *Plut. in apoph.*

Lacon quidam pridie ab hospite declinatus postridie fest tisque conductis liberaliter exceptus, strata ipsa conscendit culcare cœpit, dicens: Propter hæc heri ne in palea quidem ui. *Plut. in Lacon.*

Anaxagoras philosophus Periclis præceptor fuisse legitur, administranda republica magno fuit vsui. Verum cum Pericles negotijs intentus desijsset agere curam Anaxagoræ, iam ad tam prouecti senectutem, constituit inedia finire vitam. Id renuntiatum est Pericli, anxius accurrit, & argumentis precibus lachrymis conatus est hominem à spontaneæ mortis propo uocare: idque magis sua ipsius causa quàm philosophi. Cui goras, retecta facie iam moribundus, nihil aliud respondit hæc, O Pericles, & quibus lucerna est opus, infundunt oleum probrans illi neglectum amici, vnde tantam capere poterat tem. Lucerna curatur ob vsum vulgarem, & talis conditio glectus perijt. *Laert. lib. 2. cap 3.*

Pisistratus Athenientium tyrannus, quum aliquot amici, ipso defecerant. Phyien occupassent, venit ad illos strangulatas nam colligatas ipse portans. Cæterum illis quid sibi velle tantibus: Vt, inquit, si persuasero, reducam vos: si non persu maneam vobiscum. ob hoc enim veni cum sarcinis. Egregie mus, qui nollet sine amicis nec regnare, nec viuere. *Plut. in*

Voluminius: M. Lucullum, quod Bruti & Cassij partes sequ esset, M. Antonius occidit. Huius mortem quum Voluminius familiariter coluerat, sine fine deploraret, ad Antonium pertractus ait, iube me protinus ad Luculli corpus duci. Neque enim illo extincto superesse debeo, quum ei infelicitiæ autor extiterim. *Eras. in apoph.*

Philippus, quum multi bello capti venderentur, Philippi cedonum rex in auctione sedens, parum decenter vestitus Quidam igitur eorum, qui vendebantur exclamauit: Parce Philippe, à patre enim sum tibi amicus. Philippus inter-

Vide

micitiã conflata esset? Tum ille: Volo, inquit, procere, qui quum admissus esset, quasi arcani quippiam ad illum audiendum indecenter sedes. Mox Philippus, Hunc inquit, dimitte illum, nec ciebam enim prius illum mihi verum amicum esse, donec moribus institutus sum ab ipso. Sensit vir prudentissimus, ementitos amicos esse, qui probe nos instituunt. *Plut. in apoph.*

Ptammetus Aegyptiorum rex, à Cambyse regno pulsus est. Eius filiam nullis vestibus indutam, cum aliquot nobilium virginibus filiabus ancillari vestibus indutam, cum aliquot nobilium virginibus iussisset ad hauriendam aquam, vt hoc spectaculo Cambysi miseri iusserat ad hauriendam aquam, vt hoc spectaculo captuorum animos discruciaret. Cæteris indigne ferentibus Ptammenitus demisit oculos. Mox iussit duci filium illorum aliis plurimis eiusdem ætatis, vinctis ceruicibus, & ipsum illorum aliis plurimis eiusdem ætatis, vinctis ceruicibus, & ipsum adhuc ferum. Atque hoc etiam spectaculo solus Ptammenitus ad lacrymas non mouetur. Idem quum vidisset familiarem quendam suum amicum omnibus opibus, mendicantem obambulare, hoc spectaculo adeo commotus est, vt ingenti fletu hominem amicum compellaret. Quum barbarico more cæderet. Ea re cognita, quum Cambyses per nuntium causam scisciteretur cur in liberorum calamitate lacrymas, vnus seniculi calamitatem tam impotenter ferret? Respondit: Fili, domestica mala grauiora sunt, quam vt lachrymas prodant: amicus deplorandus erat, qui è multis opibus ad summam inopiam redactus est, idque in extremo senectutis limine. *Eiusd. lib. apoph.*

Epicurus improbabat institutum Pythagoræ, qui quum doceret omnia communia esse amicorum, iubebat vt discipuli, quod quisque haberet, deponerent in commune: dicens, id esse diffidentium non amicorum. Etenim si quis mihi vere sit amicus, nihilominus quam habeo pro meis quæ ille possidet, quam si deposuisset. Porro qui desit, aut non est ipse verus amicus, aut de alterius animo non credit. *Eiusd. lib. 8. apoph.*

Aspasius amicorum Alcibiadis vnus, eum ad cœnam rogarat. Ille recusat; sed domi bene potus cum famulis commessabundus, ingressus stans ad ostium cœnaculi, iussit famulos vasa diripere, & alios ædes deferre, qui ferè dimidium asportarunt. Aliis autem omnibus Alcibiadis violentiam accusantibus, Anytus respondit, illum bene egisse, cui cum totum auferre licuerit, dimidium tamen adhuc partem ipsi reliquisset. Sensit vir prudentissimus, amicorum merito omnia communia esse debere. *Eras. lib. 6. apoph.*

Dionysius Senior, admiratus egregiam fidem Damonis & Pythiæ, Rogauit, vt me quoque in vestram amicitiam recipiatis. Alteri tyrannidem affectanti diem necis, quumque is pauculos petisset regni ordinandarũ gratia dies, hac lege impetrauit, vt ipse vadimonio fieret, ea conditione, vt si ille non rediisset ad diem constitutum, hic plecteretur. Rediit autem ad diem, mori malens, quam tyrannum fallere. Ita seruatus est vterque, ac regis amicitia decreuit. Tutum valet egregia virtus apud tyrannos etiam. *Eras. lib. 4. apoph.*

Tarquinius Superbus. iam exul factus, dixisse fertur: Se tum demum cognouisse quos habuisset amicos fidos, quos infidos, cum neutris iam referre posset. Qui commodi gratia sunt amici, hos commodi spe deserunt amicitiam: sed amicos secundæ res parant, aduersæ probant. *Eras. lib. 5. apoph.*

Adrianus rex, ex Sicilia nauigans, videns aues marinas circumuolitantem em, & expectantes cibum à nauigantibus, escam in mare iacere. Verum cum videret à volatilibus certatim rapi, quæ deinde cum præda auolabant, ad suos conuersus ait: Persimiles sunt hi gens purpurati & curiale: aliquot mei. Simul ac enim aliquod officium aut beneficium hiantes & dimicantes inuicem à me accepturi abeunt, nec reuertuntur, donec necessitate premuntur, rursus petentes. *Antonius Panormitanus de rebus gestis Alphonsi, & Anna Syluius de eius dictis.*

¶ Hieroglyphica.

Fidei fidelitatione, hieroglyphicum pro amicitia plerunq; *Canis* ponitur, in qua quidem primum fides expetitur ex Ciceronis & omnium sententia: mox animus, si vsu veniat, ad promerendum promptissimus. *Pierius lib. 5. pag. 46. F.*

Amicitiæ symbolum fuit, durationis gratia. Corpora enim solidissima fecit, & diutissime conseruat: vnde hospitibus ante alios cibos apponi solitum, quo amicitiæ firmitas ac perseuerantia significetur. *Val. lib. 31. pag. 288. D.*

Signi fraternæ amicitiam Ægyptiorum in morem scribere volentibus, quæ *Coronam myrteam malis punicis ornatam* faciet. Coronæ enim ipsius forma amicitiam, qua quis mutuo deuinctus est; poma fructum & vtilitatem inde susceptam indicabunt. Plurimis aliquo modo pingi sculpique potest amicitia hieroglyphice, vt ostendit *Pier. Val. in Palma. in Fœmina, in hedera cum vice, lib. 55. pag. 586. E.*

Apud aliquos *Hirundinem* pro amico poni tum inutili, tum in grauibus perdifficili, comperias: quippe qui moribus nostris, & familiari vitæ rationi difficulter assuescat. *Pierius Valerius lib. 22. Pier. in A.*

Pocula vicissim porrecta, inuitationesque ad compotandum, amicitiæ confirmationem esse, tam nostri temporis mos est, quam antiquorum omnium institutum. *Pierius Valerius libro 56. pagina 541.*

¶ Emblema.

Amicitia etiam post mortem durans.

Emblema CLIX. Alciati.

Arentem senio, nudam quoq; frondibus vlmum,
Complexa est viridi vitis opaca coma:
Agnouitq; vices naturæ, & grata parenti,
Officij reddit mutua iura suo.
Exemplo, monet, tales nos quærere amicos,
Quos neq; disiungat fœdere summa dies.

¶ Fabulæ.

Turdus & Hirundo.

Dicebat ad matrem Hirundo: ô mea mater, quam elegantem & commodum amatorem mihi reperi? Quemnam, mea filiola? inquit illa. Turdum, inquit hirundo. Tum mater mea filia, inquit, non bene illi tecum conueniet, cum tu frigus ferre nequeas; ille calorem: & tu ver sequaris, illi brumam petat.

Monet fabula, vt in amicitia iungenda voluntatem & studiorum atque vitæ similitudinem spectemus. *Ioachim. Camer. lib. Fabulæ pag. 237.*

Pater & Filius.

Gloriabatur quodam tempore coram patre sene adolescens filius, quod opera & gratificatione sua magnam copiam amicorum sibi compararet. Senex leuitatis iuuenilis errorem intelligens, & cupiens instruere filium constantia & grauitate, quærit an etiam periculum fecerit voluntatis & fidei amicorum erga se. Maxime, inquit ille, & prospexi quidem omnium esse propensionem animorum erga me mirificam. Sed aliquo certo, inquit senex, casu experienda illa est, quare sic ages. Occisum vitulum indes in saccum, eumque cruentum deferes ad amicum, quem pro singulari & eximio habes, rogabisque vt tibi auxilio esse velit, in celando facto tuo, nam te in rixa hominem occidisse. Paret adolescens monitis paternis, venitque ad eum quem principem amicorum suorum esse credebat, cum sacco sanguine respersо, & oratione à patre subiecta. Hic vero illum auersari, & verbis etiam asperis repellere, negareq; se socium sceleris illi futurum esse. Redit adolescens igitur ad patrem, & quid acciderit ei refert. Viden' inquit ille, amici istius speciem quantopere deceptus fueris. Sed tenta & aliorum animos. Exequitur paterna iussa filius, & ab omnibus amicis destituitur, atque refugitur. Fatetur igitur apud patrem errorem & stultam credulitatem suam. Tum senex: Ego inquit in tota vita mea, quæ quanta sit nosti, vix dimidium amici reperire & acquirere potui. Sed & huius animum exploremus. Accedito igitur ad eum (demonstrauitque hominum simul & ædes) ac cuius filius sis indicato, & petito vt in facinore tegendo te adiuuet. Fecit adolescens vt pater præceperat, cumque ad illum paternum semiamicum venisset, & rem, vt composita erat, exposuisset: Celeriter, inquit ille, de via intra, nam foris hæc agi neutiquam conuenit: atque ita se in secreta domus parte, ad solum effodiendum, vbi interfectus sepeliretur, accingit. Tum adolescens cognita amicitiæ fide rem omnem illi aperit, & gratias agit, seque vt & ipsum tanquam alter parens amore complecti velit, orat, reuersusque ad patrem prædicat vnici atque integri, vt diceret, illius amici fidelitatem, & suam copiam damnat. Audit vero à patre & alia exempla veræ amicitiæ, & fit instructior, atq; cautior ad iungendas familiaritates & credendum blandis verbis simulatæ benevolentiæ.

Docet fabula, amicitiam esse rem neutiquam vulgarem, & subiicit id quod de Menandro contra perfidiam falsorum amicorum adducitur: εὐχὴ μὴ πένεσθαι λαθεῖν φίλων. Nam secundum notissimos, sed & elegantissimos versus Ouidii:

Donec eris felix, multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila solus eris.

Plutarchus autem in disputationibus suis περὶ πολυφιλίας & φιλαδελφίας, refert etiam sententiam Menandri talem, *Præclare agi cum eo qui amici vmbram consecutus sit.*

Carbonarius & Fullo.

Conduxerat perquam spaciosas ædes carbonarius, itaque inuitat fullonem habitantem angustius, ad se vti commigret. Negauit fullo sibi hoc faciendum, neque fieri omnino oportere. Quid enim nobis commercii, inquit, inter nos esse possit, cum, quæ ego sorte eluendo nitida reddidissem, ea tu fuligine & maculis repleres?

Docet fabula, dissimilia non rectè coniungi. Itaq; dicitur & prouerbio veteri, Pares cum paribus facile congregari.

ADDI-

PO
POLYANTHEA
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ADDITAMENTVM.

Ad cap. de Amicitia.

Aristoteles φίλησιν à φιλίᾳ verè & ingenuosè distinguit. Amicitiam humanæ vitæ glutinum, inter Beatitudinis publicæ accidentia idem Philosophus commemorat. Amor inter animi affectus, & vt plurimum turbatos numeratur.

De primis hominibus narratur, cum sparsim habitarent, inuento ignis vsu & commoditate, in vnum coire, & amicè viuere cœperunt. Vnde πύργοι primum cœperunt, ἀπὸ τῦ πυρὸς, ab igne. Inde Galli dicunt, oppidum frequens constare quingentis, septingentis, vel mille ducentis ignibus. φρεατρίαν etiam, quasi φρεατρίαν, ἀπὸ τῶν φρεάτων, à puteis. Et hæc pagorum, qui παρὰ τῶν πηγῶν, à fontibus dicti sunt, item τῶν πυργῶν, burgorum, vicorum, oppidorum origo.

Hebræi amicitiam, amorem sincerum, amicos, varijs vocibus, obseruatu dignissimis exprimunt. Plerisque, si non omnes, describemus. Verbum *ahab*, amauit, dilexit, cognationem habet cum *habah* voluit, item cum *Iahab* & *Tahab*, appetiuit. Græci ἀγαπάω, amo: ἀγάπη amor, charitas. *Oheb* amicus, is cuius desiderio afficimur: & *Ahub*, *Iadidh*, charus, amicus, dilectus, suauis, iucundus. Cognationem habet cum *Dodh*, cognatus, patruus, amicus ex cognatione. Amicos enim veluti cognatos, & consanguineos diligimus. Hinc *Iedhidhuth*, Amicitia, dilectio, suauitas. Et Salomon, Dauidis (amabilis vel amici seu dilecti filius) à Nathane Propheta, *Iedhid.ia*, id est, dilectus Dei, seu dilectus à Deo. *Iadidh* enim, idem est ac dilectus. *Leuit.* 25. v. 49. Moses de patruo loquens vocat eum *Dodho*. Apud Gallos matres & nutrices, ad somnum capiendum infantulos vel alumnulos suos in cunis vagientes, hac voce *Dodho* compellant, ac si dicas, Dilecte mi, quiesce. Et Germanis notum est *Ein dod*, Dido, vox Phœnicea ab Hebr. deriuata, idem est ac dilecta. Alia voce, amicus designatur Hebræis, nempe *Reha*, amicus, socius, sodalis, familiaris, contubernalis, commensalis: & *Reheh*. quæ voces occurrunt, 2. *Sam.* 13. 3. & 15. v. vlt. & 16. v. 16. *Psalm.* 28. 3. & 88. v. vlt. *Prou.* 27. 10. Hæc autem nomina deriuantur tum à verbo *Riha*, fuit amicus seu sodalis, dilexit socios suos, consociauit in amicitiam. Hinc Græcum ἐράω, amo: ἐραμαι, diligo, ἔρος & ἔρως amor: tum à *Rahah*, simul pauit, conuixit: quod propriè de pastoribus gregem simul & vnà pascentibus dictum. *Esa.* 40. 12. *Psal.* 80. 2. & alibi, figuratè ad amicos, commensales, &c. refertur.

Φιλία. Græcis, Amicitia, Amor, Charitas. Isocrates φιλίας παιδικὰς καὶ πατρικὰς meminit. & apud Xenophontem ἔνοιαν & φιλίαν copulatas habemus. Amicitia ab ijsdem exprimitur voce φιλότης: frequenter apud Homerum, φιλότητα παρέχειν, Beneuolentiam præstare, Amicè excipere, &c. φίλος, amicus; qui amat, vel qui amatur, charus, familiaris, placens, gratus. Hoc nomen alicubi vt adiectum, alibi vt subiectum apud probatos scriptores extat. Composita autem & opposita, innumera leguntur, quæ in Lexicographis vt & æquipollentia, & ad varia genera amicitiæ, dilectionis, familiaritatis, sodalitatis, conuictus, pertinentia studiosis occurrunt.

SENTENTIAE BIBLICAE, seu Regulæ, De Amicitia.

Deus amicitia, beneuolētia sua eos, quos filio dilecto dedit seruādos, prosequitur. Hinc Abraham amicus Dei dicitur. 2. *Chron.* 20. 7. *Esa.* 41. 8. *Iac.* 2. 23. & pij omnes amici Christi Sponsi Ecclesiæ nominantur, *Cant.* 5. 1. *Ioan.* 3. 29.

Christus est amicus Ecclesiæ, *Cant.* 1. 16. & 8. 13.

Christus amat peccatores resipiscentes, Lazarum, discipulos suos, & quos amat, æquit, varijsque modis exercet, *Matth.* 11. v. 19. *Luc.* 7. v. 34. *Ioan.* 11. 3. 11. 36. & 15. 1. 4. 15. & 20. 2. & 21. 15. 17. *Apocal.* 3. *vers.* 19.

Dei & Christi dilecti dicuntur, quos beneficijs varijs cumulat, & voce sua ad resipiscentiam, fidem, bona opera compellat. *Deut.* 32. 15. *Psalm.* 60. 7. & 127. 2. *Roman.* 1. 7. *Col.* 3. 12. Vide Dilectio. nam ibi plura.

Dilecti à Deo Patre in Christo patrem & dilectum à Patre filium Christum amant. *Ioan.* 3. 29. & 16. 27. & 21. 16. 17. 1. *Cor.* 16. 22.

Amicitia inter homines sincera esse debet. 2. *Reg.* 10. 13. *Prouerb.* 15. 17.

Plerunque ex diuitijs nascitur. *Prou.* 19. 4.

Amicitiæ vtilitas. *Prou.* 18. 24. & 27. 6.

Amicitia mundi inimicitia Dei. *Luc.* 4. 4.

THEOLOGORVM VETERVM breues quædam de Amicitia Sententiæ.

Augustini. Amicitia pauperum, certior quàm diuitum.
Amicus animæ dimidium.
Amicus vitæ medicamentum.
Amicitiæ venenum, suspicio.
Solus est, qui sine amico est.
Amico laudanti non credendum.

Tertulliani. Dilectio, summum fidei Sacramentum.
Christiani nominis thesaurus.
Magnanimis, benefica, non æmula, non proterua.
Omnia sustinet & tolerat: nunquam excidet.
Patientiæ comes.

Basilij M. Amicitiæ honestas non cadit in praua.
Ad amicitiæ concinnitatem nihil turpe redigi potest.
Improborum & stultorum nemo est amicus.
Amicorum dicta grauia, toleranda.
Stabilem in Christum charitatem habens, dignus est amicitia.
Soli sancti & Dei sunt, & inter se amici.
Amici sunt inter se & cognati quotquot secundum Deum viuunt.

Gregorij Nazianz. Amicitia nihil venerabilius.
Amicitia, vna est anima, duo corpora ferens.
Amicitia, quæ disiuncta & propinqua sunt, propinqua efficit.
Amicus fidelis, validum munimentum.
Amicus fidelis, thesaurus.
Amicitia patiendo & audiendo nihil non tolerabit.
Inimicitiæ terminos cognoscito: amicitiæ nullos.

Chrysostomi. Quod natura non potest, id amicitia potest.
Optabilius nobis solem extingui, quàm amicis orbari.
Nihil amicitia suauius.
Amicus verus immensis thesauris anteponendus.
Satius est in tenebris versari, quàm carere amicis.
Amicitia est, duos non amplius esse diuisos, sed vnum.
Amicitia de dando & accipiendo nascitur.
Amicitia voluptates omnes superat.
Amicitiæ detrimento fore fugiendæ.
Amicitiæ cœlestis dignitas mandatorum tenetur obseruatione.
Amicitiæ diuinæ Christiano promittuntur.
Amicitiæ Christi promissio certo conditionis pendet obitu.

Ambrosij. Ea amicitia probabilis est, quæ honestate tenetur.
Amicitia nescit superbiam.
Amicus fidelibus vitæ medicamentum & immortalitatis.
Amicitia vitæ adiumentum.
In amici gratiam toleremus aspera.
Propter amici innocentiam inimicitiæ subeundæ sunt.
Amici vulnera tolerabiliora quàm adulantium oscula.
Amicum errantem corripe, innocentem non desere.
Amicitia non est vectigalis, sed decoris plena.
Amicitia virtus est, non quæstus.
Amicus esse homini non potest, qui Deo fuerit inimicus.
Amicitia pietatis custos & æqualitatis magistra.

Hieronymi. Amicus quid? alter ego.
In amicis non res quæritur, sed voluntas.
Idem velle & nolle firmas gignit amicitias.
Amicitia vera quod sentit dissimulare non debet.
Amici veteris arcana pandentem, vt perfidum caue.
Amicitia quæ desinere potest, nunquam vera fuit.

Gregorij M. Amicus animæ custos.
Amicus veritatis est rectæ amator actionis.
Cum amicis omnia tractanda, sed prius de ipsis.
Summa & infima æqualiter amari non possunt.
Plus debemus amare quod sumus, quàm ea quibus vimur.
Nemo potest amare quod non crediderit.
Quanta est dignitas hominum, esse amicos Dei.
Nullus tibi fidelior consiliarius quàm qui non tua, Sed te diligit.

Isidori Pelusiotæ. Dei amicitia, imperiorum robur & firmitas.
Lingua simplex, animo simplicior, vitâ simplices
Simus, rectissima Amicitiæ norma.
Amicitiæ primordium, improbitatis odium.
Amicitia nimia, quoniam suspicione non caret, diuino more temperetur.
Amicitiam in æs incidere oportet, vt firma & immota perpetuò conseruetur.

Euagrij. Amicitia inflammatas iræ partes sanat.

Gregorij Nyssen. Aromata suo odore circumfusum aerem complent: amici bonique viri præsentia proximos iuuare delectant.

Philonis. Eum amicum existimare debemus, qui & auditu cissim prodesse vult, etiamsi non possit.
Qui ab amico perfido consilium accipit, idem facit qui aureo poculo venenum bibit.
Vasa noua præstantiora sunt veteribus: sed amicitia quo stior, eò melior.
Terræ fruges singulis annis: & amicitiæ fructus omni tempore nascuntur.
Eorum amicitia fugienda, quorum animus ambiguus & instans est.

PHILOSOPHORVM, ORATORVM, HISTORICORVM PHILOLOGORVM SENTENTIAE.

Vtilius est multos amicos possidere, quàm amplam comparare. quod contingit ei qui prompto animo confert. *Musonius apud Stob serm.* 1.

Boni Viri Vota. Contendere intempestiuè cum amicis disputationibus, prudens: Caueam.
Amicos dissidentes reconciliem.

Amicis quæam, & indigentibus, necessaria suppeditem.

Amicos in periculo existentes, si prodesse possum, nunquam deseram.

Amicorum calamitates, quibuscunq; modis id fieri queat, restituere promptus paratusque sim. *Ex eodem authore & Serm.*

Epictetus. Pro boum armentis studium tibi sit amicorum greges in domum congregare. *Stob. Serm. 5.*

Vt lupus est animal cani simile: ita & adulator, & adulter, & parasitus amicis similis est. *Ibid.*

Amicitiæ morbus inuidia: quemadmodum rubigo propria est frumenti aruorum. *Periander apud Stob. Serm. 27.*

Amicitiam & sodalium in vitæ consuetudine, summam beneuolentiam consequetur, qui illorum in se obsequia maiora præstantiora q; putat quam illi; sua vero in illos beneficia minora quam ipsi exhibuit. *Plato lib. 5. de legib. Stob. Serm. 41.*

Amicum ubi compara, non omnes qui id cupiunt, sed eos qui ingenio ad id apti sunt: neq; quibuscum iucundissime viuas, sed cum quibus optime ciuitatem administres. *Isocrates apud eundem Stob. Serm. 2.*

Amicitia inter Sceptrum sunt regibus fidelissimum; maximeque *Xenoph. lib. 8. Institutionis Cyri.*

Ego bonitatem in bello, amici vero fidem in calamitate iudicamus. *Fir. Anton & Max. Serm. 135.*

Amicum ne probemus: amicos in aduersa fortuna cognoscimus. *Ibidem.*

Vera amicitia tria requirit maxime: virtutem tanquam honestam, & familiaritatem vt iucundam, & vsum tanquam necessariam. *Idem. ibid.*

Quæ amicos paraueris, tot oculos habes, quibus quæ velis videas: tot aures quibus quæ decet audias: tot consilia, quibus de iis quæ vtrentur consultare & prospicere possis. Non enim aliter se habet vnum amicitia, quam si cui Deus vnum corpus habenti tot alias animas, quæ omnes illi prouiderent & consulerent. *Dion Chrysost. ibid.*

Facilius amitates acerbissimas cum amicis feras, quam solus prosperas maximas. *Dion. Prusaeus. ibid.*

Amicus amicitiæ est, qui plurimas ferre potest iniurias. *Aristot. ibid.*

Acquirende sunt facultates propter amicos potius quam acquirendi amici propter bona. *Idem, ibid.*

Amicitiæ qui violant, etiam si hominum supplicium effugerint, Deorum non euadent. *Socrat. ibid.*

Quibus præteritis alios sibi amicos acquirunt, iis assimilandi sunt, qui relicto suo agro colunt alienum. *Idem. ibid.*

Non est opitulari amicis, inopiæ est: nolle autem, malitiam indicat. *Demosth. ibid.*

Diues nunquam amicitiam efficient, quemadmodum nec terram Deus: amicitia autem diuitias facile adipiscitur & parat, quemadmodum & Deus terram. *Cato ibid.*

Vitam propter aculeum non odisti, sed propter fructum foues & amicum propter acerbam obiurgationem ne auerseris, sed propter beneuolentiam ames. *Idem, ibid.*

Quicunq; mœrentem fugerit, dignus non est qui eo gaudente fruatur. *Idem. ibid.*

Satius est multis amissis pecuniis amicum vnū acquirere, quam vno amisso amico multas pecunias comparare. *Idem, ibid.*

Malum amicitia & bonorum inimicitia fugienda. *ibid.*

Calamitates & necessitates amicos probant atque inimicos arguunt. *Ibid.*

Præsentibus amicis benefaciendum, de absentibus bene loquendum. *Ibid.*

Amare amari se cogitet qui neminem amat. *Ibid.*

Et inimicus & amicus, non iucundior, sed vtilior eligēdus est. *ibi.*

Amicus non diligas vtilitatis gratia. Nam talis amicitia breuis & infelix est. *Sextus, ibid.*

Amicum ne parato, cui non credis omnia. *Idem, ibid.*

Amicis secundum Deum mel & lac veracibus verbis profundit. *Ibidem.*

Rarus amicum ingreditor, ne tui satur te oderit. *Idem, ibid.*

Interim ex aureo poculo remedium bibere, & ab amico bene audire consilium. *Ibid.*

Erga inimicos esto constans: erga inimicos munitus & cautus. *Pittacus, ibid. Serm. 135.*

Prius iudicare, dein amare conuenit: nō vice versa. *Nicocl. ibi.*

Amicis felicibus & infelicibus, idem esto. *Cypsel. ibid.*

Si eorum attemperatur ingeniis bibentium, ita & amicitia pro moribus venientium variat. *Demosth. ibid.*

Inter ingenues amicitia est. Cæteri non magis amici quam socii. *Seneca de ben. l. 7. c. 12.*

Non mihi hic cum amico omnia communia sunt, quomodo cum socio? pars mea sit pars illius: sed quomodo patri matrique communes liberi sunt: quibus cum duo sint, non singuli singulos habent, sed singuli binos. *Idem, ibid.*

Quicquid habet amicus, commune est nobis: sed illius proprium est, quicquid habet. *Ibid.*

Nullum tibi dabo qui non amico, sed amicitia caruerunt. Hoc non potest accidere, cum animos in societatem honesta cupiendi par voluntas trahit. *Sen. epist. 9.*

Sapiens, etiamsi contentus est, se tamen habere amicum vult: si ob nihil aliud, vt exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat. *Epist. 9.*

Si propter seipsam amicitia expetenda est, potest ad illam accedere qui seipso contentus est. Accedit autem quomodo ad rē pulcherrimam, non lucro captus, nec varietate fortunæ perterritus. Detrahit amicitiæ suam maiestatem, qui illam parat ad casus. *Ibid.*

Consortium omnium rerum inter nos facit amicitia: nec secundi quicquam singulis est, nec aduersi. In commune viuitur: nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur, qui omnia ad vtilitates suas conuertit. Alteri viuas oportet, si vis tibi viuere. *Epist. 48.*

Omnia cum amico communia habebit, qui multa cum homine. *Ead. epi.*

In pectore amicus, non in atrio quæritur. Sene. *Lib. 6. de ben. c. 34.*

Errat & ille qui amicum in atrio quærit, in conuiuio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo bonisque suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est.

Tu omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. *Ibid.*

Qui sibi amicus est, scito hunc amicum omnibus esse. *Epist. 6.*

Hecaton ait, ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine vllius veneficæ carmine: Si vis amari, ama. *Epist. 9.*

Conuersari cum amicis absentibus licet, & quidem quoties velis, & quamdiu velis: magis hac voluptate, quę maxima est, fruimur, dum absumus. *Epist. 55.*

Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant. Lacrymandum est, non plorandum. *Epist. 63.*

Non affligitur sapiens amicorum amissione, eodem enim animo fert illorum mortem, quo suam expectat. *Epist. 74.*

In amicorum legendis ingeniis dabimus operam, vt quam minime inquinatos assumamus. *De tranquill. animi. c. 7.*

Si dicas, amicum perdidi, resp. Iam te habuisse certum est. alium quære, & ibi eum quæras vbi inuenire possis. Quære inter liberales artes, inter honesta & recta officia, quære in laboribus. Ad mensam ista res non quæritur. quære aliquem frugi. fortem animum habe, si vnum: erubesce, si vnicum: quid tu in tanta tempestate ad vnam anchoram stabas? *In excerptis ex Seneca.*

Pleriunque in calamitate ex amicis inimici existunt. *Cæsar, lib. 3. de bel. ciuil.*

Amicorum neque nobis, neque cuiquam hominum satis fuit. *Salust. de bello Iugur.*

Tibi amico non opus est, de cuius beneuolentia dubites. *Curtius lib. 7.*

Non hoc præcipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignauo quæstu sed quæ voluerit meminisse; quæ mandauerit exequi. *Tacit. Annal. lib. 1.*

Amicis inest adulatio. *Idem, Annal. lib. 2.*

Nullū maius boni imperii instrumentum, quām amici, *Hist. l. 4.*

Amicorum tyranni quanto quis clarior, eo minus fidus. *Hist. l. 3.*

Amicorum propensio, si com mode fiat, magnum adfert emolumentum: si vero coacta sit, & tarda tandem ac deficiens, vanum habet subsidium. *Polyb. lib. 9.*

Administratio & cura Reipublicæ ad patricios pertinet; amicitia & pax ad bonos ciues. *Dionys. Halicarnass. lib. 6.*

Potens & præualidum est amicitiæ vinculum, neq; vlla ex parte sanguinis viribus inferius, &c. *Val. Max. lib. 4. cap. 7.* vbi vide multa præclara.

Non magnitudine munerum, sed constantia morum continetur amicitia. *Tacit. Hist. lib. 3.*

Firmissima est inter pares amicitia. *Curt. lib. 7.*

Plus in amicitia valet similitudo morum quam affinitas. *Corn. Nepos in vita Pomp. Attici.*

In prospera fortuna fidem seruare nihil arduum esse videtur: at quum quispiam in amici calamitate constans permanet, id vero in sempiternum memoria tenetur. *Xenoph. de reb. gest. Græcor. l. 4.*

Ægre consistit inter principes amicitia, propter diuersitatem eorum quæ singulis prope momentis ad ipsos deferuntur. Caueant igitur, ne præsentes adsint ad adloquium, sed per legatos viros prudentes, qui, quod vtrinque peccatum est, sanare possint, sua negotia conficiant. *Comineus, lib. 2.*

Cum amicitiæ præsidium sit firmissimum, secundum Ciceronē, lib. 1. de Finib. & rerum omnium nec aptius sit quidquam ad opes tuendas & tenendas quam amari ac diligi, nec alienius quam timeri, teste eodem, lib. 2. de Offic. nec sine amicorum beneuolentia, neque in aduersa, neque in secunda fortuna quisquam viuere possit, vt idem habet 4. lib. epist. ad famil. immo cum nullius opes vnquam tantæ fuerint, aut esse possint, quæ sine multorum amicorum officiis stare queant; vt idem orator testatur in orat. pro Planco: certe cum Tacito concludimus, nullum maius boni imperii instrumentum inueniri quam bonos amicos. Idem testatur Cambyses moriens, vt refert Xenophon in Cyripædia. Et prudentissime omnes, qui sapientia insignes maxime fuerunt, in amicorum copia magna, sibi & posteris comparanda diligentiam eximiam adhibuerunt. *Annibal Scotus Comm. in Tacitum.*

Veterum sententiis veræ amicitiæ leges adiungere libuit, innumeris sententiis & exemplis tum sacris & ecclesiasticis, tum seculariibus luculenter confirmatas. Amici item, præsertim eius qui Christum sincero cordis affectu complectitur & ardenter diligit, ex Io. Pico Mirandulano descripti characteres.

Amicitiæ veræ Leges.

1. Amicitia non ineatur, nisi à virtute præditis & ob virtutem.
2. Amicus alter ipse esto.
3. Amicorum omnia sunto communia.
4. Idem velint & nolint amici.
5. Sincera, fida, ab omni fraude aliena amicitia esto.
6. Amicitia constans maneat æque in aduersis ac prosperis.
7. Cum opus est, amicus amicum corripere non negligat.
8. Amicus arcana sua amico patefaciat.
9. Nihil turpe alter ab altero postulet.
10. Vterque colat silentium, nec sibi commissa reuelet.
11. Externa comitatis & humanitatis officia sibi mutuo declarent.
12. Amicus est paratus pro amico profundere vitam.
13. Amicitia indissolubilis & æterna sit.

Amici seu sinceri amantis Characteres.

1. Amare vnum tantum & contemnere præ eo omnia.
2. Infelicem se putare, quando non est cum amato.
3. Omnia pati, vt cum illo sit, etiam mortem.
4. Omare se, vt illi placeat.
5. Esse cum illo quomodo potest; si non re ipsa, saltem cogitatione.
6. Amare omnia quæ ad eum, siue ad eius gloriam, pertinent, amicos omnes, ædes, expressas & vitas imagines, &c.
7. Cupere laudes eius celebrari, nec posse ferre vel leuiculam amati nominis ignominiam.
8. De eo credere omnia summa, & idem cupere vt omnes credant.
9. Optare pro eo pati aliquod incommodum, illudque reputare dulce.
10. Flere cum eo sæpe: vel si absens sit, ex dolore: vel si præsens, ex lætitia.
11. Semper languere, semper ardere eius desiderio.
12. Seruire illi nihil cogitando de præmio vel de mercede.

¶ Sententiae Poeticae.

Ex Latinis.

Monosticha.

Plures amicos re secunda compares
Paucos amicos rebus aduersis probes. Auson.
Amicum optimæ res parant, tristes probant. Publ.
Amicus certus in re incerta cernitur. Ennius.
Nullus ad amissas ibit amicus opes. Ouidius.
Cum inimico nemo in gratiam citò redit. Publius.
Amici animum quærunt, parasites diuitias. Lucil.
Magna inter molles concordia. Iuuenal. Satyr. 2.
Dulcis inexpertis cultura potentis amici. Horat.
Par ætas animos conciliare soler. Corn. Gallus.
Vnus amicitiæ summos tenor ambit & imos. Ouid.
Comes facundus in via pro vehiculo est. Publ.
Auxilia humilia firma consensus facit.
Ita amicum habeas posse vt fieri inimicum putes.
Discordia sit carior concordia.
Tristia cuncta exupera aut animo aut amico.
Ita crede amico, ne sit inimico locus.
Amici sitis à siderâ, facis tua.
Bonus amicus grauius multo trascitur.
Cum hominibus pacem, bella cum vitiis habe. Anonym.

Ex Plauto & Terentio Comicis.

Sententiæ Plauti.

——— *Hoc tu tacito, cogites,*
Vt cuiq; homini res parata est, firmi amici sunt: si labant
Res lassæ, itidem animi collabascunt. Amicos res inuenit.
In Sticho. Act. 4. Sc. 4.
Verum est verbum quod memoratur: vbi amici,
Ibi sunt opes. In Truculento. Act. 4. Sc. 4.
Si quid amicum erga benefici, aut consului fideliter,
Non vt deor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.
Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium erit:
Quod datum vtendum est, id repetundi copia est quâdo velis.
In Trinummo. Act. 5. Sc. 2.
Bene st amico feceris, ne pigeat feciss:
Vt potius pudeat si non feceris. In Trinummo.
Nihil agit, qui diffidentem verbis solatur suis.
Is amicus est, qui in re dubia iuuat, vbi re est opus.
In Epidico. Act. 1. Sc. 2.
Multis modis medit atus egomet mecũ sum, & ita esse arbitror,
Homini amico qui est amicus, ita vt nomen possidet,
Nisi deos nihil præstare ei. In Bacchide, Act. 3. Sc. 2.
Nimium difficile est, reperire amicum, ita vt nomen
Cluet, cui tuam cum rem credideris, sine omni cura dormias.
In Trinummo, Act. 3. Sc. 1.
In hominum ætate multa eueniunt huiusmodi
Capiunt voluptates, mox rursum miserias,
Ira interueniunt, redeunt rursum in gratiam.
Verum ira si quæ forte eueniunt huiusmodi,
Inter eos, rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se, quam prius. In milite.
Quanquam negocium est: Si quid vis, Demipho,
Non sum occupatus vnquam amico operam dare.
In Mercatore.
Nihil homini amico est opportuno amicius, In Epidico.

Nec recentiores poetas omittamus. *Ex Cæsaris Scaligeri duodecim libris,* quindecim Epigrammata de amicis subiecimus.

1. *Quem officia vides perpetuasse cum parente,*
Thesaurus erit patrius innocens amicus:
2. *Non est tibi, quisquis sibi nescit esse amicus.*
Verum nequis fer, qui sibi vult nimis se amicum.
3. *Ne damna tibi fabrices. Coctas monebit.*
Ita vive, vt amicos facias ex inimicis.
4. *Inquit sapiens: Cras dies pinget amicum.*
Heu heu mihi, quot horula iam pandidit vna!
Vt sit tibi veriss ma sententia vulgi,
Quot vis, tot amicos numera: experire paucos.
Est prorsus idem perdere & experiri amicos:
Ita friget amor mutuus: vmbra luce cassa est.
Sic dira fames aurea pectora obstinauit.
5. *Serua fides pignora patriis amicis:*
Vt certa vides integra seruasse parentem.
6. *Veteri socione nouas compares amici.*
Ignotane notis dabis, incerta q; certis?
7. *Ne gratia cum vita abeat suauis amici:*
Verum officiis affice liberos eorum.
8. *Amissa recuperare stude, ante omnia amicum:*
Nec tu maledictis odium irrigare pergas,
Sed de hoste profiteare animi verba benigni.
9. *Si perdis amicum esto per leuem q; causam,*
Nil perdis: amicum ne q; tum fuisse dicam.
10. *Teipsum in socium transfer, & hac arte propaga.*
Regno vtilior dicitur existere amicus.
11. *Nemo tibi te maior amicus, & vicissim*
Infestior hostis sis: vt in necessitate
Ponas operam sedulus, exigas q; pensum.
12. *Erroris amicum moneas volens volentem.*
Si nolit: es illi sibi quod debuit esse.
13. *Fur are beneficia dexteritate sodales.*
Fortunæ opibus q; omnibus hos præfer amicos.
14. *Fortuna si amici facie m ac pectora mutat:*
Fortuna animi q; tui sic tempora muta.
15. *Multi ad cyathum faciles prodigiq; amici,*
Quos immemores efficit vna vmbra periclis:
Neq; fuit, neq; erit, neq; esse quenquam hominum in terra
Arbitror, cui fides fidelitas q; amicum erga æquiparit sum.

In Trinummo. Act. 5. Sc. 2.

Pauci ex multis sunt amici homini, qui certi sient.
In Pseudolo. Act. 1. Sc. 3.
Multi more isto atq; exemplo viuunt: quos quum censeo
Tibi amicos: reperiuntur falsi testimoniis,
Lingua factiosi, inertes, opera subdola, fide.
Nullus est qui non inuideat rem secundam obtingere:
Sibi ne inuideatur ignaui cauent recte. In Bacch. Act. 3. Sc. 4.

Sententiae Terentii.

——— *Vetus verbum hoc quidem est*
Communia esse amicorum inter se omnia.
In Adelph. Act. 5. Sc. 3.
Solus est homo amico amicus. In Phormione. Act. 3. Sc. 3.
Obsequium amicos, veritas odium parit.
In Andria.

¶ Scriptores.

De amicitia. *Magnus in Sophologia*, 2. 2. 7. & 8. *Ramus Theolog. Rampigellus cap. 7. Hanapus cap. 45.* De vilitate amicitiæ *Pharetra.* De amicitia vera & fide in ea seruanda. *Branfelius lib. 9.* Amicis non exprobrandum vel maledicendum, nec data arcana ipsorum, *Ibidem.* Quibus amicitia iungi liceat. *Idem.* Amicitia vera est, quam religio vera conciliauit. *Marsilius Ficinus.* Amicitia præcipue Diuina, *Vide Alanum Varenium.* De amicitia porro scripsit *Plato in Lysside. Aristot. in Moral. magnis & Nicomachiis. Themistius in oratione. Florilegium Gnomologicum 1. sect. 85. Lucianus, in Τόξαρι. Antonius Monachus Melissa tit. 24. Cælius Rhodig. lib. 23. ca. 4. Cicero in Lælio.* De amicitia contrahenda, *Plutarch.* De discrimine adulatoris & amici, *Idem.* In amicitia *Martialis Castratus Conradi Gesneri Tit. 45.* De amicitia mortali, *Marsil. 1. 2. p. 20.* De amicitiis animalium & rerum alarum *stant. Cæsar.* Amicitia illa stabilis quæ à Deo conflatur, *Marsil. c. 15.* Amicitia inter homines nisi afflante Deo conflari non *Idem lib. 4. cap. 46.*

Amissio rerum.

Abire significat perdere, & iacturam facere. Hebr. *Abad*, perijt, amissus est. Inde *Abdah* perditio, amissio. Et nomen Abbadon, id est, Angelus abyssi, Graecis ἀπολλύων, ἀπολλύον, Latinis Exterminans, Exterminator, Perditor, Perdens, qui omnia perdit, vastat & ad nihilum redigere studet.

purium: sed fides, quæ per charitatem operatur. *Paul. ad Galat.5.*

In libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis: sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas. *Ibid.*

Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam: factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & si omnem scientiam habuero, omnemque fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Manet nunc fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. 1. *ad Cor.13.*

Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia. *Ibid.c.14.*

Induite ergo vos, sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. *Idem ad Coloss.3.cap.*

¶ Sententiæ Patrvm.

Nihil pretiosius Deo, virtute dilectionis: Nihil desiderabilius Diabolo, extinctione charitatis. *D. August.*

Qui diligit Deum, & eius mandata custodit, in illius cor Dominus venit, & mansionem facit. *D. Gregorius.*

Ex tota mente tua dilige Deum, vt in omnibus actibus tuis placeas illi. Deus enim non tantum vult verbis diligi, sed corde puro, & operibus iustis. Magis ergo omnibus diligamus Deum, qui & nos & parentes nostros propriis manibus finxit: & cuncta nobis bona, quæ erga nos geruntur quotidie, eius beneficiis adscribamus, *Basilius Magnus.*

Christus diligendus est supra parentes. Quia non bonis tribuunt parentes ea, quæ Christus. *Idem.*

Quum nobis Deus magna beneficia præstat, nihil exigit à nobis, nisi vt diligamus eum, & templa nostra ei seruemus, vt ille semper in nobis habitet, & nos in illo permaneamus. *Idem.*

Dilectio Dei morti comparatur dicente Salomone, Valida est, vt mors, dilectio Dei: Sicut mors violenter separat animas à corpore: ita dilectio Dei violenter segregat hominem à mundano & carnali amore. *Isidorus.*

Qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit. Neque enim regem diligimus, si odio eius leges habemus *Ibidem.*

Minus quam inter duos dilectio Dei esse non potest. Et dum rem amore concupiscimus temporalem, amittimus veram Dei dilectionem. *Idem.*

Deus dilectio est, & qui manet in dilectione, in Deo manet, & Deus in eo. Cum Deo autem non possunt manere, qui esse in ecclesia Dei vnanimes noluerunt. *Cyprianus.*

Stultum est, aliquid amare plus quam Deum. Mentem enim quam repleuerit memoria Dei, maligno in ea non dabitur locus. *Clemens.*

Si quis dilexerit Deum, illius mens non erit in terra, sed semper superiora petet. Desiderabit enim quæ amauit: inde ducitur, inde illuminatur, inde reficitur, tanquam de dulcissimo fonte. *Effrem.*

Duas ciuitates, duo faciunt amores: Hierusalem facit amor Dei: Babyloniam facit amor sæculi. Interroget igitur se vnusquisq; quid amet, & inueniet vbi sit ciuis. *August. super Psal.64.*

Ama amorem illius, qui amore tui descendit in veterum virginis, & ibi amorem suum amori tuo copulauit, humiliando se, sublimando te, coniungendo lumen suæ æternitatis limo tuæ mortalitatis. *Augustinus de catechizandis rudibus.*

Constans & perfectus debet esse amor noster, vt si necesse fuerit, amore illius moriamur, qui amore nostri placide ac benigne mori dignatus est. *Ibidem.*

Minus Domine te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter te non amat. *August. libro confessionum.*

Ad Deum qui vbique præsens est, vbique totus est, non pedibus licet ire, sed moribus. Mores autem nostri non ex eo, quod quisque nouit, sed ex eo, quod diligit, diiudicari solent: nec faciunt bonos vel malos mores, nisi boni vel mali sint amores: *Augustinus epistola ad Macedonianum.*

Si voluntatem Dei quisque nosse desiderat, fiat amicus Deo. Quia si voluntatem hominis nosse quisque vellet, cui amicus non esset, omnes eius impudentiam deriderent: non autem quisque efficitur amicus Dei, nisi purgatissimis moribus. *Aug. contra Manichaos lib.1.*

Modus diligendi Deum est, vt diligatur quantum potest diligi: & quanto plus diligitur, tanto est dilectio melior. *Aug. libro de ribus Eccl.*

Non dubitat etiam Plato hoc esse philosophari, scilicet Deum amare. *Aug. lib.8. de ciuitate Dei.*

Qui diligit Deum, non potest contemnere præcipientem vt [illegible] gat proximum: & qui sancte ac spiritualiter dilexit proximum, [illegible] in eo diligit, nisi Deum? *Aug. super illud, Hoc mandatum [illegible]*

Felix conscientia illa & beata virginitas, in cuius corde, [illegible] morem Christi, qui est sapientia, castitas, patientia atq; iustitia, [illegible] teræque virtutes, nullus alius versatur amor: nec ad recordationem [illegible] hominis aliquando suspirat: nec videre desiderat: quod cum videre [illegible] nolit dimittere. *Hieron. in epist. ad Demetriadem.*

Qui amicitias petit Iesu, multorum sibi sciat esse inimicitias [illegible] lerandas. Nam cum anima verbo Dei se sociauerit, dubitare non [illegible] bet, statim se inimicos habituram, & eos, quos ante habuit amicos, [illegible] in aduersarios esse vertendos. *Hieron. super Iosue homil.1.*

Cui portio Deus est, nihil debet curare nisi Deum, ne alium [illegible] pediatur necessitatis munere. Quod enim ad alia officia conferri [illegible] hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur. Hoc [illegible] nim vera est sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quæ [illegible] alienatio charissimorum, vt suis se abneget, qui seruire Deo elegerit. *Ambrosius de fuga saculi.*

Solent nonnulli in prosperis Deum diligere, in aduersis autem [illegible] flagellantem minus amare. *Greg. lib.2. Moralium.*

Tunc plenus in Dei dilectione proficimus, cum in eius dilectionis gremio prius proximi charitate iactamur. *Greg. 15. mor.*

Amanti Deum dilatio imponitur, vt ex dilato amoris desiderio [illegible] meritum retributionis augeatur. *Greg. l.6. Moral.*

Certe iam monumentum vacuum viderat, iam sublatum Dominum nuntiauerat Quid est, quod se iterum inclinat? iterum videre desiderat? Sed amanti semel adspexisse non sufficit, quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. *Greg. in homil. Maria stabat ad monumentum.*

Mulier quid ploras? quem quæris interrogatur causa doloris augeatur desiderium quærentis: quatenus cum nominatur [illegible] quæreret, in amore eius ardentius æstuaret. *Greg. in homil. Maria stabat ad monumentum.*

In quantum quisque amat: in tantum ad ingressum regni [illegible] pinquat. In quantum vero amare negligit, in tantum ingredi [illegible] sat. *Greg. super Ezechielem.*

Dilexit nos Deus dulciter, sapienter, fortiter. Dulciter nempe [illegible] xerim, quod carnem induit. Sapienter, quia culpam cauit: Fortiter, [illegible] quia mortem sustinuit. Discе ergo Christiane à Christo, quemodum diligas Christum. Discе amare dulciter, ne illecti: prudenter, ne decepti: fortiter, ne compressi deficiamus. *Bernard. sup. Cantica serm.20.*

Toto corde, tota anima, tota virtute diligere, est omne [illegible] blanditur de carne propria vel aliena, sacrosanctæ carnis Christi [illegible] mori postponere. *Idem.*

Magna res amor, si ad fuum recurrat principium, si fuæ origini [illegible] reddatur, si refusus suo fonti semper ex eo fumat, vnde iugiter [illegible] *Idem.*

Sapientia est Deus & vult amari non solum dulciter, sed & [illegible] enter, alioquin facillimè zelo tuo spiritus illudet erroris, si [illegible] negligas. Non enim habet callidus hostis machinamentum [illegible] cius ad tollendam de corde dilectionem, quam si efficere possit [illegible] in ea incautè, & non cum ratione ambuletur. *Bernhard. super Cantica serm.30.*

O iugum sancti amoris, quam dulciter capis, glorioseque [illegible] suauiter premis, delectanter oneras, fortiter stringis, prudenter [illegible] dis. O felix amor, ex quo oritur strenuitas morum, puritas affectuum, [illegible] num, subtilitas intellectuum, desiderium sanctitas, operum [illegible] tas, virtutum fœcunditas, meritorum dignitas, præmiorum [illegible] mitas. *Bernard. in tract. de diligendo Deum.*

Prior Deus dilexit nos, tantus, tantum, & gratis: tantillos, & [illegible] *Idem.*

Vultis à me audire, quare, & quo modo diligendus est [illegible] Et ego dico, quod causa diligendi Deum Deus est: modus: [illegible] do diligere. Ob duplicem causam dico Deum propter se [illegible] dum, vel quia nihil iustius, vel quia nil fructuosius diligi [illegible] *Idem.*

Ama ergo, ô homo, Deum. Ama totus, vt possis omnia [illegible] re vincere, & delere peccata: Tenere militiæ, delicati conflictus [illegible] amore solo de cunctis criminibus reportare victoriam, *Patrum [illegible] uennas super illud, Diliges Dominum Deum tuum, &c.*

Multum quidem vexat hominem, cum relinquitur amor [illegible] di. multo amplius tamen cruciat, cum calcatur amor sui. Verumtamen super omnia transfigit & penetrat cor hominis, & excoquit [illegible] siderium æstibus amor Dei, vnde est illa vox: Fulcite me floribus, [illegible] pate me malis, quia amore langueo. *Beda sup. Can.*

Qui vult veram dilectionem prægustare, Christum dilectissimum [illegible] ter amare: quia Christus amor est. *Basilius in Hexaemeron.*

Thesaurus indeficiens est amor diuinus: quem qui habet, [illegible] est: quo quicunque caret, pauper est. *Idem.*

Vnguentum suaue & optimum est amor summi boni, quo [illegible] mentis sanantur, & cordis oculi illuminantur. *Idem.*

Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligentis non relinquit. Non enim intrat diabolus, cum Deo repletus est animus. Diabolus enim vacantem desiderat, requirit. Sed vbi Deum reperit, sub magna confusione fugit. Vbi lia cum aliquo liquore plena sunt, superuenientium non capiunt. Ita nos diuina charitas si totos repleat, non relinquit. inquinamen introeat. *Cassiod. sup. Psal. 41.*

Mundi & Dei amorem hæc est differentia: quia amor mundi dulcis esse videtur, sed finem amarum habet: Amor Dei ab amaritudine incipit, sed vltima eius, dulcedine plena est. *Beda de Ara, lib. 1.*

Non amor & Dei pariter in vno corde habitare non possunt: non simul oculi pariter & cœlum & terram nequaquam contuentur. *Cyprianus de duodecim abusionibus.*

¶ Poeticae Sententiae.

Homerus.

Ὡι κε θεοὶς ἐπιπείθηται μάλα τ' ἐκλυον αὐτοῦ.

Qui Dijs paret, ab ijs valde exaudiatur.

Pythagoras in aureis carminibus, & Stephanus Niger in expositione.

Μάλιστα μὲν θεοὺς τιμᾶν νόμῳ, ὡς διακεῖνται, τίμια. id est, *Deos immortales Deos, vti sese habent, legitimè cole. Religio diuinarum rerum cultu, id est, religione. sumpsit exordium enim est maximo ingenio summaq; doctrina præditus, quòd ait, Vitæ fundamentum esse Deorum Generationem. Nam animas & nos ipsi a Deo immortali ortum duximus, nullis profectò dubium, quin & nostra omnia, & nosmetipsos Deo debeamus. Cæterùm cum nihil sit, quod a nobis Deo immortali gratius iucundiúsve præstari possit, quam si nos gratos esse ostendamus, nosque in cum gratitudinem & beneficum religionis cultu illi significemus: rectè Pythagoras nos omnium primum Deos esse colendos docuit, idq; vt se habet legitimè faciendum admonuit. Vide Hieronymum citato loco Nigrum.*

¶ Exempla Sacra.

Iosue obiturus diem supremum, hoc postremum præceptum reliquit: Tantum confortamini, & estote solliciti; vt cuncta custodiantur scripta sunt in volumine legis, & hoc diligentissimè præcaventes diligatis Dominum Deum vestrum. *Iosue. 23.*

Laudatur de Dauide, quod de omni corde laudauerit Deum, & dixerit eum: quod fecerit eum. *Eccl. c. 47.*

Petrus respondit: Domine, tu scis, quia amo te. *Ioan. 21.*

Quinos separabit à charitate Christi? *Rom. 8.*

Anima exilimauit vt stercus, propter Christum. *Phil. 3.*

Appellat Ægyptus feram, quæ exorientem adoret Caniculam. Quod si bruta quoque animalia pietatem colere, Deos venerari compertò habemus: nonne hominem rationis ac consilii participem pudeat nos nulla sequi pietatis ac religionis vestigia, non ad Deum & colere, sed Scythas ac Galatas imitari? apud quos, vt Theopharchus, nulla fit Deorum mentio: nulla de diuinis rebus historia memoratur. *Origenes.*

Amor Proximi.

DEFINITIO.

Mor Proximi, Græcè ἔρως γείτονος, idem videtur esse cum charitate, qua proximum diligere iubemur.

¶ Sententiae Biblicae.

Aduenam non contristabis, neque affliges eum. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus: percutiamque vos gladio. Et erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli. *Exod.*

Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo. Peregrino molestus non eris. *Exod. 23.*

Non decipiet vnusquisq; proximum suum. Non facies calumniã proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii apud te vsque mane. Non maledices surdo: nec coram cæco ponesoffendiculum: sed timebis Dominum Deum tuum. Non fraudulenter iudicabis: non acceptor nec susurro in populis. Non stabis cõtra sanguinem proximi tui. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, iustus quoque sextarius. *Leuit. cap. 19.*

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces vxorem proximi tui, non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. *Deut. c. 5.*

Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo. *Deut. 22.*

Non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, siue aduenæ qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum: quia pauper est & ex eo sustentat animam suam. Ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. *Deut. 24.*

Maledictus, qui clam percusserit proximum suum, & dicet omnis populus, Amen. *Deut. 27.*

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. *Tob. 4.*

Non facias violentiam pauperi, quia pauper est, neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Dominus causam eius, & confliget eos, qui confixerunt animam eius. *Prou. 22.*

Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. *Eccl. 7.*

Audistis, quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros: Benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est: qui oriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. *Matth. 5.*

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ. *Matth. 22.*

In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: & adiicitur vobis. *Marc. 4.*

Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. *Luc. 3.*

Diligite inimicos vestros: Benefacite his, qui vos oderunt. Benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi. Quia ipse benignus est super ingratos & malos. Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis. *Luc. 6.*

Mandatum nouum do vobis, vt diligatis vos inuicem, sicut dilexi vos. *Ioan. cap. 13. in euang.*

Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi. Hoc mando vobis, vt diligatis inuicem. *Ioh. 15.*

Nulli malum pro malo reddentes, & infra, Scriptum est enim, Mihi vindicta, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. *Paul. ad Romanos 12.*

Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam, non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. *Idem ad Rom. cap. 13.*

Charitas vero ædificat. *Paul. 1. ad Cor. 5.*

Omnis enim lex in vno sermone impletur, diliges proximum tuum sicut teipsum. *Paul. ad Gal. 5.*

Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. *Paul. ad Gal. 6.*

Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. *Paul. ad Colos. 3.*

Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. *Idem ad Hebræos 13.*

Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operiet multitudinem peccatorum. *Petrus Apostolus primæ cap 4.*

Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsq; adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. *Iohannes Apost. 1. c. 2.*

Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. *Ioannis 1. c. 3.*

Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. *Ibidem.*

Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit: mendax est, & in eo non est veritas. *Ioannis Apost. 1. c. 4.*

Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Qui autem non diligit fratrem suum, quem videt: Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Qui non diligit, manet in morte. Omnis, qui odit fratrem, homicida est: & scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. *Ibidem.*

In hoc cognoscent omnes, quod mei discipuli estis, si inuicem vos dilexeritis. *Ioannis 13. in Euangelio.*

In fraternitatis amore, simplici corde inuicem diligite attentius. *1. Petr. 1.*

Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo, in odorem suauitatis. *ad Ephesios 5.*

Omni tempore diligit, qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur. *Prou. 17.*

Dilectio proximi malum non operatur. *D. Paulus ad Rom. 13.* Plenitudo ergo legis, est dilectio. *Ibidem.*

¶ Patrvm Sententiae.

Redire dimissa peccata, vbi charitas non est superna, Dominus docet in Euangelio apertissime, de illo seruo, qui cum deprecanti omnia dimisit, & ille conseruo suo misereri noluit, iussit eum dominus reddere omnia quæ dimiserat. *Aug. l. de Baptismo.*

Vbi charitas non est, non potest esse iustitia. dilectio enim proximi malum non operatur. *Aug. & habetur 24. q. 1. Vbi.*

Sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri. *Aug. & hab. 24. q. 3. Corripiantur.*

Charitas est aqua, de qua Dominus in Euangelio ait: Qui biberit aquam, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. *Aug. & habetur de pœnitentia, dist. 2. c. Charitas.*

Sine charitate quomodo quis veram cordis contritionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remissionem? *Aug. & habetur de pœnitentia, dist. 2. c. Charitas.*

Non putes te tunc amare seruum tuum, quando eum non cædis, aut tunc amare filium tuum, quando ei non das disciplinam: aut tunc amare vicinum tuum, quando eum non corrigis. Non est ista charitas, sed languor. Ferueat Charitas ad emendandum & corrigendum. Si sunt boni mores, delectent: si autem mali, emendentur. *Aug. sup. epist. Ioan. & hab. 23. q. 5. Non potes.*

Radicata est charitas? Securus esto, nihil mali procedere potest. *Ibidem & habetur de pœnit. dist. 2. cap. Radicata.*

Si quis tantum habuerit charitatis, vt paratus etiam sit pro fratribus mori, perfecta est in illo charitas. *Aug. sup. epist. Ioannis, & hab. de pœnit. dist. 2. Si quis.*

Sicut seta introducit filum, ita timor introducit charitatem. Crescit charitas, minuitur timor, & è conuerso. *Aug. sup. epist. Ioannis, & habit. de pœn. dist. 2. Sicut.*

Si non vultis in ista eremo siti mori, bibite charitatem: Fons est quem voluit Deus ponere, ne deficiamus: & abundantius eum bibemus, cum ad patriam venerimus. *Aug. sup. epist Ioan. c. 7.*

Domine, ecce quem amas, infirmatur. Non dixerunt, Veni: Amanti enim tantum nunciadum fuit. Sufficit, vt nouerit. Non enim amat & deserit. *Aug. super Ioan. serm. 69.*

Charitas quæ deseri potest, nunquam vera fuit. *Augu. ad Iulianum comitem, & hab. de pœn. dist. 2. Charitas.*

Charitas in quibusdam perfecta, in quibusdam imperfecta, perfectissima autem in hac vita haberi non potest. *Augu. ad Hieron, & habetur ibidem.*

Dilectio est pacis vnda, ros gratiæ, charitatis imber, semen concordiæ, affectus gentium, amoris fructus, & ad summum, dilectio Deus est. *Aug. ad Martianum.*

Dilige proximum sicut teipsum. Proximus in hoc loco, non sanguinis propinquitate, sed rationis societate pensandus est, in qua ociii sunt omnes homines. Nam si pecuniæ ratio socios facit: quanto magis ratio naturæ, non negotiandi, sed nascendi lege communis. *Idem ad Martianum.*

Quia radix omnium malorum est cupiditas, & radix omnium bonorum est charitas: & simul ambæ esse non possunt, nisi vna penitus euulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis incidere ramos, si radicem non contendit euellere. *Aug hom. 8. & hab. de pœn. dist. 2. Quia.*

Finis præcepti est charitas. Omne enim præceptum ad charitatem refertur. Quod enim fit timore pœnæ, vel aliqua intentione carnali, vt non referatur ad charitatem, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamuis fieri videatur. *Augustinus in Enchiridio.*

Ecclesiæ charitas, quæ per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus eorum, qui participes iuri sunt, peccata dimittit: eorum, qui sui non sunt, tenet. *Aug. lib. de meritis & remissione peccator. & hab. de consec. dist. 4. Eccl.*

Sola charitas est, quæ vincit omnia, & sine qua valent omnia, quæ, vbicunque fuerit, trahit ad se omnia. Scientia, si sola sit, inflat. Quia vero charitas ædificat, scientia non permittit inflari. *Aug. lib. de doctrina Christiana.*

Charitas alios parturit, cum aliquis infirmatur, alios curat ædificare, alios contremiscit offendere, ad alios se inclinat, cum aliis blanda, aliis feuera, nulla inimica, omnibus mater. *Aug. de catechizandis rudibus.*

Misericordia est animi condolentis affectus, cum additamento beneficii, vt compatiamur proximo, & largiamur de proprio. *Idem lib. de diffinitionibus.*

Longe melius & humanius, & piorum sensibus accommodatius in Cæsaris laude locutus est, vbi ait: Nulla de virtutibus tuis nec admirabilior, nec gratior misericordia est. *August. lib. 9. de ciuitate Dei.*

Multò misericordius operatur quis circa animas infirmorum: qui bonæ famæ seruorum Dei consulit, quam erga corpora ægrotantium, qui panem esurientibus tribuit. *Augustin. de opere Monachorum.*

Valdè longè dirigit is, qui benè audit, & malè operatur. Si potes dare, da: si non potes affabilem te fac. Coronat Deus in[tem], vbi non inuenit facultatem. Nemo dicat, non habeo non de sæculo erogatur. *Aug. super Ps. 103.*

Diues & pauper duo sunt sibi contraria, & sunt [ria]. Nullus indigeret, si se inuicem supportarent: & [raret], si se ambo iuuarent. Diues propter pauperem fa[ciat] pauper propter diuitem. Pauperis orare, & diuitis [Dei est pro paruis magna præstare. *Augustinus de Verbis Do[mini] serm. 11.*

Vide quantum bonum est charitas: Si ita martyrium [mus], vt nostras velimus ab omnibus reliquias honorari, [nionem vulgi sectantes intrepidi sanguinem fuderimus: [stantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam [huic operi non tam præmium, quam pœna debetur, & [magis tormenta sunt, quam corona victoriæ. *Hieron. super epist. Galat.*

Non memini me legisse mala morte mortuum, qui liberem[ra charitatis exercuit. Habet enim multos intercessores, & [bile est multorum preces non exaudiri. *Hieron. epistol. ad Sop[hronium].*

Qui clementiam non habet, nec indutus est viscera [diæ & lachrymarum, quamuis spiritualis sit, non adimplet [Christi. *Hier. & hab. dist. 86. Qui clementiam.*

Ficta charitas est, quæ deserit in aduersitate. *Amb. sup. ep[ist.] Cor. & hab. de pœn. dist. 2. Ficta.*

Ille intelligit super pauperem, qui largitur pauperi. Nam [prodest misereri inopis, nisi alimoniam eidem largiaris. *Amb. in Ps[al.] 118. Beati immaculati.*

Hoc est occidere hominem, vitæ suæ ei subsidia denegare. [ne inter loculos tuos includas salutem inopum, & tanquam [mulis sepelias vitam pauperum. *Ambrosius ibidem.*

Duo sunt præcepta charitatis, Dei videlicet, & amor proxi[morem Dei gignitur amor proximi, & per amorem proximi [amor nutritur. Nam qui amare Deum negligit, proximum [Et tunc plenius in Dei dilectione proficimus, si in eiusdem [ctionis gremio prius proximi charitatem colligamus. *Greg. Mo[ralium l. 7.*

Perfectionis vinculum charitas dicitur: quia omne bo[quod agitur, nimirum per illam ne peragat, ligatur. Atenim [namque citius quodlibet euellitur opus, cum solutum à vin[charitatis inuenitur. *Greg. lib. 28. Moral.*

Sunt namque nonnulli ita districti, vt etiam omnem man[dinem benignitatis amittant: & sunt nonnulli ita mansueti, vt [dant districti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtrag[mopere sunt tenenda; vt nec in disciplinæ vigore benigni[mansuetudinis, nec rursus in mansuetudine districtionem de[disciplinæ, quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, [contumacem corrigunt, nec disciplinæ vigorem mollient, cum [firmorum animos consulantur. Regat ergo vigor disciplinæ [suetudinem, & mansuetudo ornet sermone vigorem. Et sic alt[commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansue[dissoluta. *Gregor. Moralium lib. 19. c. 16. & habetur dist. 45. namque.*

Vera iustitia compassionem habet: falsa vero dedignatio[quamuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliu[quod agitur typo superbiæ; aliud, quod zelo disciplinæ. Indigna[etenim, sed non dedignantes sunt. At contra hi, qui de falsa [superbire solent, cæteros quoque despiciunt: nulla infirmant[misericordia condescendunt: & quo se peccatores esse non cre[eo deterius peccatores fiunt. *Idem hom. 34.*

Duo quippe sunt præcepta charitatis, amor Dei & proximi, [actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias [prædicationis appetit. Per contemplatiuam vero Hieremias [conditoris sedulo inhærere desiderans, ne mitti ad prædican[debeat, contradicit. *Greg. in Pastor. in Reg. & haber. 8. q. 1. In [ris 5. Duo.*

Tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima pro[rum se misericorditer attrahit: & quæ benigne descendit ad [valenter recurrit ad summa. *Greg. in Pastor.*

Nihil perfectius ac Deo gratius virtute dilectionis: nihil de[rabilius Diabolo extinctione charitatis. Quisquis igitur fra[do iurgia, dilectionem proximorum perimit, Diabolo fami[seruit. *Idem.*

Adoptio filiorum sola charitate acquiritur, Iohannis 1. De[testatem filios Dei fieri. Quid hac potestate altius, quid hac[tudine sublimius dici potest, in qua potestate quisque creatu[citur filius creatoris? *Idem super Ezechielem hom. 6.*

Omnes in vnum corpus baptizati sumus? Quid significa[num corpus? Ne diuidamur, sed mutuam contuetudinem [tiamque tanquam vnum corpus seruemus. Nolimus inuicem [alterum contemnere, ne nos ipsos contemnamus. Nemo vnq[carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet. *Ioannes Chrys[super illud Pauli 1. Corinth. 13. Omnes in vnum corpus bapti[sumus.*

Si indifferenter omnibus dederimus; semper miserebimur: autem discutere cœperimus, nunquam misericordiam præ[

…ostom. super Matth.

…homines congregati, vt mutuis auxilijs imbecilli-
…entur, succurrendum est igitur homini, qui egeat
…m. diuin. inst. lib. 6. c. 10.

…Deus qui cæteris animalibus sapientiam non dedit, natu-
…ales tamentis ab incursibus & periculis tutiorâ generauit:
…rem verò, quia nudum fragilemque formauit, vt eum sapien-
…prospiceret, dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum,
…hominem tueatur, diligat, foueat, contraque omnia peri-
…iuuet & præstet auxilium. Summum igitur inter se ho-
…vinculum est humanitas: quod qui disruperit, nefarius &
…violandus est. Nam si ab vno homine, quem Deus fin-
…oriundi sumus, certè consanguinei sumus, & ideo maxi-
…Romani putandum est odisse hominem vel nocentem. *idem ca-*
…c. 11.

…Deus ab vno Deo inspirati omnes & animati sumus, quid aliud
…fines sumus? Et quidem coniunctiores animis, quàm qui
…Itaque non errat Lucretius, cum dicit: Denique cœle-
…omnes semine oriundi. Omnibus idem ille pater est. Ergo
…bestiis immanibus sunt habendi, qui homini nocent, qui con-
…humanitatis & fas omnes spoliant, cruciant, occidunt, exter-
…*idem.*

…Deus enim, quoniam pius est, animal nos vtile voluit esse, sociale
…inuicem in alijs hominibus nos ipsos cogitare debemus. Non
…periculo liberari, si non succurrimus. Non meremur
…cum iuuemus. *idem.*

Nam qui à præstando auxilio abstinet vel remouet, etiam ab
…se remoueat necesse est: quia nullius ope omnimodo
…putat, qui alteri suam denegat. Retinendum est igitur
…societatis humanæ, quia homo sine homine nullo modo
…*idem.*

Conseruanda est igitur humanitas, si homines rectè dici velimus.
…ipsum conseruare humanitatem, quid aliud est, quàm di-
…hominem, quia homo sit, & idem, quod nos sumus. *idem.*

Verum illud est Ciceronis, quod ait: Hominem naturæ obedi-
…homini nocere non posse. Ergo si nocere homini contra na-
…prodesse igitur homini, secundum naturam sit, necesse
…quod non facit, hominis se appellatione dispoliat. Quia hu-
…officium est, necessitati hominis ac periculo subuenire.
…dem.

…enim operis & officij merces à Deo est expetenda solo.
…ab homine experies, iam non humanitas erit illa, sed benefi-
…cium. Nec potest videri bene meruisse qui, quod facit, non
…sibi præstat. *idem.*

…set famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam in conclaui
…calceati calceus, qui penes te marcescit: indigentis argen-
…quod possides. Quocirca tot iniurias agis, quot subuenire va-
…Iustum hom. 1.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Ex Prospero.

Quod sibi quisque nolit fieri, non inferat vlli.

Lorichius Pocta.

Si conferre cupis cuiquam bene facta benignus,
Tum prius exornet quem tua dextra, vide.
Deuincire bonos meritis, res optima multis,
Nam redit ex illis gratia larga tibi.
Sed si destinat iniustorum velle facultas:
Reddet fœlisfera qui sedet arce pater.

Iesus Syrach Eccle. c. 7.

Pauperibus semper clementem porrige dextram,
Te super vt veniat gratia magna Dei:
Viribi saluantis benedictio nominis adsit:
Teq; probet toto quicquid in orbe viget.

Lorichius.

Corde creatorem de toto dilige summum:
Hunc solum ex omni robore mentis ama.
Cum decet & Domini fidos colusse ministros:
Esse Deus seruos vult in honore suos.
Qui tibi diuini pandunt mysteria verbi,
Syncero Christum pectore & ore docent:
Primitias illis cum summo defer honore:
His offer, quod habes, mandat vt ipse Deus.

Ouid. lib. 2. de Ponto. Eleg. 3.

Mitius est lasso digitum supponere mento,
Mergere quàm liquidis ora natantis aquis.

Ouid. de Ponto. lib. 2. Eleg. 9.

Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis:
Conuenit & tanto, quantus es ipse, viro.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Hæc tantum præcepti mei summa est: Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum superiorem viuere velis. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in seruum liceat, veniat in mentem, tantundem in te domino tuo licere. *Sen. ad Luc. epist. 47.*

Habet in aduersis auxilia, qui in prosperis commodat. *Senec. in prouerbijs.*

Qui succurrere perituro potest, cùm non succurrit, occidit. *idem.*

Tacitè danda sunt beneficia, vt nota sint solis, quibus prosunt. Interdum etiam ipse, qui iuuat, fallendus est, vt habeat, nec à quo acceperit, sciat. *Senec. lib. de benef.*

Multum interest inter materiam beneficii, & beneficium. Itaq; nec aurum, nec argentum, nec quidquam eorum, quæ à proximis accipiuntur, beneficium est, sed ipsa tribuentis voluntas. *ibid. lib. 1. cap. 5.*

Plerique sunt qui beneficia asperitate verborum & supercilio in odium adducunt, eo sermone vsi, ea superbia, vt impetrasse pœniteat. *ibid.*

Tempore beneficia magna sunt. Beneficium est, vsus in fame panis. Beneficium est, arentibus siti, & vix spiritum per siccas fauces ducentibus, monstrare fontem. Eo animo quidquid debetur, quo datur, nec quantum sit, sed à quali voluntate, perenditur. Maius enim aut minus fit, quàm uis idem sit tempore, loco, causa. *ibid. l. 3. cap. 8.*

Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit, quod quis ægrè dimittere visus est, & sic dare, tanquam si sibi eriperetur. Gratissima autem sunt beneficia, parata, facilè occurrentia, vbi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. *ibid. libro 2. capit. 1.*

Optimum est, occupare antequam rogemur. Quia cum homini probo ad rogandum os corruat, suffundatur rubore, quem ob tormentum remittit, multiplicat munus suum. *ibid.*

Non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit. Nulla res carius constat, quàm quæ precibus empta est. Molestum enim verbum est onerosum, & demisso vultu dicendum, rogo. *ibid.*

Nihil charius æstimamus, quàm beneficium, quamdiu petimus: nihil vilius, quam cum accepimus. Vnum bene positum beneficium, multorum amissorum damna restaurat. *ibid.*

Quamuis omni petenti dare debeas: tamen in beneficio spectandi sunt mores eius, cui datur, & animus erga nos, & cohabitatio vitæque societas, & ad nostras vtilitates officia ante collata. *ibid.*

Pulchrum sanè prædicandum, beneficium, nulla dilatione suspensum, nullis precibus redemptum, nullis meritis compàratum. Gratius est enim donum, quod venit ante preces. *ibid.*

Quis nostrum contentus fuit, aut leuiter rogari, aut semel? Quis non, cum aliquid suspicatus est à se peti, frontem obduxit, vultum auertit, occupationes simulauit, longis sermonibus & de industria non inuenientibus exitum, occasionem petendi abstulit, & varijs artibus necessitates properantes elusit? In angusto verò comprehensus aut distulit idem, aut timidè negauit, aut permisit, sed difficulter, sed subductis supercilijs, sed malignis, & vix exeuntibus vocibus? *ibid. lib. 1. c. 1.*

Deos sequamur duces, quantum humana imbecillitas patitur, Demus beneficia, non fœneremur. *idem.*

Succurrere paupertati amicorum studе, imò potius occurrere. *Seneca lib. 2. de moribus.*

Clementiæ esto cultor, sæuitiæ detestator. *Seneca de formul. vitæ.*

Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, ad iram tardus, ad misericordiam pronus, in aduersis firmus, in prosperis cautus & humilis. *idem.*

Deum amabis, si illum in hoc imitaberis, vt velis omnibus prodesse, nulli nocere. *idem.*

Beneficium dando accepit, qui digno dedit. *Macrob. lib. 2. Saturnalium.*

Fructus ingenij & virtutis, omnisque præstantiæ tum maximè capitur, cum in proximum quenque confertur. *Cicer. lib. de Amicitia.*

Cur misereare potius, quàm feras opem, si id facere possis. *Cicer. lib. 4. Tusc. quæst.*

Beneficij magnitudo ex vtilitate atque honestate aut necessitudine demonstratur. *idem lib. 2. Rhetor. Veter.*

Amor sui.

¶ Definitio et Etymologia.

Amor sui, Græcè ἔρως ἑαυτοῦ. Propriè dicitur φιλαυτία. Est sui amans, qui suiipsius causa cuncta peragit, in quibus quæpiam subest vtilitas. *Arist. lib. 2. Mag. Moral. c. 13.*

¶ Sententiæ Patrum.

Philautia omnium cogitationum affectus inducentium causa

constituitur. Ex hac enim generantur tres concupiscentiæ cogitationes, etiam fortissimæ, nempe crapulæ, auaritiæ, & inanis gloriæ. Cæterum ex crapula nascitur scortatio: ex inani gloria, superbiæ: reliquæ omnes vnamquamque ex tribus consequuntur, nimirum cogitatio iracundiæ, tristitiæ, acceptarum iniuriarum recordatio, socordiæ, inuidentiæ, obloquutionis, & reliquæ. Illi ergo affectus rebus materialibus constringunt animum, eundemque in terram detrahunt instar grauissimi lapidis illi incumbentes, cum natura sua igne sit leuior & celerior. *Maxim. de charitate, cent. 3. 56.*

Omnium affectuum principium est philautia, finis autem superbia. Porro philautia amor est, quo corpus complectimur, rationi non consentaneus. Hanc qui amputauerit, eadem opera omnes affectus ex ea orientes abscidit. *Ibidem.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Periander.

Σεαυτὸν μὴ ἀμέλει, id est, *Teipsum ne negligas.*

Pittacus & Chilon.

Γνῶθι σεαυτὸν, id est, *Cognosce teipsum.*

Bias.

εἰς κατόπτρου ἐμβλέψας θεώρει,
καὶ εἰ μὲν καλὸς φίλον, ἄξια τούτῳ
πρᾶττε· εἰ δ' αἰσχρός, τὸ τῆς ὄψεως
ἐλλεῖπες ὠφελοῖς κἀλλοκαγαθίαις.
In speculum cum inspicias contemplare,
Et si quidem pulcher appares, digna te
Fac. Si vero deformis, facies
Defectum illustra probitatibus.

Menander.

ἑαυτὸν οὐδεὶς ὁμολογεῖ κακὸν εἶναι.
Seipsum nullus fatetur esse malum.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Quo in genere (inquit de animaduertendis vitijs verba faciens) non est incommodum, quale quodque eorum sit, ex alijs iudicare: vt si quid dedeceat in illis, vitemus & ipsi. Fit enim nescio quomodo, vt magis in alijs cernamus, quam in nobismetipsis, si quid delinquitur. Itaque facillime corriguntur in discendo, quorum vitia imitantur emendandi causa magistri. *Cicer. lib. 1. de Offic.*

Vt enim pictores, & ij, qui signa fabricantur, & veri etiam Poetæ, suum quisque opus à vulgo considerari vult, vt si quid reprehensum sit à pluribus, id corrigatur: hinc & secum & cum alijs, quid in eo peccatum sit, exquirunt: Sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda & non facienda: & mutanda & corrigenda sunt. *Ibidem paulo post.*

Vide Philautia.

Amor patriæ.

¶ Definitiones et etymolog.

Amor patriæ, Græcè ἔρως πατρίδος, φιλοπατρία, est pietas, quæ debetur patriæ.

¶ Patrum Sententiæ.

Nolite existimare, maiores nostros armis Rempublicam magnam ex parua fecisse: si ita esset, multo pulcherrimam nos haberemus. Quippe sociorum atque ciuium, præterea armorum & equorum maior copia nobis, quàm illis. Sed alia sunt, quæ illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: Domi, industria, foris, iustum imperium: animus in consulendo liber: neque delicto, neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam & auaritiam: publicè egestatem, priuatim opulentiam: Laudamus diuitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos nullum discrimen, omnia virtutum præmia ambitio possidet. *August. libr. 5. de Ciuit. Dei Catonem loquentem inducit.*

Moribus antiquis res stat Romana virisq.

Versum hunc vel breuitate vel veritate, tanquam ex oraculo quodam affatum esse, mihi videtur. Nam neque viri, nisi morata ciuitas fuisset, neque mores, nisi his viri præfuissent, aut fundare aut tam diu tenere potuissent, tantam & tam longe lateque imperantem Rempublicam. *Aug. lib. 2. de ciu. Dei, Recitans versum Enny poetæ.*

Non censeo felicem Rempublicam stantibus mœnibus, ruentibus moribus. *August. lib. 2. de ciuit. Dei, loquens de Scipione qui hæc dicebat.*

Auersa & peruersa corda mortalium, felices res humanas putant, cum tectorum splendor aspicitur, & labes non attenditur animarum, cum theatrorum moles extruitur, & effodiuntur fundamenta virtutum. *Aug. lib. 5.*

Odit valde patriam, qui sibi bene putat, cum peregrinatur. *Aug. super Psal. 93.*

Nostra ætas, cum Rempublicam sicut picturam accer[sitam] giam, euanescente vetustate, non modo eam coloribus [illi]bus fuerat, renouare neglexit, sed nec id quidem curatur. [Q]nim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit Rempub[lica] stare Romanam? quos ita obliuione obsoletos videmus, [vt] do non colantur, sed etiam ignorentur. *Aug lib. 2. de ciu. Dei tans verba Ciceronis lib 3. de Republ.*

Hic Reipubl. vsus est, leges omnibus esse communes [pro]seruari eas deuotione communi, vno omnes teneri vinculo [ci]lijs ius esse, quod alius sibi intelligat non licere, sed quod vni licere omnibus, & communem reuerentiam, patrum quoque filio Respublica gubernetur. Commune omnibus vrbis [do]lium, commune conuersationis officium, vnum præceptum mnibus esse, vnum consilium. *Ambr. hom 5.*

Nimis dulcis est recordatio patriæ, quæ in hostili terra prob[a] existere. Nam quando hæc amara magis sentitur, tanto fit [illi]uior: de loco enim peregrinationis, proprij domicilij cre[sci]ctus. *Cassiodorus super illud: Super flumina Babylonis.*

Vnicuique patria sua charior est, dum supra omnia saluam quæritur, vbi ab ipsis cunabulis commoratur. Feris datum est [ag]syluasque quærere, hominibus autem fores patrias super cunctis ligere. Aues ipsæ per aëra vagantes, proprios nidos amant, [er]ræ ad cubilia dumosa festinant: voluptuosi pisces cuernas perquirunt, cunctaque animalia ibi se norunt refugere, vbi [lo]sima cupiunt ætate constare. *Cassiodor. lib. 1. epist. 20.*

Interdum expedit patriam negligere, vt sapientiam quis [p]acquirere. *Cass. epist. 39.*

Nobilissimi ciuis est patriæ suæ augmenta cogitare, sed [ex]maximè, quos Respubl. summis honoribus obligauit. *Cass. [lib.] epist. 10.*

Vtilitatem publicam, diuturna non conuenit ludificatione ferri. *Idem lib 5. epist. 31.*

Constat, felicem Rempubl. quæ multis resplendet ornata [ci]uibus. *Idem lib. 5. epist. 11.*

Ciuis non habetur, qui vrbis suæ gratiam non tuetur. *Idem [lib.] epist. 36.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Homerus in 9. Iliados.

Οὔ τοι ἀνεκτὸς ἀμύνομέν περ πάτρης τε δάμου τε.
Id est,
Non illi indecens pugnanti pro patria mori.

Idem in α. Odysseæ.

αὐτῆς ἰδέσθαι
ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νέεσθαι
γαίης, θανέειν ἱμείρεται, id est,
Sed Vlysses
Cupidus saltem fumum cum egredientem viderit
A sua terra, mori cupide pacisc[itur].

Idem in 1. Odysseæ.

οὔτι ἔμοιγε
ἡγαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. id est,
Neque vtique ego
Meæ terra possum vllius aliud videre.

Periander.

Θνῆσκε ὑπὲρ πατρίδος, id est, *Morere pro patria.*

Ouid. de Ponto. lib. 1. Eleg. 4.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Horat. Carm. lib. 3. Od. 2.

Dulce & decorum est pro patria mori.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Nam vt præclarè scriptum est à Platone: Non nobis solum [nati] sumus, ortusq; nostri partem patria vendicat, partem amici. *[Cic. lib.] 1. de Offic.*

Magna etiam communitas est, quæ conficitur ex beneficijs [mu]citroque datis. Et infra: Omnium societatum nulla est grauior, nulla charior, quàm ea, quæ cum Republ. est. *Idem.*

Vt enim tutela, sic procuratio Reipubl. ad eorum vtilitatem [qui] commissi sunt: non ad eorum, quibus commissa est, gerenda. *Idem.*

Habere enim quæstui Rempubl. non modo turpe est, sed & [sce]ratum & nefarium. *Idem lib. 2. de Offic.*

Hæc genera officiorum qui prosequentur cum summa vtilitate Reipublicæ, magnam ipsi adipiscentur & gratiam & gloriam. *Idem.*

Neque enim nobis solum diuites esse cupimus, sed liberis, [pro]pinquis, amicis, maximeque Reipub. Singulorum enim facultates & copiæ, diuitiæ sunt ciuitatis. *Cic. lib. 3. de Offic.*

Sed si quis, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ? Reddesne depositum? non credo. Facies enim contra Rempublicam quæ debet esse charissima. Sic multa quæ honesta [vi]tum

...debeant esse, temporibus fiunt non honesta. *Idem.*

...bonis expedit saluam esse Rempubl. Sed in his, qui ...sum magis apparet. *Idem lib.* 12.

...quidam in Republ. virtus, vt viri fortes acrioribus suppli-...cium inicisum, quam acerbissimum hostem quaterent. *Ci-...ro in Oratione contra Catilinam.*

...mortes pro patria oppetitæ, non solum gloriosæ rhe-...dicet etiam beatæ videri solent. Repetunt ab Erichtheo, cuius ...filiæ cupide mortem expetiuerunt pro vita ciuium. Codrum, ...si nullos immisit hostes famulari veste, ne posset agnosci, si ...ex more regio: quod oraculum erat datum, si rex interfectus ...ab hostibus Athenas foret. Menœceus non prætermittitur: qui o-...bsidione Thebarum largitus est patriæ suum sanguinem. Iphigenia Auli ...ab immolandam iubet, vt hostium sanguis eliciatur suo. Ve-...nit ad propiora. Harmodius in ore, & Aristogiton: Lace-...dæmonius Leonidas, Thebanus Epaminondas vigent. Nostros non ...est quos enumerare magnum est: ita sunt multi, quibus vide-...antur honestabiles fuisse mortes cum gloria. *Cicer. Tuscul. q. libr.* 1. *circ. fin.*

Nullum tantum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ ...non arbitretur. *Cicer. Rhet. nouor. lib.* 4.

Cum agetur incolumitas perpetua ciuitatis, qui bonis erit ra-...tionibus præditus, profecto nullum vitæ discrimen sibi pro fortu-...nis Reipubl. fugiendum putabit, & erit in ea sententia semper, vt ...quamdiu id honeste agat, quamuis in magnam descendat vitæ dimi-...nutionem. *Idem.*

Nam sapiens, qui omnia Reipub. causa suscipienda putabit, sæpè ...illud loquetur: Non mihi soli, sed etiam atque adeo multo ...magis natus sum patriæ. *Idem.*

Vita, quæ fato debetur, saluti patriæ potissimum persoluatur. ...Hanc hactenus, tute atque honeste perduxit vsque ad hanc ætatem, ...animus meas rationes bonis legibus, optimis moribus, honestissi-...mis disciplinis. Quid est quod à me ei persolui possit satis, vnde hæc ...ceperit? *Idem.*

Quis est tam tenui cogitatione præditus, cuius animus tantis in-...dagatijs continetur? qui non hunc hominem studiosissimè ...& sapientissimum iudicet, qui pro salute patriæ, pro incolu-...mitate ciuitatis, pro Reipub. fortunis quamuis magnum atq; atrox ...bellum studiosissimè susciperit, & libenter subeat? *Idem.*

Sapiens itaque nullum periculum pro Rep. vitabit. Ideo (quod ...per se quo pro Republ. perire noluerit, necessariò cum Republica ...perit. *Idem.*

Ergò enim virtutis est, & bona patriæ auxisse, & mala in se ...tantum voluisse. *Val. Max. lib.* 1.

Adeo magna charitate patriæ Romani tenebantur, vt arcana ...illa patrum conscriptorum multis seculis nemo senatorum e-...nunciarit. *Idem lib.* 2. *tit. de institut. antiq.*

Apud antiquos, qui curiæ limen ingrediebantur, abiecta priuata chari-...tate, publicam induebant. *idem.*

¶ Profana Exempla.

Fidentius non electus in numero trecentorum, qui quidem in ...trecentis dignitate præstabat, hilaris subridensque abibat: Gau-...dete, inquiens: siquidem trecentos vrbs haberet se meliores. ...*Plutarch. apoph.*

Numerius, quod hostium partibus adhæsissent, vniuersos in-...ultos fore statuerat Cneus Pompeius. At Sthenius eius ciuitatis Prin-...ceps Pompeium adijt his verbis: Non æquum facis Pompei, qui ...cogas vnum noxium multos innoxios occidere pares. Atqui ego ...vnum illum, qui & amicis persuasi, & inimicos coegi Marianas sequi ...arma. Hic Pompeius viri fortem animũ admiratus, dixit, se igno-...scere sententiis à tali persuasis viro, qui patriam suæ ipsius vitæ ...anteferit: simul & ciuitatem & Sthenium liberauit. In Sthenio ...autem plum, quem animum erga Rempub. gerere principem ...oportuit, si periculum incidat: in Pompeio placabilitatis docu-...mentum, qui pietati maluerit habere honorem, quam indulgere ...ir. *Plut. lib.* 4. *apoph.*

Ferus parentibusque post Deum magnopere debemus. Hinc ...Vlysses apud Calypsõ patriam prætulit immortalitati, quod vsur-...pat in orationibus Cicero. At si vos quid patria delectat, Quirites, ...non est tantus amor, vt Ithacam vir præstantissimus, nidulumque ...suum affixum satis immortalitati prætulerit. *Idem.*

Vide Patria, Respublica.

Amor Cupidineus, seu Venereus.

¶ Definitio et etymologia.

Amor Cupidineus, Græcè, ἐρωτικὸς, ἡ, ὸ, dicitur. Qui quid sit, videinfra, vbi describitur à Seneca, vbi dicit: Volucrem esse amorem, & reliqua.

Amor est animi deuinctio erga aliquid, siue id animatum sit, siue inanimatum: honesti, vtilis, iucundiue causa excitatus, contrarium est odium.

Amor est, inquit, animi concupiscentia, quæ celerem habet ingressum, tardum verò regressum. *Theophrastus.*

Magnum esse Deum amorem comprobat, apud Deos hominesque mirandum, cum propter alia multa, tum propter eius originem. Amor enim omnibus ad omnia est ingenitus. *Platonicus Phædrus.*

Amorem siue diuinum, siue angelicum, siue spiritalem, siue animalem, aut naturalem dicas, insitum quandam intellige, commiscentemque virtutem, quæ superiora quidem ad inferiorum prouidentiam prolicit: æqualia rursus ad socialem sui inuicem communionem conciliat: ac postremò infima quæque prolectat, vt ad sublimiora potioraque conuertantur, imò veluti fomite quodam igneo amplius succensa resiliant. *Dionys. Areopagita in lib. de diuin. nom.*

Primo quidem factum cecinit Chaos, mox terram & Tartara, deinde prodijsse amorem affirmat, cum quidem sic interpretatur, vt intelligat per hunc insitam vnicuique eorum, quæ sunt, naturalem vim, causamque, qua esse expedit vnumquodque, quidem intellectu, illud autem sensu, id est, τὸ μὲν νοερῶς, τὸ δ' αἰσθητικῶς. Idem fabulatur, amorem ex chao & terra natum. *Hesiodus in Theogonia.*

Amor neq; nos statim, inquit, nec vehementer ab initio, quemadmodum ira inuadit, neque facilè ingressus discedit, quamuis alatus: sed sensim ingreditur ac molliter, manetque diu in sensibus. Qui, quanquam discedit, aut tempore, aut ratione victus, non tamen penitus liberam relinquit animam, remanetque in ea vestigium, veluti syluæ exustæ, aut fumantis, neque penitus ex ossibus eijcitur, ignoraturque, quid sit, vnde eueniat, quomodo ingressus? *Plutarch.*

Plato in Phædro scribit, quosdam tradidisse, amorem dici à mortalibus ἔρωτα volatilem: ab immortalibus autem ἀντέρωτα, id est, alatum quendam, propter volandi necessitatem. *Calius lib.* 23. *capite quarto.*

¶ Divisio.

Platonici Philosophi, ex gemina illa vi humanarum animarum, intelligendi vna, generandi altera, duplicem Venerem deprehendere, quas & amores gemini comitentur. Equidem vbi humana species venustius concinnata ingerit sese nobis, mens nostra, quam esse in nobis Venerem vnam statuimus, & quidem superiorem, eam tanquam diuini decoris imaginem amplexatur & suscipit: perque huius quandoque vestigia ad illud arrepit, struitque gradum. Generandi verò facultas, quæ altera dicitur Venus, pulchritudinis illecta radijs, ac permulsa, formam illi persimilem gestit effingere: quamobrem vtrobique amorem recognoscimus. Sed contemplatur vnus, alter generare cupit, atque expingere, quod decentissimum animaduertit. Amor vterque honestus ac probandus, si modo fidei non confringat tesseram, quando vterq; diuinam consectatur imaginem. *Calius lib.* 23. *c.* 3.

Amorem Heroa dici fortè, quoniam ὑπὸ τῆς ὁράσεως, hoc est, à visione, substantiam habet, quando & Amor, qui affectio est, ab hoc habet instinctum: Amor emporrò Græci ἔρωτα vocant: quia, vt Plato, inquit, ἐκ ῥοῆς, id est, influit, extrinsecus per oculos, quamuis etiam in Phædro ἀπὸ τῆς ῥώμης, id est, à robore ac vehementia dici ἔρωτα Socrates putat. *Plotinus.*

Plato triplicem ponit amorem, diuinum, ferinum, & humanum. Primus occurrente pulchro adspectu ad diuinorum contemplationem animum extollit, ab omni procul labe remotus: secundus beluarum more coinquinat: humanus autem inter vtrunque consistens, sensus quidem quadantenus oblectat, vitium tamen refugit. In symposio, quo quisque ex ordine conuiua de amore sermonem habet, geminam ponit Venerem, cum gemino amore: primam, sine matre cœlestem & pudicam, quam sequitur amor pudicus. Secundam, ex vtroque sexu procreatam, impudicam, ex Dione: quam item amor sequitur impudicus.

Sententias Bibliças quære in titulis, Adulterium, Fornicatio, Scortatio.

¶ Sententiæ Patrvm

Quid est amor, nisi quædam vita duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem, & quod scilicet amat, & quod amatur? *Augustin.*

Amari non nisi nota possunt. *Idem.*

Amare alium non potest, qui seipsum non amat. *Idem.*

Quæcunque amore possessa sunt, non sine dolore pereunt. *Aug. de vin. Bapt.*

Non amatur, quod propter se non amatur. *Cont. Manic.*

Amatur aliquando res bona non amore. *De vti. cred.*

Sordes animi sunt, amor quarumlibet rerum præter animum & Deum,

& Deum, à quibus sordibus quanto quisque est purgatior, tanto verum facilius intuetur. *Idem.*

Nihil tam durum atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. *De mor. Eccle.*

Omnis creatura cum bona sit, & benè amari potest, & malè. Benè, scilicet ordine constituto, malè, ordine perturbato. *De ciuitate Dei. lib. 25.*

Duas ciuitates duo faciunt amores. Ierusalem facit amor Dei, Babylonem facit amor seculi. Interroget igitur se vnusquisque, quid amet, & inueniet vnde sit ciuis. *Sup. Psalm. 64.*

Qui amat, non laborat, omnis enim labor non amantibus grauis est. Solum amor est, quod nomen difficultatis erubescit. *Aug. 13. confitat.*

Nulla maior est ad amorem inuitatio, quàm præuenire amantem, & nimis durus est animus, qui, si dilectionem nolebat impendere, nolit rependere. *De catech. rud.*

Nullo modo onerosi sunt labores amantium, sed ipsi delectant: sicut venantium, aucupantium, piscantium. In eo enim quod amatur, aut non laboratur, aut labor amatur. *lib. de Sancta Vidu.*

Hoc habet impatiens amor, vt quem desiderat, semper inuenire se credat. Ignorat siquidem iudicium, & ratione multoties caret, nescit modum, nec aliud cogitare potest, quod diligit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, nec ex difficultate remedium, nec consilio temperatur, nec tempore frænatur, nec rationi subijcitur. *Amb. in serm. de assum.*

Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicatas, & oblatos ac degustatos cibos, blandasque ac dulces literas sanctus amor non habet. *In epist. ad Nepot.*

Amor formæ, rationis obliuio. *In epist.*

Vehementer claudit oculum cordis amor priuatus, ex quo fit, vt hoc, quod agitur, & graue esse non æstimemus plerunque, cum agatur à proximo, & nimis detestabile esse videatur. *Super Ezech. homil. 2.*

Vis amoris hoc agere solet in animo, vt quem semper ipse cogitat, nullum alium credat ignorare. *Hom. 5.*

In quantum quisque amat, in tantum ad ingressum regioni appropinquat. In quantum verò amare negligit, in tantum ingredi recusat. *Super Ezech.*

Nemo amatorum carnalium, etiamsi sit supra modum insaniens, ita exardescere potest in amorem dilectæ suæ, quemadmodum Deus effunditur in amore animarum nostrarum. *Chrysost. hom. 24. ad Cor.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. 1. Remed.

Vtile propositum est sauas extinguere flammas,
Nec seruum vitijs pectus habere suum, &c.
Me duce damnosas homines, compescite curas:
Rectaq; cum socijs me duce nauis eat.

Ibidem.

Dum licet, & modici tangunt præcordia motus,
Sistpiget in primo limine siste pedem.
Opprime, dum noua sunt subitis mala semina morbis,
Et tuus incipiens ire resistat equus.
Nam mora dat vires, &c.

Ibidem.

Quale sit id, quod amas, celeri circumspice mente,
Et tua lasuro subtrahe colla iugo.

Ibidem.

Verba dat omnis amans, reperitq; alimenta morando:
Optima vindictæ proxima quæq; dies.

Ibidem.

Sed quia delectat Veneris decerpere flores,
Ducimus assiduè, cras quoque fiet idem.
Interea tacitæ serpunt in viscera flammæ,
Et mala radices altius arbor agit.

Idem Epist. 16. Heroid.

Dum nouus est, cæpto potius pugnemus amori,
Flamma recens paruâ sparsa resedit aquâ.

Sen. Hipp.

Compesce amoris impij flammas precor.

Plaut. Trin.

—— Mille modis amor ignorandus est
Procul adhibendus est, atq; abstinendus, nam qui in amore
Præcipit aut, perire perit. quam si saxo saliat. ——

Terent. And.

Ah quanto satius est, te id dare operam, qui istum amorem
ex animo dimoueas tuo.
Quàm id loqui, quo magis libido frustra incendatur tua?

Propert. 2. 5.

Dum licet, iniuncto subtrahe colla iugo.

Virg. Eclog. 2.

Me tamen vrit amor, quis enim modus adsit amori?

Idem Æn. 4.

At regina graui iam dudum saucia cura,
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Ibidem.

—— Est mollis flamma medullas
Interea, & tacitum viuit sub pectore vulnus.
Vritur infelix Dido, totaq; vagatur
Vrbe furens: qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis, liquitq; volatile ferrum
Nescius: illa fuga syluas saltusq; peragrat
Dictæos: hæret lateri letalis arundo.

Ouid. 1. Met.

Vtq; leues stipulæ demtis adolentur aristis,
Vt facibus sæpes ardent, quas forte viator
Vel nimis admouit, vel iam sub luce reliquit:
Sic Deus in flammas abijt, sic pectore toto
Vritur, & sterilem sperando nutrit amorem.

Idem 3. Met.

Sed tamen hæret amor, crescitq; dolore repulsæ,
Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ,
Adducitq; cutem macies.

Idem 10. Met.

Noctis erat medium, curasq; & corpora somnus
Soluerat virgo Cinyreia per vigilinge
Carpitur indomito furiosaq; vota retractat:
Et modo desperat, modo vult tentare petitq;
Et cupit, & quid agat non inuenit: vrit, vt ictus
Saucia trabs ingens, vbi plaga nouissima restat,
Quo cadat in dubio est, omniq; a parte timetur:
Sic animus vario labefactus vulnere nutat
Huc leuis, atque illuc, momentaq; sumit vtroque.

Idem 2. Remed.

Artibus innumeris mens oppugnatur amantum.
Vt lapis aquoreis vndique pulsus aquis.

Idem Epist. 11. Heroid.

Fugerat ore calor, maciesq; adduxerat artus,
Sumebant minimos oraq; casta cibos.
Nec somni faciles, & nox erat annua nobis,
Et gemitum nullo lasa dolore dabam.

Idem Epist. 13. Heroid.

Siue latet Phœbus, seu terris altior exstat,
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.

Idem 2. Art.

Quod iuuat exiguum est, plus est quod ladit amorem.
Proponant animo multa ferenda suo,
Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hyblæ,
Cærula quot baccas Palladis arbor habet,
Littore quot conchæ, tot sunt in amore dolores.
Quæ patimur, multo sticula felle madent.

Ouid. Epist. 1.

Quid deceat, non videt vllus amans.

Sen. Hipp.

Quæ memoras scio
Vera est nutrix: sed furor cogit sequi
Peiora: vadit animus in præceps sciens.
Remeatq; frustra sana consilia appetens.
Sic cum grauatam nauita aduersa ratem
Propellit vnda, cedit in vanum labori,
Et victa prono puppis aufertur vado.
Quod ratio posset, vincit: ac regnat furor,
Vetusq; tota mente dominatur Deus.

Idem Med.

Cæcus est ignis stimulatus ira,
Necregi curat patituruæ franos.
Haud timet mortem, cupit ire in ipsos
Oluius ensis.

Plaut. Trin.

Scio te sponte non tua pre errasse, sed amorem tibi
Tectus obscurasse.

Propert. 2. 14.

Ante pedes cæcis lucebat semita nobis.
Scilicet insano nemo in amore videt.

Ouid. 6. Art.

Quæris Demophoon, cur sim tam mollis in omnes.
Quod quæris, quare non habet vllus amor?

Ouid. 2. Art.

Militiæ species amor est, discedite segnes,
Nec sunt hæc timidis signa tuenda viris.
Nox & hyems, longæq; viæ saxaq; labores,
Mollibus his castris, & dolor omnis inest.
Sæpè feres imbrem cœlesti nube solutum:
Frigidus in Oda sæpe iacebis humo.

Idem Amor. 3.

Militat omnis amans & habet sua castra Cupido.
Attice, crede mihi, militat omnis amans, &c.
Quis nisi vel miles vel amans & frigora noctis,
Et denso missas perferet imbre niues?

Virg. Eclog. 10.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Vir. Cei.

Omnia vincit amor, quid enim non vinceret ille?

Ouid 1. Met.

Illa licet Veneris, figat tua omnia Phœbe.
Teutonum arcum, aut, quantoq; animalia cedunt
Cuncta Deo: tanto minor est tua gloria nostra.

Ouid. Epist. 3.

Quicquid amor iussit, non est contemnere tutum:
Regnat, & in superos ius habet ille Deos.

Idem epist. 9.

Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hostis,
Non potuit uno vincere, vincit Amor.

Sen. Hipp.

Ludens infesto puer aere nitens,
Heu quam certo iaculatur arcu!
Labitur totas furor in medullas,
Igne furtivo populante Venas.
Non habet latam data plaga frontem,
Sed rapax telum penitus medullas.
Nulla pax isti puero, per orbem
Quæque effusas agilis sagittas.

Prop. 15.

Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti,
Nescit amor priscis cedere imaginibus.

Idem 1. 30.

Quo fugis ah demens? nulla est fuga: tu licet usque
Ad Tanain fugias, usque sequetur Amor.
Non ego fugisco Veneris in aere dorso,
Nec mihi per set mouerit ala pedes,
Fulsta set rapiant talaribus aurea,
Nil mihi Mercuri proderit alta via.
Insidet semper Amor supra caput, instat amanti,
Et grauis ipse super libera colla sedet.
Excubat ille acer custos, & tollere nunquam
Te patietur humo lumina capta semel.

Ouid. 10. Met.

Nec modus & requies, nisi mors, reperitur amoris.

Sen. Hipp.

Qui blandiendo dulce nutriuit malum,
Non recusat ferre quod subijt iugum.

Ouid. 1. Remed.

Tu modo qui quod amas agere dediscis amare,
Non potes, & velles posse, docendus eris.
Aspice retro tecum scelerata facta puellæ:
Et pone ante oculos omnia damna tuos.

Terent. Eunuch.

Id vero est, quod mihi puto palmarium,
Me reperisse quo modo adolescentulus
Meretricum ingenia, & mores posset noscere,
Mature vt cum cognorit, perpetuo oderit.
Quandum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositum quicquam, nec magis elegans,
Quo cum amatore suo, cum cenant luxuriunt.
Earum videre impluuiem, sordes, inopiam,
Quam inhoneste sola sint domi, atque auidæ cibi,
Quo pacto ex ture hesterno panem atrum vorent:
Dolosemnia hæc salus est adolescentulis.

Ouid. 2. Remed.

Impetus & ceras remoue, quid imagine muta
Carpera? hoc perijt Laodameia modo.

Ibidem.

Scripta cane relegas, blandas seruata puellæ.
Constantes animos scripta relecta mouent.
Omnia pone feri, quamuis inuitus, in ignes,
Et dic, ardoris sit rogus iste mei.

Ouid. 3. Met.

Non bene conueniunt, nec in una sede morantur
Maiestas & amor.

Boet. 3 12.

Quis legem det amantibus?
Maior lex amor est sibi.

Incertus author.

Τίς θεὸς ἔστιν ἔρωτος; Θεῶν κακόνοος ἐν ἀρούραις
ἀγρονόμ', αἰθερίων αἵματι μειδιάει. id est:
Quis Deum dixit amorem? Dei malum nullum videmus
Opus, ast hoc hominum sanguine ridendo gaudet.

Phocylides.

Ἔμφυτος ἔρως ἀρετῆς, ὁ δ' ἐκυτερὸς αἰσχος ὀφέλλει. id est:
Venerandus amor virtutis, sed Veneris infamiam auget.

Euripides in Medea.

Φίλ. φίλ. Βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα.
Mortalibus amores quam magnum malum.

Idem ibidem.

Ἔρωτος οὐτιν μεῖζον ἄλλο θέσπιν.
Cum accesserint: non bonam famam
Neque virtutem attulerunt
Hominibus: si temperata accesserit
Venus non alia dea
Adeo gratiosa.

Ouid 1. Remed.

Ergo vbi visus eris nostra medicabilis arte,
Fac monitis fugias otia prima meis.
Hæc, vt ames, faciunt: hæc, vt fecere, tuentur.
Hæc sunt incundi causa, cibusq; mali.
Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptæq; iacent & sine luce faces.

Idem.

Et in sacro pectore regnat amor.

Amor. 1. Sen. Oct.

Vis magna mentis, blandus atque animi calor,
Amor est: iuuenta gignitur luxu, otio
Nutritur inter læta fortunæ bona.
Quem si fouere, aut alere desistas: cadit,
Breuisq; vires, perdit extinctas suas.

Propert. 3. 12.

Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuisse manus?
Hic primum dixit, sine sensu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non frustra ventosas addidit alas,
Fecit & humano corde volare Deum.
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,
Nostraq; non vllis permanet aura locis.
Et merito hamatis manus est armata sagittis,
Et pharetra ex humero Gnosia vtroque iacet.
Ante ferit, quoniam tuti quam cernimus hostem,
Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.

Plaut. Trin.

Amoris artes eloquar, quemadmodum expediant. Nunquam
Amor quenquam nisi cupidum hominem postulat in plagas
Conijcere: cupit, eos confectatur, subdole blanditur, ab re
Consulit, blandiloquentulus, harpago, mendax, cuppes,
auarus,
Elegans, dispoliator, latebricolarum hominum corruptor,
Blandus, inops, celati indagator, nam qui ab eo quod amat
Quam extemplo sauis sagittis percussus est, ilico res foras
Labitur, loquitur: da mihi hoc, hoc mel meum. me amas,
sodes.
Ibi ille cucullus: ocelle mi, sint & istuc: & si ampl. us vi
dari
Dabitur: ibi illa pendentem ferit, iam amplius orat, non sat
Id est mihi ni amplius etiam quod bibit, quod comest.
Quod facis sumpti, nox datur, ducitur familia tota,
Vestispica, nictor, auri custos, flabellifera, sandaligerula,
Cautrices, cistellatrices, nunnij, renunij, raptores panni &
peni
Est ipse, dum illis comis est, inops amator.

Sen. Hipp.

Deum esse amatorem, turpiter vitio fauent
Finxit libido, quoque liberior foret.
Titulum furori Numinis falsi addidit:
Natum per omnes scilicet terras vagum
Erycina misit. ille per cœlum volans
Proteruæ tenera tela molitur manu,
Regnumq; tantum minimus in Superos habet.
Vana ista demens animus adsciuit sibi.
Veneris numen finxit, atque arcus Dei.

Idem Oct.

Volucrem esse amorem fingit immitem Deum
Mortalis error, armat & telis manus,
Arcusq; sacros instruit sæua face:
Genitumq; credit Venere, Vulcano satum.

Plaut. Amph.

Nam in hominum ætate multa eueniunt huiusmodi,
Capiunt voluptates, mox rursum miserias.
Ira veniunt, redeunt rursum in gratiam.
Verum iræ, si quæ fortè eueniunt huiusmodi
Inter eos, rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se quam prius.

Terent. And.

Amantium iræ amoris redintegratio est.

Quid.

Ouid. 2. Art.

Quæ modo pugnarunt, iungunt suà rostra columbæ,
Quarum blanditias, verbaq; murmur habet.

Ouid. 2. Remed.

Vt penè extinctum cinerem si sulphure tangas,
Viuet, & ex minimo maximus ignis erit:
Sic, nisi vitaris, quicquid reuocabit amorem,
Flammia redardescet, quæ modo nulla fuit.

Boetius l. 4. Metr. 6.

Hic est cunctis communis amor.
Repetuntq; boni fine teneri.
Quia non aliter durare queant.
Nisi conuerso rursus amore
Refluant causæ, quæ dedit esse.

Propert. 2.

Omnes humanos sanat medicina dolores:
Solus amor morbi non amit artificem.
Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon,
Phœnicis Chiron lumina Phyllirides.
Et Deus extinctum Cressa Epidaurius herbis
Restituit patrijs Androgeona focis.
Mysus & Æmonia iuuenis, qua cuspide vulnus
Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.
Hoc si quis vitium potuit mihi demere, solus
Tantaleâ poterit tradere poma manu.
Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis,
Nec tenerea assiduâ colla grauentur aquâ.
Idem caucasea soluet de rupe Prometheæ
Brachia, & à medio pectore pellet auem.

Prop. 2.

Errat, qui finem vesani quærit amoris,
Verus amor nullum nouit habere modum.

Plaut. Truc.

Bis perit amator: ab re, atque animo simul.

Plaut. Cistell.

—— Amor & melle & felle est fœcundissimus:
Gustu qui dat dulce, amarum ad satietatem vsq; oggerit.

Ex Antholog sacra Iac. Bill.

Ei nihil eripi posse, qui nihil præposterè amat.
Vis tibi nil fures raptant, nihil vlla tyranni
Vis adimat? procul hinc sit tuus omnis amor.
Non pereunte Deo pereant licet omnia vitæ
Commoda, vita licet deserat ipsa pios.
Nil perit his: nam plena manent ea pectora semper,
Diuinam pietas quæ sacrit esse domum.
Qui nunquam in fluxis rebus defixit amorem,
Omnibus amissis perdidit ille nihil.

Ex Menandro.

Οὐδ'ἐποδ' ἁληθὲς ἐδέν ἐσθ' ὑφ' πατρὸς
Ἐ'λαθεν ἀπιλεῖν, οὔτ' ἐρῶντ' ἐρωμένην.
Vt irrita parentis in prolem suam:
Sic & in amicam sunt amatoris minæ.
Ἐ'ρωτα παύει λιμὸς, ἢ χολὴ σπάνις.
Amorem inopia sedat, aut sedat fames.
Γέρων ἐρωμενὸς, ἐσχάτη κακὴ τύχη.
Senex amore captus, vltimum malum.
ὀργὴ φιλόντων ὀλίγον ἐσχύει χρόνον.
Est ira nulla amantium diu abilis.
ἀλλ' ὅταν ἐρῶντα νέον ἴχνευ τὶς ἀξιοῖ,
Παρὰ τίνι τὸ ἀνόητον ἔτος ὠφέλιμος;
Carere amantes mente si quis non putat,
Quos esse potius mentis expertes putet?
Φύσει πρὸς εὐεξωγώτους ἐσι πᾶς ἀνὴρ ἐρᾶν.
Amans præbere se solet tractabilem.
Πολλοῖς ὑπέκκαυμ' ἐστ' ἐρωτος μουσικὴ.
Plerisque fomes est amoris Musica.

¶ Sententiæ Philosophicæ.

Amorem, quem φάνητα vocat, principium ponit rerum humanarum *Orpheus in carminibus.*

Amorem dicit amicitiæ, & concordiæ, libertatis quoque instrumentum: ideo ad salutem Reipub. plurimum conferre. Sapientes alij (vt ait Athenæus) cum procul ab omni turpitudine iudicabunt, & gymnasijs vnà cum Mercurio & Hercule statuerunt, cui sacrificabant. Nam amorem & honestam voluptatem, quæ ex virtute prouenit, deliciæ corporis infirmauerunt, vt Seneca testatur in epistolis: Neque voluptas, inquit, causa virtutis, more Epicuri, sed accessio est. Virtus enim, non quia delectat, placet: sed quia placet, delectat. *Zono Stoicus.*

Amare sic incipe, tanquam non liceat desinere. *Sen. lib. de mor.*

Ames parentem, si æquus est: sin aliter, feras. Amans iratus multa mentitur sibi. *Idem in prouerb.*

Amans quid cupiat, scit, quid sapiat, non videt. Amans quod suspicatur, vigilans somniat. Amor extorqueri non potest, sed elabi potest. Ab amante lachrymis redimas iracundiam. Amare iuueni fructus est, crimen seni. Amor est otiosæ causa sollicitudinis. *ibidem.*

In Symposio Socrates asserit, se nihil præter amo-
Phædrus verò maximorum bonorum causam esse
nuntiat: nec se inuenire, quid melius accidere pos-
quàm optimus amator, aut amatori, amatus quàm
se quidem duo, quæ à pueritia per omnem vitam
debeant à rebus turpibus; Verecundiam & honesti
autem nobis neque diuitiæ, neque honores præstare
tius, ac melius quàm amor, neque absque ijs quis
vnquam, aut priuatus homo præclarum aliquid
perficere poterit. Nec vllus adeo ignauus erit, quem
inflammet ad virtutem, diuinumque reddat, vt vir fo-
euadat. Nam quod Homerus dicit, vim furoremq;
busdam heroibus inspiratum, hoc amor amantibus
etiam pro altero mori amantes soli eligunt, nec vir tan
mulieres quoque.

Πλατὼν γὰρ ὁ λόγος ἀληθὴς ὢν μάλα μὲν ἐφῶς τὸν ἔρωτα
ἰσότης φιλοτησία ἀστεργάζεται. id est: Verum est enim
verbum, rectè atque aptè dictum: Similitudinem am
rem esse. *Plato lib. 6. de LL.*

Minimè tibi amandos eligas, qui in reddendis
vitæ officijs fuerint negligentes: nec auaros, qui
commodo student: nec mendaces ac subdolos, nec
ventri somnoque & Veneri nimium indulgentes. Tales
boni in commune officium amoris conferre speres,
tius commercium fugiendum. Nam bonus ignauum
minimè probat, nullo pacto eligere poterit. *Xenophon*
rio 2.

De Gratis Amoribvs. Dialog. lxii.

Franciscus Petrarcha.

Gavd.

Gratis fruor amoribus. R. Gratis insidijs opprimeris. G.
vror amoribus. R. Bene ais vror. Est enim amor lateror
tum vulnus, lapidum venenum, dulcis amaritudo, delectab
bus, iucundum supplicium, blanda mors. G. Amo, & victim
R. Primum nosse potes, secundum in ambiguo est, nisi forte
num mulierculæ tuæ murmur in testimonium tuũ trahis. G.
haud dubie. R. Persuasit (vt video) nec magnum persuden
tibus, omnis amans cœcus, & credulus. Quod si fidem in
to amatorio vis inesse, scriptum ab amante chirographum
in glacie testibus austris in medium profer. Sed, o iniue,
pudicæ præsertim credas fœminæ, sexus, ardor, leuitas, con
mentiendi, fallendi studium, fructusque fallaciæ, hæc singu
toque maxime hæc omnia, quicquid illius ore prodierit, iur
faciunt. G. Amo, quod iure animum delectet, & dulcit
R. Credis ex me audire, quod ille magister amorum ait, vt
ardens gaudeas, & vento tuo nauiges voluptatis? id quidem
consilij est. Ego verò quò suauius arseris, eò cautius ex incen
giendum consulo. Tunc sunt mala periculosissima, cum dele
Sæpè sinautatem hanc durissimus finis exasperat. G. Amo, a
R. Vt sit ita, quid nisi duplex nodus, nexus arctior, graue disc
melius de te sperarem. si amares tantum, non etiam amaren
enim facilitatem amoris, atque difficultatem æque nociura
dam dicant, quod facilitate animus capiatur, cum difficultat
tendat, ego tamen ita sentio nihil ad amandum efficacius, q
mari, contrà; nihil esse, quod magis ab amando deterreat,
scire se non amari, nec amatum iri credere, quamuis id non
creditura sit cœca & cupida mens amantis, qui vnus est ex il
ge, de quo scribitur, quod qui amant, ipsi sibi somnia fingunt. G
eit amare. R. Odiosum mallem ac molestum, quo & fugi
promptior foret, & propinquior spes salutis, nunc delectans
bum alit: sanus enim fieri respuit, quem delectat ægrotare. G
libet, apud me quidem ingenium est amare. R. Vt quisque
loquitur, apud me verò seruile prorsus & languidum, & quo
tissimos etiam viros emolliat eneruetque, dicam, quod nemo
qui nesciat, nemo erit, qui audiens non miretur, sic magnarum
rum recordatio vel scientibus admiranda est. Neue omnia
quod nec necessarium puto, nec possibile, duarum toto orbe cla
simarum gentium duos longe præstantissimos duces ad memo
am reuoca. Iulius Cæsar victor in Gallijs, in Germania, in Br
nia, in Hispanijs, in Italia, Thessalia, in Ægypto, idemque mo
Armenia, in Ponto, in Africa, & rursus in Hispania supremo M
victurus. In medio tantarum victoriarum ab amore regio intem
apud Alexandriam victus est. Hannibal apud Thrasymenum
apud Cannas victor, at demum in patria vincendus sua pr
apud Salapiam Apuliæ oppidum, quo inexcusabilior sit, me
tricio amore subactus est. Quanta tibi viderur mali vis, quæ ta
duros animos, tam rigida pectora leni frangat incursu, tam va
dos pedes, tam fortia brachia fragilibus vinclis liget. Linquo a
bulosa, & vetera nimis. In beluas transformatum Iouem, rid
lis Martem vinculis implicitum, duris mentem pensa digitis ille
culem. Ad hæc & Leandrum fluctibus, Biblida lachrymis, Pa

ria cuspide Pyramum Hyphin laqueo pereun-
tius atque sonantius, & Græcorum duces de
notis Troiam flammis ardentem, absque his
nilibus, satis duo illi, quos præmisimus ad
agitur, vel magnitudine nominum, vel hi-
GAV. Amo, quid de odio dices: si amorem
accipis, vtrumque damnabo, neque ideo bo-
quod aduersum malo sit. Duo enim extrema
pariterque à medio, hoc est, à virtute, di-
mala sunt. G. Ergo malum est amare? hoc ego
nihil melius inuenio. R. Credo, hercle, vt est animus,
mutat. G. O lerint quos delectat, ego amabo.
amorem indifferentia dixerim. Nam vt odisse
virtutem, æque laudabile est, sic seu virtutis
amor æque damnabile. Et ad summam: vix inue-
ipsum sic laude vel infamia dignum sit, quin
laus ac vituperatio altera locum sumat alterius. Tu
G. Quid amem nisi quod cæteri. R. Non omnes
fuerunt, qui amarent: Deum tam enixe, vt pro amore
seipsos, vitamque suam proiecisse lucrum di-
Fierunt, qui non alius aspirantes pro nuda virtute, aut pro
numerarem, nisi innumerabiles essent. G. Ego
nec virtutem vidi, amo quæ cerni possunt.
nisi quod cerni potest, nisi igitur magnum amas,
obuias præcepto illi vulgatissimo: Nolite amare
quæ non videntur, quæ enim videntur, tempora-
quam non videntur, æterna. Vos autem cœci animo,
cuius æternum nihil non dicam amare, sed nec intelli-
honesto tegentes velo, libidinem dicitis amo-
honesto honesto honesto

suorum satis perspecta est, non sibi timeat, etsi solus interdiu ambulet. Noctu tamen semper adhiberi corporis custodes. *ibidem.*

Diogenes amorem dixit otiosorum esse negotium, quod hic affectus potissimum occupet otio deditos. Ita fit, vt dum otio vacant, in rem negotiosissimam incidant, nec interim tamen quicquam bonæ rei agant. *Laert. lib. 6.*

Zeno formoso dicenti, sibi non videri futurum vt sapiens amaret: Nihil, inquit, esset vobis formosis infelicius. Quisquis enim docet, admonet, instituitque ad virtutem adolescentes, vtique amat. Atque is demum verus est amor. Nam qui vulgo dicuntur amare, suum venantur commodum cum incommodo adamati. *Laert. lib. 7. c. 1.*

Prodicus aiebat cupiditatem geminatam amorem esse: amorem vero geminatum insaniam fieri. *Stob. serm. 62.*

Apollonius: Eunuchus quidam quum deprehensus esset cum pellice regis Babyloniæ, præsentem Apollonium rex interrogat, quid de eunucho faciendum iudicaret: at ille: Quid nisi vt viuat? Admiranti autem regi subiecit, Omne supplicium, si viuet, ob amorem patietur. *Brusoni. lib. 1. c. 2.*

Polites rex Thraciæ, Troiani belli tempore, cum Troiani pariter & Græci legationem ad ipsum misissent, auditis vtriusque pronunciauit, vt Paris redderet Helenam, & à se pro vna duas formosas abduceret vxores. Sapuisset Paris, si hoc fecisset. Nam vna satis fruitus, habuisset duas nouas, & patriæ consuluisset. Quis autem non miretur Græcorum humanitatem, quibus sat erat futurum, si tantum redderetur, quæ cum adultero tamdiu dormierat? *Plut. in apophth.*

Cato Maior amantis animum dicebat in alieno corpore viuere: quod hodie quoque celebratur, Animam illic potius esse, vbi amat, quam vbi animat. *Plut. in eius vita.*

Idem affirmabat, insanos prudentibus longe vtiliores esse, quam insanis sapientes. Quippe qui sapientes, cum stultorum errata inspicerent, ob id in melius vitam mutare solerent. At amentes, quum discendi capaces non sint, ex sapientum beneficiis fructum percipere nullum possunt. *Fulgos. lib. 7. c. 2.*

Populia Marci filia, miranti cuidam, quid esset, quapropter aliæ bestiæ nunquam marem desiderarent, nisi cum prægnantes vellent fieri, respondit: Quia bestiæ sunt. *Macrob. lib. 2. c. 5.*

Iulia, Cæsaris Augusti filia, quum consciis flagitiorum admirarentur, quomodo similes Agrippæ filios procrearet, quæ tam frequenter vulgo potestatem corporis sui faceret? respondit: Quia nunquam nisi naue plena vectorem tollo. *Macrobius lib. 2. cap. 5. Saturn.*

Anonyma mulier quædam dixerat se deperire amore Vespasiani, ei productæ quum pro concubitu sestertia quadraginta donasset, roganti dispensatori, quo titulo vellet eam summam rationibus referri, dixit, Vespasiano adamato *Sueton.*

Aristoteles Cyrenæus ab amico quodam percontatus, an amor coitus gratia fieret? Neque eius gratia, neque sine eo, respondit. *Stob. serm. 61.*

Panetius adolescentulo quærenti, an sapiens amaturus esset; De sapiente, inquit, videbimus. Mihi & tibi, qui à sapiente longe abiumus, non est committendum, vt incidamus in rem commotam, impotentem: alteri emancipatam, vilem sibi. *Brusonius lib. 1. cap. 2.*

Theophrastus interrogatus, quid esset amor? respondit, animæ otiosæ affectus. *Stob. serm. 52.*

¶ Similitvdines.

Chrysostomi, sicut herbæ ex humore nascuntur & crescunt: sic homines per amorem incipiunt, & augentur. *c. 19. Matth. hom. 32.*

Senecæ. Quemadmodum frondium iactura facilis est, quia renascuntur: Sic vtorum, quos amas, quosque oblectamenta vitæ putas esse damnum, quia reparantur, etiam si non renascuntur. *Lib. 2. epist. 105.*

Philippi Beroaldi, Quemadmodum radius à sole, calor ab igne, rigor à glacie, candor à niue, nequeunt separari: Ita ab amore diuelli non possunt beneuolentia, societas, necessitudo, concordia. Hic est enim amabilissimus amicitiæ nodus, princepsque ad beneuolentiam conglutinandam. Vnde ab amore, amicitiam nuncupatam esse, Sapientes tradiderunt. *In oratione habita, in principio enarrationis Propertii.*

Quod est in nauigio gubernator, quod in ciuitate magistratus: quod in mundo sol, hoc inter mortales est amor. Nauigium sine gubernatore labascit, ciuitas sine magistratu periclitatur, mundus sine sole tenebricosus efficitur: & mortalium vita sine amore vitalis non est. Tolle ex hominibus amorem, solem è mundo sustulisse videberis. Huc adde, quod hic Deus à nobis omnem rusticitatem amolitur, omnis elegantiæ, omniumque munditiarum pater est. Vnde venuste Plautinus senex amorem Deum appellat munditiarum, eumque nitidis nitoribus ait antecellere. Da mihi hominem efferum atque truculentum: hunc amor quæstigio mollem reddet & mansuetum. Da rudem & rusticanum: statim ab amore fiet ingeniosus & vtbanus. Da incultum, ab amore cultissimus efficietur. Denique segnities omnis somnus lethargicus, marcor, squalor, incuria ex amoris contubernio eliminantur, in quo industria, vigilantia, solertia, cultus, nitor, commorantur. Atque (inquit) Quid tantopere (inquit) hunc Deum laudas & exosatur? multos mortalium dementes fecit, qui multos à mentis viam vitiorum decliuem præcipitauit, qui multis exitium nauit. Huic tam seuero obiurgatori, tamque aspero accusatori, ita breuissime respondeo. Non est ista amoris culpa, sed hominum, qui amare nesciuerunt. Sicut enim est quidam modus rebus, sunt quidam præscripti fines, quos vltra progredi nefas: in amore est quædam mediocritas adhibenda. *ibidem.*

Chrysostomi: quemadmodum ignis admotus ceræ liquefacit eam: Sic & amoris calor, rerum fastum & arrogantiam citius quam ignis soluit. *cap. 5. ad Galat.*

Diogenis, quemadmodum venenum multo commixtum celerem cedinem bibentibus primum gratum est, paulo post autem mortis agonem sentiunt: Sic quoque formosis scortis operam dantes, initio voluptatem sentiunt, quam tamen perpetuus dolor sequitur. *Apud Laert. lib. 6.*

Tyrij Platonici, sicut in numulariis contingit: vt diiudicari oporteat, vter eorum sagacius à probabili nummo adulterum dignoscat, numque, qui probabilis speciem tantum gerens permutit, longe arceamus ab arte, qui autem veram notam cognoscit, hunc & artem callere fateamur: Eodem pariter modo amatorem artem, pulchri naturæ veluti nummo cuidam admouere. *Sermon. 8.*

Xenophontis, vt ignis tangentes quidem propeque affectos. Pulchri & formosi non item: procul enim astantes inflammat. *Stob serm. 64.*

Procli, quemadmodum in contemplatione Physica impetum est vita sophistica, procliuitasque ad illam trahens infirmos ab ipsa entium contemplatione, ad imaginationem caducitatis rem: Sic in amatoria eleuatione turba popularium amatorum pedissequentium est, simulans amatorem verum, & animam in bonis cœlestibus interrena & tenebrosa detorquens. Sunt sanctissimis quibusque expiationibus atque sacris, antequam Deus adsit, palam occurrunt dæmonum quidam impetus, aspectus noui quoque eos, qui expiantur, perficiuntur, turbantes, & à finceris bonis ad materiam deflectentes. *de dæmone, fol. 383.*

Plutarchi. Vt hedera vndeuis ex se inuenit, quo se alligem mor etiam iis capitur, quæ non amantem offendunt. *In Mo*

Roterodami. Vt radix, quam Medici vulgo Rebarbarum cum sit pilosa, tamen peculiari quadam vi bilem pellit: Ita nunquam, vt amor pellat amorem, ceu clauus clauum, ita dolor dolorem. *In simil.*

Vt Echeneis, licet exiguus piscis, nauem velis citatam retinet ita animum ad honesta properantem puella quæpiam ad quam reuocat, ac retardat affixa. *ibidem.*

¶ Adagia.

Felix Corinthus, at ego sim Tenеates. εὐδαίμων ἡ Κόρινθος, ἀλλ' ἐγὼ Τενέατης.

Tempestatium fuerit hoc vti, quoties in contentione duorum inficiabimur, alterum quidem præstantius, verum alterum non arridere placereque animo nostro.

Quot homines, tot sententiæ. ἄλλος ἄλλων ἀνὴρ ἐπιτηδεύει. *Item.* Suus cuique mos est. *Persius.*

Mille hominum species, & rerum discolor vsus:

Vestæ suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Wie viel Köpff / so viel Sinn. *Item*, Ein jeder nach seiner Weise. Item.

Suum cuique pulchrum.

In eos, quibus sua qualiacunque sunt, tamen studiorum iudicio placent. Einen jeden Narren gefelt seine Weiserumb ist das Landt der Narren voll. *Item*, Einem jeden gefelt sein Kolbe woll.

Item.

Asinus asino, & sus sui pulcher. ὄνος ὄνῳ πάλλιστος, ὗς δὲ συΐ. *Conuenit, vbi inter honestos similitudo morum & institutionis beneuolentiam.*

Balbinum polypus agnæ delectat.

Explicat hoc adagium Horatius inquiens:

Turpia decipiunt cæcum vitia aut etiam ipsa hæc delectando, uti Balbinum polypus agnæ.

Est autem polypus vitiis narium grauiolentium. At Balbinum amat, etiam polypus Agnæ amicæ suaue quiddam olere videtur.

Amor.

Cauuius amor. Καύνιος ἔρως.

De fœdo illicitoque amore dicitur, Biblis Caunum fratrem tenter adamauit, à quo cum esset repulsa, sibimet necem conscis. Ouidius in Met amorph.

Liberorum amantior quam Gello. Γέλλωι παιδοφιλοτέρως. *Dicitur solitum vel in eos, qui præmaturo morte persissent.*

...mulier charitate filios prosequerentur, sed eosdem indul-
...gentia corrumperent.
...natura filiorum amorem. ὕσεις ἔρωτας ἴλυος.
...Nam contagious amor plerumq; vertitur in iram, ira in odium.
...Dulcissimi ore.
...Sodales amamus, his mansum ex ore dare dicimur, quòd à
...manducantibus mutuo sumptum est. Lucilius.
...Mollius amare. Item, Oculitus amare.
...Mollissimis modis varijs exprimebant: Ex corde:
...Penitus: Ex ipsum pectore: Penitus: Ex intimis præcordijs: Medullitus:
...Ex imis visceribus: Ex imis.
...Visceribus.
...Vt plurimum. ὡς πάντες ἔρωτα φιλεῖ.
...Omnes sui commodis gratia simulant amorem. Plato.
...Vt Pherecydes amauit Pieriam.
...Vt Phrygius amauit Pieriam.
...Pherecydes in libro περὶ γυναικῶν ἀρετῶν, ostendit, ad suum vsque
...tempus mares consuetudinem, vt vxores optarent sic amari à vi-
...ris. ὥστε ἐφέπεσθαι τοῖς ἀνδράσιν.
...Quibus habent Veneris. τὸν κυπρείδος κεστὸν ἔχει.
...Quibuscunque modis quemliber in sui amorem pelliciunt.
...Ex aspectu nascitur amor. ἐκ τῆς ὄψεως γίγνεται ἔρως τοῖς ἀνθρώποις.
...Scaturigo proverbialis. Amor ex videndo nascitur mortalibus.
...Aliquot oculos amorem potissimum conciliare. Non enim ama-
...mus oculos, sed oculi præcipue, sunt ad amandum illices.
...Pulchri semper tutus pullus. μικρὸς εἶσι ὁ οὐς πῶλος.
...Quamvis in eo, qui tametsi natu sunt grandiores, tamen verbo-
...rum illecebris delectant videri iuvenculi: aut cum ob amorem casius
...Ciliam nomen vocat, & ipse vicissim puppis audit.
...Ex Cretagenus. ὁκ Κρήτης ἀφικομένος.
...Amori de furtivo amore dictum fuisse, quod aliquoties illinc
...ad meretricios aduocherentur.
...Contegitare. ἐπὶ τοῖς κεφαλοῖς περιφέρειν.
...Contegere amamus, capite gestare dicimus.
...Ingemiscor. ἰοὺ ἰοὺ μοι τάλας.
...Ex conjunge trahor animo. De iis dici potest, qui vehementi &
...ardenti amorem quampiam desiderio trahuntur.
...Musicam docet amor. Μουσικὴν ἔρως διδάσκει, κἂν τις ἄμουσος ᾖ τὸ
...πρίν.
...Musicam docet Amor, licet quis indoctus fuerit prius. Docet ad-
...modum amorem excitare animum ad industriam.
...Quem zelat, non amat.
...Amicus indicat Vulgo hoc iactatum, quod sane hodie fertur,
...contingunt illic esse amorem, vbi non est zelotypia. Wo kein Eyf-
...fersucht ist da ist Liebe.
...Vide locum & tit. de Amicitia.

¶ Exempla Biblica.

Amoris exempla: Isaac amabat Esauum, Rachel Iacobum, *Gen.* 25. Iacob Rachaelem, 29. v. 18. 20. 30. Sichem Dinam, 49. v. 19. Ephraim Bethsephum, 37. v. 3 Deus Patres, *Deuter.* 10. v. 15. Samson Dalilam, 16. v. 14. Dauid Ionathan, & contra, 1. *Sam.* 18. v. 1. 2. *Samuel.* 13. v. 26. Amnon Thamar Absalonis sororem, 13. v. 1. Roboam Maacham filiam, 2. *Paralip.* 11. v. 21. Iesvs Lazarum, *Ioan.* 11. v. 3. & Ioannem 20. v. 2. Petrus Christvm, 21. v. 15. 16. 17. Paulvs Christvm, 1. *Cor.* 16. v. 22. *Phil.* 1. *Vers.* 23. & 3. *Vers.* 8.

¶ Profana Exempla.

Tam in Bucolicis sub pastoris persona Amorem carminum suorum exceptorem facit. *Stob. serm.* 61.

Quem *Philosophus*, Leontium & Laidem amicas habuit. *Athen.* lib. 13. cap. 20.

Qui *Archeanassam* Colophoniam deperisse putatur, edito de ea epigrammate, quod legitur *lib.* 3. *Anthol. Grac. Epigrammatum* ... Ἀρχεάνασσαν ἴχω &c.

Qui *Iudaorum princeps* apud Ptolomæum Euergetem Alexandriæ cænans saltatriculæ in conuiuio amore exarsit. *Ioseph. lib.* 12. *Antiq.*

Quos *Antonij Veneris, ducis Veneti*, amatæ à se ardentius puellæ informa bubula finxit: illique occurrenti in via publica oscula ferre voluit, qua ex re & illum perpetuo carceri inclusum curauit pater: nec vnquam dimissum esse voluit, quamuis ægrum agrotaret: ita vt peste grassante in carcere tandem obierit. *Ægin. lib.* 6. *cap.* 1.

Thespienses Erotidia celebrabant, sicuti Olympia Lacedæmonij Hyacinthia amori sacrificabant, veluti in amore certantium, vt Pausanias victoria confisteret. ¶ Cretenses in prælijs optimos pulcherrimos amore deuinctos fecere nebant, ac per eos annua lacessebant. ¶ Apud Athenienses sacra cohors appellata, ex amatis ac amantibus constabat: vt tradit Alexis, in qua summa erat fiducia. *Ex Athenæo, Volaterranus lib.* 32. *Philologiæ.*

Ex *Pausaniæ* monumentis non negligendum illud vtique: Assyriorum omnium primos Vraniam Venerem adortos colere, quos sint secuti in Cypro Paphij, & ad Ascalonem Phœnices, à quibus discesserit mox Cythenj. Sed & Athenis Vraniæ Veneri fuisse erectum templum, idem comprobat Pausanias. *Cælius lib.* 23. *c.* 3. & *lib.* 29. *cap.* 18.

Pythen genere illustrem, tradunt historici celeberrimi, vxorem duxisse Iapygiam, exque eo matrimonio natam illi filiam, Pieriam nomine: erat autem bellum vehemens Myuntiis aduersus Milesios, tantumque rei diuinæ faciendæ causa commeare licebat. Pythes igitur vxor cum filia, Dianæ sacra factura, progressa Miletum, ibi tum Phrygius Nelei maximus natu filius, Pieriam conspicatus, eiusque forma incensus, amare vehementer puellam cœpit: quique est amantium affectus, cupiens illi gratificari, quid nam gratissimum ei à se præstare posset, percunctatus. Tum puella prudens & pia, id sibi omnium longe gratissimum fore, innuit, si Miletum multis sæpe comitibus secure profiscisci facultas ab illo daretur. Quod Phrygius de pace recte vt illa senserat, intelligens, statim aduocata concione, Milesijs de ineunda cum Myuntiis amicitia verba fecit: quæ res cum omnibus placuisset, composita est pax: tamque iucundis exarsa initijs apud vtrunque populum nomen Pieriæ tam celebre fuit, adeo vt mulieribus abierit in adagium res, vt in vous illatum id esset antiquissimum: Sic se amari velle, veluti Pieriam Phrygius adamasset. *Cælius lib.* 23. *c.* 1.

Pisonianæ conspirationis conscius apud Neronem accusatus, perpetuo exilio mulctatus est. Archonia Flacilla vxor cum Romæ in magnis opibus manere posset, patriæque opibus exilium cum viro prætulit. *Camill. lib.* 3. *c.* 7. *de amore pudico.*

Potuit Aemilius Paulus Cannensi acie, tametsi vulneratus, vnius tamen & omnis culpæ expers in tutum euadere, sed legionibus cæsis, noluit: repudiato equo, qui illi ad fugam à Lentulo deferebatur, quinimo saxo sedens, Macte, inquit, ista virtute, C. Corneli, abi, nuntia publice Patribus, vt vrbem Romam muniant, firmentque præsidiis ante hostis aduentum: meque, vt decet, finito inter meos milites expirare. Mirus imperatoris amor, qui non potuit patriæ, quæ superstes erat, non esse memor, paulo post expiraturus. *Sabellic. lib.* 5. *c.* 2. *Liuius lib.* 2. *belli Punici secundi.*

Cato amantis animum dicebat in alieno corpore viuere: quod, hodie quoque celebratur: animam illic potius esse, vbi amat, quam vbi animat. *Apophth. Erasmi lib.* 5.

Socrates eos, qui corpus tantum amarent, similes esse ajebat medicis qui semper egerent, semper instarent aliquid flagitantes: rursus, qui amici essent potius, quam amatores, similes esse iis, qui proprium fundum possiderent, quem semper studuissent reddere meliorem. Amator suam quærit explere voluntatem, amicus haudquaquam ad se spectans, hoc se putat ditiorem, quo meliorem reddiderit amicum. *Idem lib.* 3. *de dictis Socratis Eras.*

¶ Hieroglyphica.

Apud Onocritas legere est, *Lucernam ardentem*, esse mulieris signum, quæ sit amore capta, propterea quod leuis, inconstans, & infirmus admodum sit earum amor, qui lucernæ instar, minimi flatus impulsu extingui potest. *Pierius Valerius libro* 46. *pag.* 451. *B.*

Ægyptij Sacerdotes, qui odium per *aquas* intelligebant, per *ignem* amorem exprimi voluerunt: ideoque *faces* passim Cupidini dedicarunt. *Idem lib.* 46. *pag.* 456. *D.*

Quoniam voluntatum studiorumque consensus atque similitudo amorem parit, celebratur a Platone *Lyra* inter amatoria monumenta, lib. de anima. *Pier. Val. lib.* 47. *pag.* 459. *B.*

Malum quoque amoris est symbolum, quique amorum agmina pingere volunt, lusitare eos malis: & inter arbores eiusmodi lasciuire: poma decerpere, abrodere, iactareq; confingunt. Item cur *Malus arbor* amori potissimum consecrata, vt & symbola amoris mutui, perditi, iniqui, *Vide apud Pier. Valer. lib.* 54. *pag.* 522. & 523. & 525.

¶ Emblemata,
Andreæ Alciati.

Potentissimus affectus, Amor. Emblema cv.

Aspice vt inuictus vires auriga leonis,
Expressus gemma pusio vincat Amor!
Vtque manu hac scutica tenet, hac vt flectit habenas,
Vtque est in pueri plurimus ore decor.
Dira lues procul esto: feram qui vincere talem
Est potis, a nobis temperet ante manus!

Vis amoris. Emblema cvii.

Aligerum fulmen fregit Deus aliger igne
Dum demonstrat vti est fortior ignis Amor.

In studiosum captum amore. Emblema cviii.

Immersus studijs, docendo & iure peritus,
Et maximus libellio,
Helianiran amat, quantum nec Thracius vmquam
Princeps sororis pellicem.
Palladа cur alios superasti iudice Cypri?

Num sat sub Ida est vincere.

Amor.

Ex emblemate CXII. Alciati.

Fere simile ex Theocrito.

Emblema CXII.

Alueolis dum mella legit, percussit Amorem
Furacem mala apes, & summis spicula liquit
In digitis: tumido gemit at puer anxius vngue,
Et quatit errabundus humum, Venerique dolorem
Indicat & grauiter queritur, quod apicula parvum
Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.
Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque, dixit,
Nate, feram, qui das tot noxia vulnera parvus.

Dulcia quandoque amara fieri.

Emblema CXIII.

Matre procul licta, paulum secesserat infans
Lydius: hunc dira sed rapuistis apes.
Venerat hic ad vos placidas ratus esse volucres,
Cum nectar summis sipera sæua foret.
Quæ datis, ah! dulci stimulos pro munere mellis:
Proh dolor! heu sine te gratia nulla datur!

In statuam amoris.

Emblema CXIII.

Quis sit Amor, plures olim cecinere Poetæ,
Eius qui vario nomine gesta ferunt.
Conuenit hoc quod veste caret, quod corpore parvus:
Tela alasque ferens lumina nulla tenet.
Hæc ora, hic habitus q; Dei est: Sed dicere tantos
Scilicet in vates falsa subesse reor.
Et cur nudus agat? Duo quasi pallia desint.
Qui cunctas domitt possidet orbis opes.
Aut qui quassonues boreamque euadere nudus
Alpinum potuit, strictaque prata gelu?
Si puer est, puerumne vocas qui Nestora vincit?
An nosti Aseræa carmina docta senis?
Inconstans puer hic obdurans, pectora quæ iam
Transadit, nunquam linquere sponte potest.
At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?
An curuare infans cornua dira valet?
Alas curue tenet quas nescit in æthera ferre?
Inscius in volucrum flectere tela iecur.
Serpit humi semperque virum mortalia corda
Ladit, & haud alas saxeus inde mouet.
Si cæcus sit amque gerit, quid tanta caco
Vtilis est, ideo num minus ille videt?
Quisve sagittiferum credat qui lumine captus?
Hic certa, at cæci specula vana mouet.
Igneus est, aiunt, versatq; in pectore flammas,
Cur age sitit adhuc? omnia flamma vorat.
Quinetiam tumidis cur non extinguitur vndis
Nasadum, quoties mollia corda subit?
At tu ne tantis capiare erroribus, audi:
Verus quid sit amor, carmina nostra ferent:
Iucundus labor est, lasciua per otia: signum
Illius est nigro punica glans clypeo.

Potentia amoris.

Embl. CVI.

Nudus Amor videri vt videt placidumq; tuetur?
Nec faculas, nec quæ cornua flectat, habet:
Altera sed manuum flores gerit, altera pisces,
Scilicet vt terra iura dei atque mari.

Senex puellam amans.

Emblema CXVI.

Dum Sophocles (quamuis affecta ætate) puellam
A quæstu Archippen ad sua vota trahit.
Allicit & pretio, tulit agre insana iuuentus
Ob zelum, & tali carmine virumque notat:
Nocturna vt in tumulis, super vtque cadauera bubo.
Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.

¶ Fabulae sev Apologi.

Senex & Vxor adolescentula.

Duxerat annis quidam grauis senecta in ætate, adolescentem mulierem, quæ illum auersabatur, neque delectabatur consuetudine ipsius. Quadam nocte fures in domum huius intrauerant, & audiebatur pedum sonitus, neque illi procul à conclaui, in quo cum vxore vir cubebat, abesse sentiebantur. Ibi mulier formidans, ad virum se applicat, & illum etiam, quod nunquem ante fecerat, amplectitur. Hic vero ea re lætus, furibus gratias agere, & iubere impune auferre, quicquid libuisset, quod ipsorum beneficio complexu frueretur vxoris suæ.

Fabula docet, amorem sæpe metu excitari.

Ioach. Camer. lib. Fabul. pag. 287.

¶ Scriptores.

De amore, *Ælianus in Var. Histor. Græc. fol. 37. Aeliani Varenij Dialogus. Marsilius Ficinus lib. 1. c. 56. Ioan. Ludouic. Viues anima. Elisij Calentij Epistola ad Hieracum pag. 457. Camilli Paleſti. Brusonius l. 1. c. 2. Manipul. Florum. Lucius Tit. 47. & 48. Andreæ Capellani Regis libri 2. Xenophon in Raphael Volaterranus lib. 32. Proclus in Alcibiade. Demosthenio amatoria. Plotinus Ennead. 3. Platon. Dialog. de Philebo. Eiusdem Conuiuium seu de amore. Et Marsilij Ficini, commentarii eundem Raymundus Sebundius lib. 3. Scalæ animæ. De amore liberali seu storge, Gellius lib. 12. cap. 1. Macrob. lib. 5. cap. 21. De liberis educandis.*

Angelus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ANGELVS Græca dictio est, ἄγγελος, ου, ὁ, nuntius dicitur, enim nuncio est. Hebr. *Maleach.* i. nuncius. Angelus nuncius appellatur, quum à Deo veluti iudicorum vel ricordiarum executor, vel malus, vel bonus Spiritus mittitur.

Angelus substantia intellectualis, specie mobilis, arbitrio incorporea, Deo ministrans, secundum gratiam eius naturamortalitatem susciens, cuius substantiæ speciem & termin lus, qui creator est, nouit. *Secundum Ioannem Damasc. lib. 2. c.*

¶ Sententiae Biblicae.

Qui facis angelos tuos spiritus. *Hebr. 1.*

Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministeriu si, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis? *Ibid.*

Dirigunt gradientes.

Ecce, ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & cus in via, & introducat in locum, quem præparaui tibi. Obser & audi vocem eius, nec contemnendum putes, quia non dimi cum peccaueris, & est nomen meum cum illo. Quod si audie cem eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimici & affligam affligentes te. *Exod. 13.*

Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me angel ius, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari sine pollutione peccati reuocauit me gaudentem in victori *Iudit 13.*

Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in o bus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lap pedem tuum. *Psal. 90.*

Confortant deficientes.

Vnde Angelus ancillæ Sarę in deserto fontem ostendit. *Gen.*

Sic Eliæ aquam & panem. 3. *Reg. 19.*

Daniel prandium per Abacuc in lacum leonum in Babyl Iudæa apportauit. *Dan. 14.*

Flagellant præuaricantes.

Vnde populum pestilentia percussit, ob peccatum Dauid ptuaginta millia virorum. Immisitque Dominus pestilentia *Reg. 4.*

Factum est igitur nocte illa, venit Angelus Domini, & per de castris Assyriorum 185. millia. 4. *Reg. 19.*

Heliodorum templum spoliare volentem grauiter ceciderun *Macch. 3.*

Sic Herodem Deo gloriam non dantem. Confestim autem cussit eum Angelus, eo quod non dedisset honorem Deo, & sumptus à vermibus expirauit. *Act. 12.*

Gratificant orantes.

Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt ann ciet hominis æquitatem, miserebitur eius, & dicet: Libera vt non descendat in corruptionem: Inueni, in quo ei propi *Iob. 33.*

Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & linquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per di domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam mino, *Tob. 12.*

Alius Angelus venit, & stetit ante altare, & ascendit fumus in sorum de orationibus Sanctorum. *Apoc. 8.*

Honorant decedentes.

Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab ag lis in sinum Abrahæ. *Luc. 16.*

Iuuant certantes.

Vnde Angelus cum in nube se inter castra Ægyptiorum & Is posuit. *Exod. 4.* Tollensque se Angelus Domini. Sic Iosue Angel in agro euaginatum tenentem gladium vidit. *Ios. 5.* Cumque e Iosua in agro. Sic precibus Elisæi puer suus montem plenum equ rum, & curruum igneorum in circuitu vidit Elisæi 4. *Reg. 6.* Cum orasset Elisæus.

Deus meus, quem colo, misit angelum suum, & occlusit leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iustitia mea uenta est. *Dan. 6.* Sic Macchabæo apparuit præcedens equ

le vestis cathenis aureis hastam vibrans. 2. *Macch.* 11. Liberauit Apostolos à carcere. *Act.* 5. Sic Petrum. *Act.* 12.

Angeli ob peccatum facti sunt mali.

Et si peccauerunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. *Iob.* 4.

Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris. *Esaiæ.* 14.

Vidi satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. *Luc.* 10.

Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detrudens, cruciandos, in iudicium reseruari. 2. *Petr.* 2.

Angelorum, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine reseruauit. *Iudæ epistol.*

Malum hominibus moliuntur aggrediendo fraudulenter.

Vbi callidam naturam & sexu infirmiorem callide solam, & simplici aggressi sunt quæstione. *Genes.* 3.

Ne circumueniamur à Satana: non enim ignoramus cogitationes eius. 2. *Cor.* 2.

Ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis. 2. *Cor.* 11.

Generaliter omnes quantumcunque sanctos tentant.

Vnus princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. *Ioan.* 14.

Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. *Matth.* 4.

Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. *Luc.* 4.

Horribiliter aggrediuntur.

Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, qui factus est vt nullum timeret. Omne sublime videt: & ipse est rex super omnes filios superbiæ. *Iob.* 41

Spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmant tormenta sua, & in tempore consummationis effundent virtutem furoris eius, qui fecit illos, confundent. *Eccles.* 39.

Vt caderet hominem cœcum & mutum. *Matth.* 12.

A Deo reprimuntur, ne quantum volunt, possint.

Ecce omnia quæ habet, in manu tua sunt: tantum in eum ne extendas manum tuam. *Iob.* 1.

Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua. *Idem* 2.

Vetuit in porcos quidem, nisi permissi, intrare potuerunt. *Matth.*

Ecce, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. *Luc.* 22.

Ab homine repelluntur per gratiæ assidentiam.

Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter. *Rom.*

Non licet dare diabolo. *Ephes.* 4.

Induimini armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. *Ibid.* 6.

Subditi estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. *Iacob.*

Consistite fortes in fide. 1. *Pet.* 5.

Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. 1. *Iohan.* 1.

Per Deum expelluntur.

Illi autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiciebat spiritus verbo. *Matth.* 8.

Ipsis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem: & ejecto dæmonio, locutus est mutus: & miratæ sunt turbæ. *Matth.* 9.

Oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curauit eum, vt loqueretur & videret. *Matth.* 12. *Item* 17. *Marc.* 1. 3. 5. 6. 9. 16. 8. 9. 11.

Per homines.

Conuocatis duodecim discipulis dedit illis potestatem spiritibus immundorum, vt eicerent eos. *Matth.* 10.

Reuersi sunt septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis. *Luc.* 10.

Ego autem ego in Beelzebub eicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt. *Luc.* 11.

¶ Sententiae Patrvm.

Impositi sunt angeli cœlorum super potestates aereas: vnde potestas verbum, quod sit hic. Intuetur enim legem fixam, legem latam, iubentem sicut scriptura, sine syllabis, sine strepitu, firmiter semper & stantem intuentur angeli corde mundo, & ex illa fabricam, quicquid hic fit, *Augustin. super illud Psal.* 103. *Draco iste, quem fecisti, &c.*

Vsque nosci Angeli sancti, docti de Deo, cuius veritatis æternæ contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius ciuitatis expectat. *Idem.*

Magna dignitas fidelium animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu suæ natiuitatis in custodia sui angelum deputatum. Imo plures, Psalm. 34. *Hieronym. super Matth.* 18.

Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat, ad quam tantum credimus humanum genus ascendere, quantos illic contigit electos Angelos remisisse. sicut scriptum est: Statuit terminos gentium, iuxta numerum Angelorum Dei. *Gregor. hom.* 34. *super Euang.*

Vnusquisque in quantum sufficit, si à prauitate proximum reuocat, si exhortari ad bene operandum curat, si æternum regnum vel supplicium erranti denuntiat, quum verba sanctæ annunciationis impendit, profecto Angelus extitit. *Idem in hom.* 6. *super Euang.*

Qui parua capiunt, sed tamen hæc eadem parua pie annunciare fratribus non desistunt, isti in Angelorum numerum currunt. Qui secretorum cœlestium summa capere prævalent, & nunciare, etiam isti in Archangelorum numerum deputantur. Qui amando ardent, & loquendo alios accendunt, isti Seraphim dicuntur. *ibidem.*

Angeli cum ad nos veniunt, sic exterius implent ministerium, vt tamen nunquam desinant interius per contemplationem. Mittuntur igitur & assistunt, quia etsi circumscriptus est Angelus spiritus: summus tamen spiritus ipse, qui Deus est, circumscriptus non est. Angeli itaque & missi ante ipsum, qui à quolibet missi veniant, intra ipsum currunt. *Ibid.*

In hoc est natura angelica à naturæ nostræ conditione distincta, quod nos & loco circumscribimur, & cœcitatis ignorantia coarctamur: Angelorum vero spiritus loco quidem circumscribuntur, sed tamen eorum scientiæ longe super nos incomparabiliter dilatantur. Interius & exterius sciendo distincti sunt, quoniam ipsum fontem scientiæ contemplantur. Quid enim de his, quæ scienda sunt, nesciunt, qui scientes omnia sciunt? *Idem* 2. *lib. moralium.*

Nouem Angelorum esse ordines, testante sacro eloquio, scimus, scilicet Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim, atque Seraphim. *Idem in homil.*

Angelorum vocabulum nomen est officij, non naturæ: nam sancti illi cœlestis patriæ spiritus semper sunt spiritus, sed semper vocari Angeli nequaquam possunt. Tunc solum sunt Angeli, quum per eos aliqua nunciantur. Vnde Psalmus: Qui facit Angelos suos spiritus. Hi ergo, qui minima nunciant, Angeli: qui vero summa nunciant, Archangeli vocantur, Græca enim lingua Angeli nuncij, Archangeli vero summi nuncij vocantur. Qui idcirco priuatis nominibus censentur, vt Michael, Gabriel, Raphael, vt signetur etiam per vocabula, quid in operatione valeant. *Idem in homil.*

Timet Angelus adorari ab humana natura, quam videt in Deo sublimatam. *Ibidem.*

Angeli ad ministerium pro nostra salute semper mittuntur. *In Pastor.*

Angelo apostatæ similis efficitur homo, qui hominibus esse similis dedignatur. *Ibidem.*

Simus deuoti, simus grati tantis custodibus, redamemus eos, quantum possumus, quantum debemus effectuose, ideo Angelos eius tanquam futuros aliquando cohæredes: eos vero interim actores & tutores à patre positos & præpositos nobis, adhuc enim paruuli sub tutoribus & actoribus sumus. *Bernhard. serm.* 12. *in Psalm.* 91.

Quoties ergo grauissima cernitur vrgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere, inuoca Deum custodem tuum, directorem tuum, adiutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, & die: Domine salua nos, perimus. In tribulatione vero neque dormitat, neque dormit, etsi quando ad tempus dissimulat, &c. *ibid.*

Væ nobis, si quando prouocati sancti Angeli peccatis & negligentiis, indignos nos iudicauerint præsentia & visitatione sua, & quorum præsentia protegere nos, & propulsare poterat inimicum. Quod si necessariam habemus familiaritatem dignationis angelicæ, cauenda est nobis eorum offensa, & in his maxime exercendum, quibus eos nouimus oblectari. Hæc autem placent eis, quæ in nobis inuenire delectant, vt est sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, creber in cœlum gemitus, & super hæc omnia veritatem & pacem à nobis exigunt. *ibid.*

Benignus es Domine, qui non es contentus nostra fragilitate murorum, sed ipsis hominum custodibus Angelicam custodiam supponis. *ibid.*

Tu ergo si vis habere ministerium Angelorum, fuge consolationes sæculi, & tentationibus resiste Diaboli. *Bernard. in sermone* 50.

Angelis suis mandauit de te, &c. O quantam debet tibi hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciam, pro præsentia reuerentiam, pro benevolentia deuotionem, pro custodia fiduciam! Cáute ergo ambula, vbi sunt Angeli, vt custodiant te in omnibus viis tuis. *ibid.*

Credimus, Angelos sanctos adstare orantibus, offerre Deo vota & preces hominum, si sine deceptione leuari putas manus prospexerint. *ibid.*

In quouis diuersorio, in quouis angulo reuerentiam exhibe tuo Angelo, ne audeas illo præsente, quod me vidente, non auderes. Adsunt igitur tibi non modo præsentes tecum, sed etiam pro te adsunt, vt protegant: adsunt, vt prosint. *Ibid.*

Angelus est substantia intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo ministrans, gratia, & non natura; immortalitatem suscipiens: cuius substantiæ speciem & terminum solus, qui creator est, nouit. *Damasc. lib. 2. c. 3.*

Boni Angeli ad ministerium humanæ salutis deputati sunt, vt cuncta administrent mundi, & regant omnia iussu Dei. *Isidor. de summo bono.*

Singulæ gentes præpositos Angelos habere creduntur, omnes homines Angelos habere probantur. *Ibid.*

Natura Angelorum mutabilis est, quia inest illis mutabilitas in natura, sed fecit eos incorruptos charitas sempiterna. *Ibid.*

Angeli sunt natura mutabiles conditi, sed facti contemplatione immutabiles, animo impassibiles, mente rationales, stirpe æterni, & beatitudine perpetui. *ibidem.*

Adest vnicuique nostrum etiam minimo, qui sunt in Ecclesia Dei, Angelus bonus, Angelus Domini, qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus nostris corrigendis, & miserationibus exposcendis quotidie videat faciem patris, qui in cœlis est. *Orig. in Numer. homil. 66,*

Agunt Angeli diem festum, lætantes super his, qui refugientes consortia dæmonum, per exercitia virtutum, Angelicis festinant sociari consortiis. *ibidem.*

Fatendum est, nescire quidem mortuos, quid hic agatur, dum hic agitur: postea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt: non quidem omnia, sed quæ sinuntur etiam ipsi meminisse: & quæ illos, quibus hæc iudicantur, oportet audire. Possunt & ab Angelis, qui rebus, quæ hic aguntur, præsto sunt, audire aliquid mortui, quod nunc vnumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta subiecta sunt. *Augustin. lib. de agenda cura pro mortuis, & habetur 13. quæst. vlt. c. Fatendum.*

¶ Poeticae Sententiae.

Philippi Melanthonis hymnus de Angelis.

Dicimus grates tibi summe rerum
Conditor, Gnato tua quod ministros
Flammeos finxit manus, Angelorum
Agmina pura.
Qui tuæ lucis radiis vibrantes.
Te vident lætis oculis, tuasque
Hauriunt voces, sapientiaq;
Fonte fruuntur.
Hos nec ignauum finis esse vulgus,
Nec per ingentes volitare frustra
Aetheris tractus, temere nec inter
Ludere ventos.
Sed iubes Christo comites adesse,
Et pios cœtus hominum tueri:
Qui tuas leges venerantur, atque
Discere curant.
Impiis ardens odiis & ira,
Nam tuis castris Draco semper infert
Bella, qui primus scelus atque mortem
Intulit orbi.
Hic domos, vrbes, tua templa, gentes,
Et tua legis monumenta tota,
Et bonos mores abolere tentat
Funditus omnes.
Interim sed nos tegit Angelorum,
Quæ ducem Christum sequitur, caterua,
Atque grassantis reprimit cruenta
Arma Draconis,
Angeli Lothon Sodomæ tuentur,
Inter infestos Elisæus hostes
Angelis cinctus, nihil extimescit
Bellica signa.
Tutus est inter medios leones
Angelis septus Daniel Prophetæ
Sic tegit semper Deus his ministris
Omnia nostra.
Hoc tuum munus celebramus vna,
Et tibi noster chorus Angelique,
Gratias dicunt simul accinentes:
Conditor alme.
Et tuo templo vigiles vt addas
Angelos semper populoque gnati,
Qui tui verbum colit, obsecramus
Pectore toto.

Ioannis Stigelij hymnus de Angelis.

Angelis hæc est sacra lux, adeste
Muneris tanti memores, & omnis
Hos Deo propter tribuens honorem
Concio plaudat.
Spiritus rerum Deus hoc creator
Finxit, atque illis sapientis ignem
Mentis adflauit, soluitq; recti
Esse ministros.
Ergo versantur vigiles parentis
Ante conspectum, capiuntq; læti
Iussa mandantis, Dominoque toto
Aethere plaudunt.
Heu quod infesti rabies Draconis
Angelis tantus mouet vsque pugnas,
Qui sciens primus proprio furore
Perdidit orbem.
Ille funestis agitatus iræ
Inuidens Christo, fore tam minatur,
Iordanis totas sitiens vt alti
Sorbeat vndas.
Circuit mundum, fremit hic & illic,
Fascinat mentes, varieque fuda
Vt pios cultus abolere possit,
Omnia turbat.
Dissipat leges, serit inter vrbes,
Inter agnatos fera bella reges,
Omne grassator scelus imparatis
Mentibus inflat.
Concitat ventos, subruit q; nimbis,
Grandines spargit, fata cultaq; flat,
Inficit nubes, variisq; sternit
Corpora morbis.
Concitat sæuos odiis tyrannos,
Vt fremant, vt bella piis minentur.
Vt Deum oppugnent, miseresq; Christi
Membra trucident.
At pios Christo duce sub potente
Ipse quorum omnes numerat capillos,
Angelis seruant, reprimuntq; sæuum
Fortiter hostem.
Non minus mundum peragrant & ipsi,
Et trucis claudunt aditum draconi,
Asserunt veros, retinentq; pugna
Vindice cultus.
Conserunt pacem, cohibentq; lites,
Promouent leges, sacra tura firmant.
Amouent morbos, referuntq; Christo
Vota piorum.
Liberant pressos reprimunt tyrannos,
Ad latus nobis habitant, & adsunt
Ad caput semper vigiles, pijsq;
Cuncta ministrant.
Angelis septi pueri ministris
Fulmen ardentis superant camini,
Angelis septus Daniel leonum
Effugit iram.
Angeli regnum Achazidis gubernant,
Angeli Lothon Sodomæ tuentur,
Angelis cinctus nihil extimescit,
Omnia vincit.
Angelis curæ genus esse nostrum,
Qui Deum vero colimus timore,
Aspice, exemplis probat hæc abunde
Pluribus ætas.
Quando crudeles alias tyrannos
Sæuus dirus furor incitauit,
Vt sacro ficcas repleant piorum
Sanguine fauces.
At vetat cœtus sacer Angelorum,
Qui pios circumuolitant frequentes,
Et manu nostros alacres in hostes
Vindice pugnant.
Hinc nihil pœtis Epicurus armis,
Qui sedet Romæ, infatuatq; reges,
Hinc nihil nobis inimicus omnis
Efficit hostis.
Quas tibi rerum sapiens creator
Gratias digno peragamus ore?
Heu sicum non est idem eloquentis
Vltus ore.
Nos tuam ad sicam faciem creasti,
Nos ab æterna stygе liberasti.
Insuper nostro latere ministros
Cœlitus addas.
Christe tu nostros animos guberna,
Vt tibi grati placeamus vsq;,
Ne tuos vnquam stirpis laedat
Vita ministros.

¶ Ex

¶ Exempla et Loci Biblici.

Angeli boni apparuerunt hominibus. Exempla: Agar ancillæ Sarai. *Gen.*16.7. Abrahæ, 18.2. & 22.11. Loth. 19.1. Iacobo, 28.12. & 31.11. & 32.1. & 46.12.4. Balaamo, *Numer.*22.22. Israelitis, *Iudic.*2.1. Gedeoni, 6.11. patri Samsonis, 13.3. patri. *Vers.*9.10.11. Dauidi, 2. *Sam.* 24.7. Eliæ, 1. *Reg.*19.5. 2. *Reg.*1.3. seruo Elisæi, 2. *Reg.*6.17. Esdræ, 4. *Esd.*2. *ver.*42. & 4.1. & 5.14. & 10.1. & 14.1. & 16.1. & 41. Esaiæ, *Esa.*6.6. Tobiæ, *Tob.*3.26. & 12.15. Sadrach & sociis, *Dan.*3.92. Danieli, *Dan.*6.22. & 9.21. & 10.8. Zachariæ Prophetæ, 1. *Esdræ*4.1. *Vers.*7. 8. 9. Macchabæo & suis, 2. *Mac.*11. *v.*7.8. Ioseph viro Mariæ. *Matt.*1.20. & 2. *Vers.*13.19. Christo, 4.11. Vtrique Mariæ, *Mat.* 28. *Mar.*16.5. Zachariæ, *Luc.*1.11. Mariæ Virgini, *Vers.*28. Pastoribus, 2.9. Christo, 22 43. Mariæ Magdalenæ, *Ioan.*20.12. Apostolis, *Act.*1.10. & 5.19. Philippo, 8.26. Cornelio Centurioni, 10.3. Petro. 12. *Vers.*5. Paulo, 27.23. Ioanni, *Apoc.*1.1. & 19.17. & 20.1 & 22.6. Angelis cum Iacobo pugnat. *Gen.*32.24. *Ose.*12.3.4.

Ab Angelis interfectorum exempla: Angelus Domini percutit castra Assyriorum. 4 *Reg.*19.35. 2. *Paral.*32.21. *Esa.*37.36. populum Dauidis. 2. *Sam.*24.10. Herodem, *Act.*12.23.

Angelorum officium. Angeli boni iræ Dei ministri, *Genes.*18.16. Exod.32. 2. *Sam.*24. *Vers.*16.17. *Act.*12.23. Angeli messoribus similes, *Mat.*13. Angeli viri dicti, *Gen.*18.2. & 19.5. *Luc.*24.4. *Act.*1.10. Filij Dei dicuntur. *Iob.*1.15. ἐξαιρετικῶς, vt à filiis hominum discernantur: Rerum humanitus id de Deo dicitur, & sumpta à regibus terrenis similitudine. 1. *Reg.*22.10. Angeli virtutis Christi, 2. *Thess.*1.7. Angeli circum Deo collaudandi non sunt. *Iob.*14.18. inuitant ad dandam Deo gloriam. 1. *Esdræ*3.9. & 13.20. gloriam Deo tribuunt, *Esa.*6.3. *Luc.*2.14. Angelorum iudicij ignorant, *Mat.*24.36.

Angelorum nomina, quæ in Sacris literis inueniuntur: Gabriel, *Dan.*8.16. & 9.21. *Luc.*1. *v.*11.26. Michael, *Dan.*10.13. *Iudæ v.*9. *Apoc.* 12.7. Raphael, *Tob.*5.5. & 6.1. & 12.1. Vriel, 4. *Esd.*4.1. & 5.20. Angeli pro Angelica natura, *Hebr.*2.16. Angelis linguæ tribuuntur à Paulo 1. *Cor.* 13. Loquitur hyperbolen ex hypothesi, maxime emphaseos gratia, ac si diceret: Si neque illis vterer ad commodum proximi, id vero nihil adiuuaret, quam inanis & obstrepera loquacitas. Idem. *Gal.*1.8. vbi de malis Angelis loquitur, friget, atque adeo absurdus est sermo. Refellitur ergo, illud quoque dictum ὑπερβολικῶς ex hypothesi insignium esse: sic panis tribuitur Angelis, *Ps.*78.25. & 105.40. hoc est, quo etiam Angeli vti potuissent, si pane vescerentur. Angeli interdum videntes faciem Patris, qui in cœlis est. *Matth.*18.10.

¶ Historica Exempla.

Vno anno imperij sui Heraclius, cum contra Agarenos ex ponto Caspio eduxisset copias (de gente sæuissima, quam Alexander Magnus ob immanitatem super mare Caspium incluserat) dicitur Angelus Domini quinquaginta duo millia de exercitu eius occidisse: quæ res tantum mœrorem ei conciliauit, vt eo extingueretur. Ioan. Phrygingensis *lib.*5. *c.*9. & *Gothof. Viterbiensis parte* 16 *Chronicorum.*

Plura exempla vide apud Th. Zuing. in Theatro Vol. 2. *lib.*7. *pag.*464. *Vol.*5. *lib.*2. *pag.*1231. *Vol.*9. *lib.*3. *p.*2252.

¶ Hieroglyphica.

In diuinis literis Lilium, præcipue album, nunc Christi, nunc Angelorum hieroglyphicum est: à candore quippe iustitiæ, ad quod respexisse volunt Salomonem; cum dixit: *Flos campi & lilium conuallium. Pier. Val. lib.*55 *pag.*533.

Neque absurdum est Angelos per stellas intelligi, qui stellarum præsides habeantur. In Moseos etiam traditionibus vt summi viri locum interpretantur, per stellas Angeli significabantur. *idem lib.* 44. *pag.*437.

¶ Scriptores.

De Angelis, *Damascenus l.*2. *Dionysius Areopagita in Hierarchia cœlesti. Lumen animæ. Tit.*8. *Rainerius, Pharetra. Phil. Melan. in locis. Huldrichus Zuinglius epistola* 17. *Bonicontrius lib.* 1 *rerum cœlestium. Marsil. Ficin. lib.*2. *cap.*82. An Angeli omnes sint speciei vnius? *Cœlius Rhodigin. lib.*2. *c.*5. An iidem corruptioni subiiciantur. *idem l.*2. *c.*8. De Angelis bonis & malis, *Dionysius Rikel lib.*5. *de fide Catholica.* Angelorum numerus Platonis ad id & Aristotelis sententia, *Cæl. Rhod. l.*2. *c.*1. An Angeli habeant corpus? *idem Cælius l.*2. *c.*5. *Rampigallus c.*11. *Hanapus* 31. De Angelorum creatione & reparatione, *Lombardus* 2.1. Theologorum de Angelis bonis placita Parangeliarchus, *Cæl. lib.*2. *c.*11. De ordinibus Angelorum, *Beluacensis, & Pharetra. Lombard.*29. Angeli nuntij Dei, *Otho Brunfelsius Pandect. l.*10. *c.*8. De Angelorum officiis, *Lombard.* 2. 10. De Angelorum cognitione, *Aegidius de Roma.* De præsidio Angelico, *Ioan. Kuuns. vide etiã supra duos hymnos Melanth. & Stigely, & exempla sacra.*

Anima.

¶ Definitiones et Etymol.

Anima Græcè ψυχὴ, ῆς, ἡ & ψυχικὸς, ἡ, ὸν, animalis dicitur. Et est substantia creata, inuisibilis, incorporea, immortali Deo simillima, imaginem nullam habens, nisi creatoris sui. *Secundum Aug. lib. diffinitionum.*

Anima est principium quo viuimus, sentimus, intelligimus, nutrimur, & secundum locum mouemur primum. *Secundum Arist. l.* 2. *de Anima.*

Anima est actus primus substantialis corporis Physici, organici, in potentia vitam habentis. *Secundum Aristot. l.*2 *de anima.*

Anima vegetatiua est principium, quo vegetamur primum.

Anima sensitiua est principium, quo sentimus primum.

Anima intellectiua est principium, quo intelligimus primum. *secundum eundem Arist.*


Anima, vt ait Lactantius libro de opificio Dei, *c.*17. quid sit, nondum inter philosophos conuenit, nec vnquam fortasse conueniet.

¶ Divisio.

Anima { *Vegetatiua, Sensitiua, Intellectiua,* } *De quibus infra,*

Partes nutritiuæ diffinitæ. — *Qualitates instrumentales.* — *Sedes earum.*

- *Nutritiua, cuius obiectum est alimentum, secundum quod potentia animatum, cuius vires sunt*
  - *Attractiua, qua attrahitur alimentum animati nutritiuum.*
    - *Per calidum & siccum, cuius sedes sunt.*
      - *Stomachus, in quo est appetitus nutritiui.*
      - *Hepar, in quod attrahitur subtile separatum à grosso alimento in stomacho.*
        - *Venarum per quas ducitur humor.*
      - *Membra nutrienda, quæ inarnantur ad nutrimento, quod inducitur suis*
        - *Arteriarũ, per quas ducuntur spiritus vitales.*
  - *Retentiua, qua attractum retinetur, donec digeratur*
    - *Per frigidum & siccum, cuius sedes sunt*
      - *Stomachus, in quo retinetur attractum, vt digeratur.*
      - *Hepar, in quo reseruatur attractum à stomacho nutrimentum, mittendum ad cor. Et purum ibi reseruatum est materia, ex qua fit nutritio totius animalis, cuius particula mittitur ad Vasa seminaria.*
      - *Extremitates Venarum.*
  - *Digestiua, qua attractum & retentum digeritur*
    - *Per calidum & humidum, cuius sedes sunt*
      - *Os, in quo fit masticatio nutrimenti, & solum præparat & disponit ad digestionem.*
      - *Stomachus, in quo fit prima digestio, & ibi separatur grossum alimenti à subtili.*
      - *Hepar, in quo fit resolutio nutrimenti in quatuor humores, & inde mittitur alimentum purum ad cor, & in via illius motus fit tertia digestio, & purum ibi reseruatum est materia, ex qua fit nutritio totius animalis, sed eius particula mittitur ad Vasa seminaria.*
  - *Expulsiua, qua superfluum alimenti egeritur*
    - *Per frigidum & humidum, cuius sedes sũt*
      - *Extremitates Venarum, in quibus fit acceptio nutrimenti.*
      - *Venter cum suis intestinis, in qua venit a stomacho superfluum alimenti digesti.*
      - *Vesica, in qua recipitur humidum vrinale, quod stillat ab hepate.*
      - *Vasa seminaria, in quibus sumitur superfluum quartæ vel propriæ tertiæ digestionis quod dicitur semen, per quod fit generatio. & dicitur superfluum in quantitate, non autem in qualitate, quia per hoc generat animal sibi simile.*
- *Augmentatiua, cuius obiectum est alimentum, secundum quod potentis quantum.*
- *Generatiua, cuius finis est, generare sibi simile in specie, cuius obiectum est alimentum secundum quod generatiuum sibi simile in specie, & est a Deo & natura indita propter speciei conseruationem. Cuius vires sunt*
  - *Seminatiua, quæ in masculis & fœminis semen generat.*
  - *Immutatiua, quæ virtutes, quæ insunt seminibus, permiscet contemperando, secundum quod complexionis cuiuslibet membri corporis formandi conuenit.*
  - *Formatiua, quæ sic permistis seminib. membra format & configurat.*


Potentiæ sensitiuæ. Organa. Obiect. Actus.
Anima sensitiua, apprehensiua de foris, cuius partes sunt
Visus, cuius medium est perspicuum, peruium seu diaphanum.
Oculus, ad quem perueniunt nerues opticus protensus à cerebro usque ad pupillam, ibi ramificatus, speciem sensati recipiens, & ad sensum communem referens.
Color, lumen,
Videre album & nigrum, intermedijs coloribus.
Auditus: cuius medium est aer, motus à duobus corporib. ad inuicem collisis, continuatus aeri posito intra concauitatem auris, qui est connaturalis animali.
Tympanum auris, ad quod dirigitur nerues protensus à cerebro, continens speciem audibilem.
Sonus.
Audire sonum & grauem, cum intermedijs sonis.
Olfactus, cuius medium est aer.
Duæ caruncula descendentes à cerebro, similes duobus capitibus mamillarum, per quas peruenit spiritus odorabilis, & sensum facit.
Odor,
Olfacere benedentia, & malolentia, cum intermedijs odoribus.
Gustus, cuius medium
Intrinsecum est caro spongiosa.
Extrinsecum est humiditas salinalis.
Nerues super linguam Expansus, descendens à cerebro.
Sapor.
Gustare dulce & amarum, cum intermedijs saporibus.
Tactus, cuius medium est caro cooperiens nerues.
Caro vel nerues multipliciter ramificatus ad modum vestis tegens totum corpus.
Calidum, frigidum, humidum, siccum, durum, molle, asperum, leue, & alia qualitates inde sequentes.
Tangere calidum, frigidum, humidum, siccum, durum, molle, asperum, leue, cum intermedijs qualitatibus.
Potentiæ sensitiuæ. Organa. Obiectæ. Actus.
Anima sensitiua
Apprehensiua de intus, secundum B. Thom. & Auerroem: cuius partes sunt
Sensus communis, virtus, cui reddunturomnia sensata, & est velut centrum aliorum quinq; sensuum, a quo deriuantur sicut rami.
Prima concauitas cerebri maxime humida.
Sensibile sensatum, vt cognoscibile, cuius actus sunt
Distinguere inter proprie sensata, vt inter colorem & sonum.
Percipere communia sensata, sicut motum, figuram, magnitudinem, numerum.
Percipere sensatorum intentiones, sicut cum sentimus scire & videre medicinam.
Phantasia siue imaginatiua, quæ secundum Arist. est motus factus a sensu, secundum actum.
Secunda concauitas cerebri vel pars immediate sequens mediam humida.
Sensibile sensatum, vt reseruabile.
Retinere speciem vel similitudinem sensibilis, quam accepit a sensu communi de absentia rei sensibilis.
Aestimatiua, quæ in hominibus dicitur cogitatiua, virtus apprehendens de sensato, quod non est sensatum, sicut sunt intentio, vt infra,
In brutis posterior pars capitis, in hominibus media cellula cerebri, vel in summo eius, quæ dicitur syllogistica.
Intentio boni vel maleuolentia, conuenientiæ & disconuenientiæ, vtilitatis vel nocumenti, vt elucidilia forma imaginata.
Apprehendere intentiones sensibilium, sicut in cognoscente inimicitias lupi vel gallina vulpem naturaliter.
Memoratiua, virtus conseruatiua intentionum, quas apprehendit æstimatiua, & in hominibus proprie est reminiscentia.
Postrema concauitas cerebri.
Intentio illicita ab æstimata, in quantum reseruabilis.
Retinere de intentionibus sensibilium quas apprehendit æstimatiua.
Motiua triplex.
Per modum dirigentis, scilicet ostendendo, quid prosequendum vel fugiendum, & hoc facit
Phantasia & sensus communis, ostendendo formas sensibilium prosequendorum vel fugiendorum, vt colorem, saporem, odorem, figuram, numerum & huiusmodi.
Æstimatio, præsentando intentione sensibilium sequendorum vel fugiendorum sicut vtilitatem, nocumentum, conuenientiam, disconuenientiam, delectabilem vel tristitiam eorum.
Per modum imperantis, & est virtus à Philosophis dicta appetitiua, à Theologis sensualitas, & est duplex, scilicet
Concupiscibilis, quæ est vis imperans motum, ad ea quæ æstimantur necessaria & vtilia appetitiu delectandi: cuius obiectum est bonum simpliciter & absolute, cuius actus sunt
Prosequi respectu boni,
Concupiscere, Desiderare, Gaudere, Lætari, Amare, Diligere.
Hanc partem perficiunt & moderantur sex virtutes morales, scil.
Temperantia, Liberalitas, Affabilitas, Veritas, Eutrapelia, Philotimia.
Fugere respectu mali,
Abominari contra desiderare.
Dolere contra gaudere.
Tristari contra lætari.
Odisse contra amare.
Contemnere contra diligere.
Irascibilis, quæ est vis imperans moueri, ad pellendum à se, quod æstimatur nociuum aut corrumpens appetitu vincendi, cuius obiectum est bonum arduum & expediens, & est secundum B. Thom. vt armiger & defensatrix concupiscibilis, secundum duplicem dispositionem, scilicet
Corroborantem, quæ sequitur cordis & virtutis impetuosam confortationem, ex cuius imperio fiunt actus
In bonum, non quodcunque sed excellens & honorabile, cuius actus sunt
Ambitio, Spes, Superbia, Contemptus, Dominatio.
In malum, non quodcunque sed excellens, cuius actus sunt
Audacia, Ira, Insurrectio.
Debilitantem, quæ est dispositio impetuose consequens disconfortationem cordis, secundum quam perfugæ fiunt actus.
A bono arduo difficili non excellenti.
A malo arduo difficili vel excellenti.
Desperatio, Humiliatio, Reverentia, Pusillanimitas, Impatientia, Timor.

- Per modum exequentis & est virtus consequès ad affectiuas, diffusa in lacertis, musculis, & neruis, contrahens & relaxans ligamenta coniuncta membris, & est duplex scilicet
  - Generalis, est virtus motiua consequens, vt supra, cuius sedes est in postrema parte cerebri & capitis, vnde oriuntur nerui motiui, sicut ab interiori nerui sensitiui ramificati per totum corpus.
  - Particularis, est in singulis membris vis motiua, per collatam virtutem a generali; cuius partes sunt.
    - Contractiua, ex qua si prouenit motus totius animalis de loco ad locum, sed est qua animal
      - Contrahitur, Extenditur, } Vt { Conchilia & Ostrea.
    - Progressiua, est vis vel principium transeundi de loco ad locum; cuius species sunt.
      - Gressiua pedibus.
      - Volatiua alis.
      - Reptatiua costis & ventre.
      - Natatiua pinnulis solo organo differentia,
    - Operatiua, est principium operandi, cuius organa innecta sunt in habentib. manus, vel os, vel cornua, vel pedes, vt in apibus & araneis.
    - Vocatiua, est principium emittendi vocem, secundum apprehensionem, indicatiua affectionum, cuius organum est pulmo, & vitalis arteria quæ est in solis animalibus habentibus pulmonem.

- Apprehensiua, & est intellectus separabilis (quia non vtitur organo corporeo) & incorruptibilis, qui distinguitur secundum differentiam
  - Natura, in
    - Intellectum agentem, quo est, omnia facere: cuius actiones duæ, scilicet,
      - Illuminare formas vel species sensibiles existentes in imaginatione vel æstimatione, & illuminando abstrahere:
      - Copulare abstractos.
    - Huius obiectum est quidditas rei materialis, vt factibilis, se habens ad manifestandas species intelligibiles, vt lumen vel lux ad manifestandum colorem.
    - Intellectum possibilem, qui dicitur, & est, vt tabula nuda, picturarum omnium susceptibilis, nullam speciem habens actu, sed possibilis ad omnes.
      - Materialis, quando est solum in potentia, nullam habens formam in speciem intelligibilem.
      - Dispositus, vel in habitu quando habet in se principia & propositiones, quæ non aliunde, sed per se sunt nota: vt omne totum est maius sua parte de quolibet est vera affirmatio vel negatio: & si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent æqualia sunt.
        - ¶ Adeptus vel perfectus, quando habet conclusiones, quæ sequuntur ad principia, sed non est conuersus ad illa per actualem considerationem.
      - Accommodatus, vel in actu, quando hæc actu considerat.

      Et in hac parte sũt septẽ habitus intellectuales, quorum
      - Quinq; non contingit assentire falso, ideo recte dicuntur virtutes & habitus intellectus & sunt
        - Intellectus
        - Sapientia,
        - Scientia,
        - Prudentia,
        - Ars.
      - Duo quibus cõtingit assẽtire falso, ideo dicuntur habitus; sed non virtutes intellectuales, scil.
        - Opinio.
        - Suspicio.
  - Ordinis, & sic distinguit B. August. intellectum in rationem
    - Superiorem, & Inferiorem.

- Exercitii, & est cum intellectus exercetur, vel exercet: cuius species sunt
  - Inuentiua vel inuestigatiua, quæ est inquisitio veri per se, vel experientia per modum compositionis, vel resolutionis, vel per modum cognitionis causa ad effectum, vel econtra, ad quam requiruntur quinque, scilicet
    - Ingenium, quod est extensio intellectus ad intellectorum cognitionem.
    - Experientia, est rerum certitudo facta per sensum.
    - Apprehensio, est simplex acceptio rei intelligibilis, vel hominis vel boni.
    - Conceptio est complexio intellectualis, conceptio.
      - Compositiua, vt homo est animal.
      - Diuisiua, vt homo non est asinus: quæ pertinent ad iudicatiuam. & sunt ab alio: ad inuentiuam vero, & sunt à se.
    - Ratiocinatio est discursus intellectus, ab vno in aliud, à principio ad conclusiones, vt in syllogismis & consequentiis.
  - Indicatiua, & est actio intellectus, qua verum dicitur ab alio, quæ
    - Secundum se considerata, cuius actus sunt quinque superiora, scilicet
      - Ingenium,
      - Experientia,
      - Apprehensio,
      - Conceptio,
      - Ratiocinatio.
    - In quantum iungitur sensibili, cuius actus sunt
      - Discretio,
      - Dubitatio,
      - Opinio,
      - Fides,
      - Scientia,
  - Memoratiua, est thesaurus specierum intellectarum, cuius actus sunt
    - Retinere species intellectus vel conceptas.
    - Representare retentas.
    - Reparare ex alio deperditas, vt ex loco, vel huiusmodi.
  - Interpretatiua, quæ est datiua cognitionis, ad alios: cuius actus sunt
    - Excogitatio, quæ est configuratio vel cognitionis, ad exprimendum exterius conceptum interius.
    - Significatio, quæ est cognitionis formatæ, per signa vel per verba demonstratio, & fit potissimè per locutionem, quæ est vocalis prolatio cum intentione significandi vel profitendi, quare non est irrationalium.

- Appetitiua, & est voluntas, cuius obiectum est bonum, vel apprehensum sub ratione boni: cuius actus sunt
  - Elicit
    - Respectu finis, —— Velle, Intendere, Frui.
    - Respectu eorum, quæ sunt ad finem, —— Eligere, Consentire, Vti.
  - Imperati, & sunt actus
    - Voluntatis,
    - Rationis,
    - Appetitus sensitiui vel sensualitatis,
    - Membrorum deseruientium animali, in quantum est sensitiuum, vel animal.

    Concupiscibilis,
    - Amare,
    - Odisse,
    - Concupiscere,
    - Fugere vel abominari,
    - Delectari,
    - Tristari vel dolere,

    Irascibilis,
    - Sperare,
    - Desperare,
    - Timere,
    - Audere,
    - Irasci.

At hanc perficit proprie iustitia particularis, quæ est in ea tanquam in proprio subiecto. Improprie autem iustitia legalis.

¶ Logi

¶ Loci Biblici.

Anima per synecdochen, pro persona, seu homine toto, *Genes.*14. 21. & 46. 27. *Leuit.* 4. 27. & 5. 1. & 11. & 43. 44. & 17. & 19. 15. *Num.* 23. 10. & 30. 3. 1. *Sam.*18. & 1. 3. & 19. 11. & 20. 17. & 22. 22. *Psal.* 57. 5. & 88. 1. & 105. 18. & 106. 15. & 119. 20. & 120. 2. *Pro.*11. 17. & 16. 17. & 19. & 8. 16. & 22. 25. & 29. & 10. 24. *Es.* 44. 20. & 46. 2. & 47. 14. & 33. 6. *Io.* 4. 8. *Abac.*2. 10. *Mat.* 16. 25. & *ex Lu.*9. 23. *patet Act.*2. 43. & 7. 14. *Rom.* 13. 1. 1. *Per.*1, 9. pro parte hominis præstantiore, *Mat.*1 . 28. *Luc.*12. 5. *Es.*10. 18. pro desiderio, *Psa.*27. 12. (per Metalepsin) 41. 3. *Eccl.* 6. *Ver.*7. 9. *Es.*43. 4. & 56. 11. *Ier.*22. 27. & 34. 16. *Ezech.*7. 19. & 16. 27. pro facultate, in qua resident affectus, *Hebr.*4. 12. pro sanguine carnem viuificante, *Gen.*9. 4. *Deut.*12. 23. pro vita μεϑωνυμικῶς. *Ge* 37. 21. *Ex.* 21. & 23. 30 & 30 12. *Deu.*22 26. *Io.*9 24. *Iud.*18. 25. 1. *Sam.* 20. 1. & 22. 23. & 23. 17. & 27. 9. 2. *Sam.*1. 9. & 4. 8. & 16. 11. *Reg.*19. 10. 11. & 20. 31. 2. *Reg.*1. & 13. 14. & 7. 7. 1 *Par.*11. 19. 2. *Par.*1. 11. *Esth.* 7. 3. *Iob.*2. 4. 6. *Pſ.*7. 3. 6. & 17. 9. & 22. 21. & 54. *Verſic.* 5. 6. & 55. 19. & 56. 7. & 59. 4. & 86. 14. & 94. 17. & 109. 31. & 119. 25. & 142. & 8. *Pr.* 20. 2 *Es.*16. 4. *Ier.*39. 18. *Thre.*59. *Matt.* 2. 20. & 6. 25. *Luc.*9. 24. & 12. 23. & 17. 33. pro animali siue animante, *Apoc.* 16. Anima viuens, pro animali vel animante, periphrasis, *Gen.*2. 20. *Ezech.* 27. 7. Animæ vox tribuitur etiam cadaueri & homini mortuo, *Leu.*19. 28. & 21. 1. 11. *Nu.*5. 2. & 6. 6. & 9. 6. 7. *Oſe.* 9. 4. *Agg.*2. 14. item sepulchro, aut, vt alii, inferno, *Esa.*51. 23. Anima Christi turbata, *Io.*12. 27.

Animarum immortalitas asseritur, *Genes.*1. 27. & 15. 15. & 25. 8. & 35. 29. & 37. 35. & 49. 18. 29. *Ex.*3. 6. *Num.*23. 10. 1. *Sam.*28. 11. 1. *Reg.*17. 21. *Iob.*4. 18. & 13. 15. 16. & 19. 25. 26. 27. *Pſ.*16. & 10. 11. & 19. 15. & 33. 6. & 69. 29. & 102. 29. *Eccl.*12. 7. *Es.*14. 9. & 31. 6. *Ez.*37. 4. 5. *Da.*12. 2. *Matt.* 10. 28. & 12. 32. *Luc* 12. 5. & 16. & 9. 22. 23. & 20. 36. & 23. & 43. 45. *Act.* 7. 59. & 23. 8 *Rom.*7. 24. 1. *Co.* 15. 19. 2. *Cor.*5. 1. & 66. *Phi.* 1. 23. *Heb.*12. 9. & 13. 17. 1. *Pe.*1. 9. & 2. & 11. 25. Animarum castitas, 1. *Cor.* 7. 9. 1. *Pe.* 1. 22. Animas per patientiam possidere, *Luc.*21. 19. est vita tranquilla & beata perfrui.

¶ Sententiae Biblicae.

Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. *Ezech.*8.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. *Matth.*10.

Quid enim proderit homini, si totum mundum lucretur & detrimentum animæ suæ faciat? aut quid commutationis dabit homo pro anima sua? *Marc.*8.

¶ Patrum Sententiae.

Animæ oculus, mens. *Aug.*
Animæ patria est Deus ipse. *idem.*
Anima iusti est sedes sapientiæ. *idem.*
Anima hominis aut à Deo, aut à Diabolo regitur. *idem.*
Anima medicina est credere in Christo. *idem.*
Anima etiam pessima melior optimo corpore. *idem.*
Animas mortuas multi in corpore viuo habent. *idem.*
Animæ mortuæ sepulchrum est corpus. *idem.*

Vis vt animæ tuæ caro tua seruiat, Deo seruiat anima tua: debes regi, vt possis regere. *idem.*

O anima Christiana, euigila: & si qua in te sit virtus charitatis, quæ omnia sustinet, Domini tui imitare vestigia. Considera, quot millia martyrum tritam tibi fecerint viam, transierunt virgines, transierût martyres, transierunt pueri & puellæ, & adhuc times? quia docet te ille, qui est via. Via non errans, veritas non fallens, vita non deficiens. Via in exemplo, veritas in promissio, & vita in præmio. *idem de doct. Christi.*

Væ animæ audaci, quæ sperauit, si à te recessisset, se aliquid melius habituram, versa & reuersa in tergum, & in latera, & in ventrem, & dura sunt omnia, & tu solus requies, & ecce ades. *idem lib.*6. *conf.*

Quid est, quod velis habere malum? dices mihi omnino, non vxorem, non filium, non filiam, non seruum, non ancillam, non tunicam, postremo non caligam: & tu vis habere malam vitam: rogo te, præpone animam tuam caligæ tuæ. *idem in homil.*

Anima est substantia creata, inuisibilis, incorporea, immortalis, Deo simillima, imaginem habens creatoris sui. *lib. de defin. animæ.*

Anima est quædam substantia rationis particeps, regendo corpori accommodata. *de quantitate animæ.*

Sicut Deus omnem creaturam, sic anima omnem creaturam naturæ dignitate præcellit. Omnis autem anima aut Christi sponsa, aut Diaboli adultera est. *super Gen. addit.*

Felix anima, quam Dei pietas respicit, humilitas subiicit, potentia reducit, obedientia conducit, perseuerantia perducit, deuotio introducit, charitas vnit. *de spiritu & anima.*

Hæc est animæ nostræ vitalis substantia, quæ alitur & pascitur, & gubernatur, nec quicquam est aliud, quod viuere faciat rationalem animam, quam eloquium Dei. *Amb. in Psal.* 118

Animus author culpæ caro vero ministra. *offic.*1.

Si magnæ mercedis est à morte eripere carnem, quanquam morituram, quanti est meriti à morte animam liberare, in cœlesti patria sine fine victuram. *Greg. in homil.*26. *mor.*

Quoquo se verterit anima, si vigilanter intendit, in eisdem ipsis Deum inuenit, per quæ reliquit, eiusque potentiam [illegible] derationc cognoscit, quorum amore deseruet, per quæ [illegible] cidit, per hæc conuersa reuocatur. *Idem.*

Tres vitales spiritus creauit omnipotens Deus: Vnum, qui non tegitur. Alium, qui carne tegitur, sed non cum carne moritur. Tertium, qui carne tegitur, & cum carne moritur.

Primus Angelorum, secundus hominum, tertius [illegible] nimalium. *lib. dialogorum.*

Sic conditi mirabiliter sumus, vt ratio animam, & [illegible] deat corpus. *Greg.*

Ad imaginem quippe Dei facta anima rationalis [illegible] bus occupari potest, repleri omnino non potest: capacem Dei, quicquid Deo minus est, non implebit. *Bernhard. in sermonibus.*

Est cœlum sancta anima, habens Solem intellectum. Lunam, astra virtutes, vel certe sol iustitiæ zelus, aut feruens [illegible] luna continentia *super Cantic.*

Animæ desideranti Dominus festinus occurrit, celeri [illegible] cumsusus. Vnguentis optimis deliburus, animam recreat [illegible] esurientem reficit, aridam impinguat, terrenorum oblitam [illegible] ipsius immemorem. *ibid.*

Paupertate, mansuetudine, & fletu renouatur in anima [illegible] tudo quædam & imago æternitatis, omnia tempora [illegible] ctens: nam paupertate futura meretur, mansuetudine [illegible] sentia vendicat, luctu pœnitentiæ præterita quoque recupe- *bidem.*

Hæc est animæ suauissima & saluberrima requies, [illegible] tia munda. Quies secura sit beatæ animæ culcita, [illegible] puritas, capitale tranquillitas, opertorium securitas, vt [illegible] rim strato dormiat delectabiliter, & feliciter requiescat [illegible] 106.

Aduertistis tres esse sanctarum status animarum: primum [illegible] in corpore corruptibili: secundum sine corpore: tertium [illegible] iam glorificato: primum in militia, secundum in requie [illegible] beatitudine consummata. *Serm.*107.

Quid indecentius, quam curuum recto corpore gerere [illegible] *super Cant. serm.*14.

Tria ista anima curiosa Dei non cessat inquirere: scilicet [illegible] tiam, & iudicium, & locum habitationis gloriæ sponsi, tam [illegible] viam, in qua ambulet, vt de forma iustitiæ sit formosa, de [illegible] rum notitia cauta, de desiderio præsentiæ seu gloriæ sponsi [illegible] Talem prorsus decet sponsam pulchram, eruditam & [illegible] *Cantica.*

Cadit asinus, & inuenit, qui se subleuet: cadit anima, & [illegible] qui manum apponat. *ibid.*

O anima insignita Dei imagine, decorata similitudine, [illegible] sata in fide, dotata in spiritu, redempta sanguine, deputata [illegible] gelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis particeps, [illegible] bi cum carne, qua haud aliud vilius sterquilinium inuenies [illegible] ditat.

Si animam negligamus, nec corpus saluare poterimus. Nam [illegible] anima pro corpore, sed corpus pro anima factum est. Qui ergo [illegible] primum est, negligit, & quod inferius est, extollit, vtrumque [illegible] rumpit. Qui vero ordinem seruat, & quod primum est, colit, [illegible] negligat, quod secundum est, per primi salutem saluabitur & [illegible] dum. *Chrysost. de recuperatione lapsi.*

Anima, dum viuificat corpus, anima est: dum vult, anima [illegible] dum scit, mens: dum recolit, memoria est: dum rectum vid [illegible] est: dum spirat, spiritus est: dum aliquid sentit, sensus est. [illegible] *Ermol.*

quid miraris syderum altitudines, & profundi [illegible]
ma: tui abyssum intra, & mirare, si potes. *Isidor. lib.* [illegible]
summo.

Quod si Deus est, & incorporalis, & inuisibilis, & æternus, [illegible] non idcirco interire animam credibile est: quia non videtur, [illegible] quam recessit à corpore. *Lact. Firm. l.*7 *diuin instit.*9.

Maius testimonium requiramus: Polyte; quidam consi- [illegible] pollinem Mylesium, vtrumne maneat anima post mortem, [illegible] soluatur? Et respondit his versibus:

Ψυχὴ μὲν μίσχος ὁ σὠμος πρὸς σῶμα κρατύνει.
φθαρέισα νόσοις πάϑη, δυηλοῖς ἀλγηδόσιν εἶκει.
κἠπὰν δ' αὖ λυσιν βροτέην μετὰ σῶμα μαρανθῇ
ἀκίνητον ὑπερτερίης ἀϊδέα πᾶσα φορεῖται,
αἰὲν ἀγήρως, οὖσα, μένει δ' εἰς πάμπαν ἀπειρὸν.
πρωτόγονος γὰρ τοῦτο θεὸς ἐνέπλασε πρῶτος. Id est:

Anima quidem quoad vinculis corporis tenetur,
Corruptibiles passiones sentiens, mortalibus cedit malis.
Cum vero humanam solutionem velocissimam
Post corruptum corpus inuenerit, omnis in aëra ferat.
Nunquam senescens, & manet in eternum sine pausa.
Primogenita etenim hoc diuina disposuit prouidentia.

Falsa est igitur Democriti & Epicuri sententia, & [illegible] de animi dissolutione, qui profecto non auderent de [illegible] marum Mago aliquo præsente differere, qui sciret, certis [illegible] nibus cieri ab inferis animas, & adesse, & præbere se [illegible] oculis videndas, & loqui, & futura prædicere; & si auderent [illegible] de

tantibus vincerentur. Sed quia non præuidebant futura, quæ tam subtilis est, vt oculos humanæ mentis effugiat, non diuerunt.

Non anima differens, ex hoc, ait, posse cognosci animas esse immortales, quod in pueris mobilia sunt ingenia, & memoria quæque diuinas, quod ea, quæ discunt, ita celeriter capiant, vt quæ primum discere illi videantur, sed recognoscere, attestatus. In quo vir sapiens Poetis ineptissimè credidit. *ibid.*

Habebit iustitia Dei, vbi bonorum merces, malorumque iudex? Si anima mortalis esset? *Orig. super Cant.*

Post innocentiæ, sicut Deus præsidebat spiritui, sic spiritus adiuuanti, & ipsa caro iumentum spiritus erat, propterea ad quam pertinebat, vt iumento suo pabulum prouideret, ne quid hoc solum fortassis tunc deficere potuisset. Nunc autem quia spiritum etiam freno & calcaribus indiget: Freno, vt furentem impatientemque à malo cohibeat: calcaribus autem, vt ad bonum excitet pigram. *Hugo. l. 1. c. 15.*

¶ Poetarvm Sententiae.

Ouid. 15. Met.

Morte carent animæ semperque priore relictâ
Sedibus domibus viuunt, habitantque receptæ.
Viuit (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram.

Ibidem.

Ipsæque ferinas
Pectoribus domos pecudumque in corpora condi,
Corpora quæ possint animas habuisse parentum,
Nec fratrum, aut aliquo iunctorum fœdere nobis,
Sed hominum certe.

Tibull. 4.

Quin etiam mea cum tumulus conterserit ossa,
Seu natura dies fato properarat mihi mortem,
Longa manet seu vita, tamen mutata figuram,
Ipse feram equum rigidos percurrere campos
Taurum, seu tardi pecoris sim gloria taurus,
Liquerò per liquidum volucris vehar aera pennis:
In quemcunque hominem me longa receperit ætas,
Ingressu de te subtexam carmina charta.

Claud. 1. rapt. Proserp.

Quæ vbi per varios annos, per mille figuras
Ter lethæo purgatos flumine, tandem
Iussu ad humana reuocat primordia vitæ,
Leuissimis, quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique habetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt, cupiunt que dolent, gaudentque nec auras
Respiciunt clausa tenebris, & carcere cæco,
Adiunxit geminas: illa cum corpore lapsæ
Interiere, hæc sola manet, huicque superstes
Exulat: hanc altæ capitu fundauit in arce
Mandatricem operum, prospecturamque laborî,
Illa superas collo, præceptaque summæ
Respicit domina, dignas latione locauit.

Propert. 4. 7.

Sunt aliquid Manes, letho non omnia finit,
Luridaque euictos effugit vmbra rogos.

Claud. 4. Hon.

Dispersos, quod quisque sibi cum conderet artus
Mixtos ætheris miscens terrena Prometheus,
Concretam patri mentem furatus Olympo
Continuit claustris, indignantemque reuinxit,
Et cum non aliter possent mortalia fingi.

Lucret. 3. de rerum natura.

Præterea gigni pariter cum corpore, & vnà
Crescere sentimus, pariterque senescere mentem.
Nam velut infirmo pueri, teneroque vagantur
Corpore sic animi sequitur sententia tenuis.
Inde vbi robustis adoleuit viribus ætas,
Consilium quoque maius, & auctior est animi vis.
Post vbi iam validis quassatum est viribus ævi
Corpus & obtusis occierunt viribus artus,
Claudicat ingenium, delirat lingua, que mens que:
Omnia deficiunt, atque vno tempore desunt.

Ibidem infra.

Quapropter fateare necesse est, quæ fuit ante
Interisse, & quæ nunc est, nunc esse creatam.

Boet. 4. 1.

Quod si terrarum placeat tibi
Sedem relictam visere.
Quos misers torquo populi timent,
Cernes tyrannos exules.

Boet. 3. 10.

Hinc quidquid placet, excitat que mentes.
Infimi tellus aluit cauernis.
Splendat, quo regitur, vigetque cælum.
Vitat obscuras animæ vmbras.

Iuuenal. 15.

Sensum à cœlesti demissum traximus arce,
Cuius egent prona, & terram spectantia mundi
Principio indulsit communis conditor illis
Tantum animas, nobis animum quoque, mutuus vt nos
Affectus petere auxilium, & præstare iuberet:
Dispersos trahere in populum, migrare vetusto
De nemore & proauis habitatas linquere syluas:
Aedificare domos, Laribus coniungere nostris
Tectum aliud, totos vicino limine somnos
Vt collata daret fiducia, protegere armis
Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere ciuem.
Communi dare signa tuba, defendier isdem
Turribus, atque vna portarum claue teneri.

Boet. 3. 6.

Hic clausit membris animos
Celsa sede petitos,
Mortales igitur cunctos
Edit nobile germen.

Boet. 3. 9.

Tu causis animas paribus, vitasque minores
Produxis, & leuibus sublimes curribus aptans
In cælum, terramque seris, quas lege benigna
Ad te conuersas reduci facis igne reuerti.

Virg. 6. Æn.

Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.

Paulinus Ausonio epist 14.

Mens quippe, lapsis quæ superstes artubus
De stirpe durat cœlitis,
Sensus necesse simul & affectus suos
Teneat æque vt vitam suam.

Phocylides.

Ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ἔστι διὰ παντός.
Anima autem immortalis & ingenescibilis (tempus
existit per omne.

Menander.

Βέλτιόν ἐστι σῶμα ἢ ψυχὴν νοσεῖν.
Melius est corpus quam animam ægrotare.
Ψυχῆς ἴατρός ἐστι καθ' ἡδονήν.
Animam curat tui ipsius, quantum potes.

Idem.

Ψυχὴν ἔθιζε πρὸς τὰ χρησιμώτερα.
Animam assuesce ad vtiliora.

Lucretius.

Cedit enim retro de terra, quod fuit ante
In terra, sed quod missum est ex aetheris oris,
Id rursum cœli fulgentia templa receptant.

Manilius lib. 4.

An dubium est habitare Deum sub pectore nostro,
In cælumque redire animas, cæloque venire?

Iacob. Bill. Anthol. Sacra.

Ancilla inseruit dominæ quicunque relicta,
Equus eum sani pectoris esse putet?
Non sani magus est animi qui mollia quærat
Carni, animam lenta tabe perire sinit.
Ille miser memori prorsus tollatur ab ævo,
Nec videat quæ sunt præmia certa piis,
Qui vidua sæuus neglexit commoda: verum
Huic omnis sterilem pascere cura fuit.

¶ Philosophicae Sententiae.

Tutum iter est, iucundum est, ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa, quæ si non deseruieris, par Deo consurges. Parem autem Deo te pecunia non facit. Deus nil habet. Prætexta non faciet. Deus nudus est. Fama non faciet, nec ostentatio tui, & in populos nominis dimissa notitia. Nemo nouit Deum, licet multi malè de illo æstiment & impunè. Non turba seruorum lecticam tuam per itinera vrbana ac peregrina portantium. Deus ille maximus, potentissimusque ipse vehit omnia. Ne formæ quidem & vires beatum te facere possunt, nihil horum non patitur vetustatem. Quid ergo? animus, sed hic rectus, magnus. Quid aliud voces hunc, quam Deum, in corpore humano hospitem? Hic animus tam in equitem Romanum, quàm in libertinum, quam in seruum, potest cadere. *Seneca ad Lucilium epist. 13.*

Sursum animum vocant initia sua. Erit autem illic etiam, antequam hac custodia exoluatur, si vitia sua deseruit, pursusque ac leuis in cogitationes diuinas emicuit. *Seneca ad Lucil. ep. 8.*

Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. *Senec. in Prouerb.*

Ad hoc anima coniuncta est corpori, vt fruatur scientiis & virtutibus. Si autem cum seruore magno se inuenerit, benignè recipietur à suo creatore. Sin autem secus, relegabitur ad inferna. *Plato in Timæo.*

Ex sanitate in anima fit sanitas in corpore. *Aristoteles libr. 7. Metaphysic.*

In

In quiescendo & sedendo anima sit sciens & prudens. *idem lib. 7. Physicorum.*

Formæ est continere, materiæ vero contineri. *idem libr. 4. de Cælo & mundo.*

Anima est tanquam principium animalium *idem lib. 1. de Ani.*

Passiones animæ variantur secundum variationem seu dispositionem corporis. Quidam duris & magnis passionibus non mouentur, quidam vero mouentur paruis & debilibus. *idem.*

Intellectus vel est phantasia, vel non est sine phantasia. *idem.*

Dicere animam gaudere vel tristari, simile est, ac si dicat aliquis eam texere vel ædificare. *idem.*

Non quælibet anima potest intrare quodlibet corpus, sed quælibet anima habet proprium corpus, quod est contra Pythagoram. *idem.*

Egrediente anima ex corpore, corpus expirat & marcescit. *idem.*

Anima est substantia, id est, forma substantialis corporis. *idem.*

Anima mouet corpus secundum omnem differentiam positionis scilicet sursum, deorsum, ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum. *idem.*

Quatuor sunt potentiæ animæ principales, scilicet vegetatiua, sensitiua, intellectiua, & motiua secundum locum. Hæc sic se habent ad inuicem, quod vegetatiua potest esse sine sensitiua, vt patet in plantis, & non è conuerso: & sensitiua sine motiua secundum locum, vt patet in quibusdam animalibus conchylibus, & non è conuerso. Et tam sensitiua quam motiua secundum locum possunt esse sine intellectiua, vt patet in animalibus brutis, & non è conuerso. *Arist. lib. 2. de Anima.*

Creatio corporis & membrorum est propter animam. *Aristot. Lib. 2. de Animalib.*

Anima nobilior est corpore, & animatum inanimato, & viuum mortuo, & ens non ente. *idem.*

Anima naturaliter dominatur corpori, sicut dominus seruo. *Arist. lib. 1. Politicorum.*

Vtile est corpus regi ab anima. *idem.*

Anima pretiosior est corpore, & omni possessione, & omnibus aliis bonis. *idem lib. 7. Politic.*

Bonum animæ pretiosius est omnibus bonis. *idem.*

Anima naturaliter delectatur in musicis melodiis. *idem. 8. Politicorum.*

Si veritatem de anima cognouerimus, valde magnum nobis erit introductorium ad omnem veritatem & ad omnes partes philosophiæ insignes dat occasiones. *Themist. super 1. de Anima.*

Animarum originem manare de cælo inter rectè philosophantes indubitatæ constat esse sententiæ. Et animæ, dum corpore vtitur, hæc est perfecta sapientia, vt inde orta sit, de quo fonte venerit, recognoscat. *Macrob. lib. 1. super som. Scipion. c. 9.*

Animas vero ex hac vita cum delictorum sordibus recedentes æquandas his, qui in abruptum ex alto, præcipitique dilapsi sunt, vndè nunquam sit facultas resurgendi. Ideo vtendum est concessis vitæ spatiis, vt sit perfectæ purgationis maior facultas. *ibid. cap. 13.*

Tria sunt enim, quæ ex animæ prouidentia accipit corpus animalis: vt viuat, vt decore viuat, & vt immortalitas illi successione quæratur. *Macrob lib. 7. Saturnal.*

Quod autem ex hominum genere consecratos, sicut Herculem, & cæteros, coli lex iubet: indicat, omnium quidem animos imortales esse: sed fortium, bonorumque diuinos. *Cicero lib. de Legibus.*

Aristoteles longe omnibus (Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligentia, cum quatuor nota illa genera principiorum esset complexus, è quibus omnia orientur: quintam quandam naturam censet esse, è qua sit mens. *Cicero lib. 1. Tusculanarum quæstion.*

Maximum vero argumentum est, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare, quod omnibus curæ sunt, & maxime quidem, quæ post mortem futura sunt. Serit arbores, quæ alteri seculo prosunt, vt ait Statius in Synephebis: Quid spectans, nisi etiam postera sæcula ad se pertinere? Ergo arbores seret diligens agricola; quarum adspiciet baccam ipse nunquam: vir magnus leges, institutaq; Reipublicæ non seret? Quid procreatio liberorum, propagatio nominis, quid adoptiones filiorum, quid testamentorum diligentia, quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia signant, nisi nos futura etiam cogitare? *idem.*

Sin autem est quinta quædam natura ab Aristotele inducta, primum hæc & Deorum est, & animorum. *idem.*

Animorum nulla in terris origo inueniri potest: Nihil enim est in animis mistum atque concretum, aut quod ex terra natum, atque fictum esse videatur: nihil neaut humidum quidem, aut stabile, aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat, quod & præterita teneat, & futura prouideat: & complecti possit præsentia, quæ sola diuina sunt. Nec inuenitur vnquam, vnde ad hominem venire possint, nisi à Deo *idem.*

Nihil est animis admistum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod cum ita sit, certe nec secerni, discerpi, nec distrahi potest: nec interire igitur. Est enim quasi discessus & secretio, ac direptus earum partium teritum iunctione aliqua tenebantur. *Idem.*

Humanus autem animus decerptus ex mente diuina nullo, nisi cum ipso Deo (si hoc fas est dictu) comparari. *lib. vlt. Tuscul. quæst.*

¶ Apophthegmata.

Phocylides, anima immortalis est, inquit, viuitque post quam senescit vnquam. *In præceptis suis.*

Epicharmus, si anima bonus es, mors nocere tibi non potest: quiet spiritus tuus in cœlo beatus, &c. *Apud Clement. Alex.*

Pythagoras, aurigam animam optimam si corpori contigerit, vbi derelicto corpore ad liberum æthera peruenerit, etiam immortalis, &c. *In aureis versibus.*

Socrates, hominem ipsum animum esse dicebat, corpus autem nihil aliud, quam animi organum, vel domicilium, aut vt quibusdam dicam sepulchrum, ac carcerem: vnde cum emersisset animum eum esse sui iuris esse, multoque quam antea felicius viuere. *Erasm. in Dictionibus de Morte.*

Idem, quum hora mortis ei immineret, rogatus à Critone quomodo vellet sepeliri: Multam, inquit, ô amici, operam frustra sumpsi. Critoni enim nostro nondum persuasi, me hinc relicturum, neque quicquam mei relicturum. Veruntamen, ô Critone, assequi poteris, aut sicubi nactus eris, vtcunq; tibi videtur. Sed mihi crede, nemo me vestrum quum hinc excessero, comprehendetur. Sensit Socrates, animum esse hominem: corpus nihil aliud, quam animi vel organum, vel domicilium. Eoque stultos illos, qui solliciti sunt, quomodo sepeliantur. *Brus. lib. 4. c. 1.*

Idem, iam damnatus, iudicibus dicebat: Anytus quidem & Melitus (accusatores enim eius fuerant) interficere me possunt, nocere commodo aut detrimento minime afficere. Pia hominis sententia, sentientis tyrannos pro suo quidem arbitrio in omnes hominum sæuire posse, ast in animam, quæ immortalis est, in omnino potestatem habere. *Brus. lib. 4. c. 1.*

Philisthio, anima sapientis (inquit) Deo coniungitur, non mors, sed mala vita perdit. *Ant. & Max. ser. de Anima.*

AEgyptius Monachus, quum nuntius venisset, qui patrem annuntiaret, respondisse fertur, Desine blasphemare, mi nate: qui: pater enim meus immortalis est. *Niceph. lib. 11. c. 45. Ex Sozom. ex Euagrio.*

¶ Similitvdines.

Vt corpus est instrumentum animæ: Sic anima est instrumentum Dei. *Plutarch.*

Vt auis capta, si diutius alatur in carcere, etiamsi dimittenda det eo redire: sic animus diu versatus in hoc corpore, non facile euellitur. At puerorum animus lubentius euolat. *Plut.*

Quemadmodum igni si extinctam subito facem admoueris, tum redaccenditur: sic animus, si statim euolet à corpore, facile in suam naturam. *Plut.*

Qui è seruitute manumissi sunt, quæ dominis solent facere, cum seruirent, ea faciunt sibi ipsis, suoque arbitrio & præsidio: nunc anima alit corpus multo labore, multis curis, postea libera, seipsam alet contemplatione veri, necab ea poterit. *Plutarch.*

Vt qui in alieno habitant, multis aguntur incommodis sæpe de aliqua domicilij parte queruntur: Ita animus nunc de pedibus, nunc de stomacho, nunc aliud de alio quæritat, significans se esse non in suo domicilio, sed vnde breui sit emigrandum. *Seneca.*

Vt ex barba capillos detonsos negligimus: ita ille diuinus animus egressurus hominem, quo receptaculum suum conferatur, illud exurat, an feræ distrahant, an terra contegat, non magis ad se pertinere, quam secundas ad editum infantem. *Senec. epist.*

¶ Exempla Biblica.

Immortalitatis animæ exempla: in Henoch, *Genes. 5. vers.* Abrahamo 25. *ver.* 7. 8. Isaaco, 35. *versic.* 29. Iacobo, 49. *vers.* Apparitione Dei Moysi facta. *Exod. 3. vers.* 15. 16. Quo spectabat & Christvs resurrectionem futuram, & sanctos tuos Deo viuere, *Matth. 22. versic.* 31. Core cum complicibus. *Num. 16. Versi. 31. 32, Psalm.* 106. *versi.* 16 17. Saul, 1 *Sam.* 28. Nam si Saul credidisset Samuelem, quoad animam existere, non petiuisset eum exuscitari. Dauide, 2. *Sam. 12. Versic.* 22. 18. *Versic.* 33. Vnde Augustinus in libro de doctrina Christiana quit: Non orbitatem filii doluit Dauid, dum luget Absalonem filium: sed quia nouerat, in quas pœnas tam impie adulterat ricidalis anima raperetur. In Regibus, qui dormiuisse cum bus suis dicuntur: Roboamo, 1. *Regum* 14. *Versic.* 31. Iosaphat *vers.* 51. Ioram, 2. *Reg.* 8. *versic.* 24. Iehu, 10. *Vers.* 25. Ieroboam *vers.* 13. Manahem, 15. *Versic.* 22. Ioatham, *versic.* 38. Achaz

...n.Manasse,21.18.Abia,2.*Reg.*15.8.Ozia, 2. *Paralip.* 2.*v.* ...quitur,eos viuere post mortem corporis, & in vniuersali ...standem resurrecturos, vt id in dormientibus apparet. ...scitatis à mortuis,ab Elia,1.*Reg.*17.*v.*22.Elisæo 2.*Reg.*4. ...*v.*21. CHRISTO, *Matth.*9.25. *Luc.*7.15. *Ioan.* 11. 43. Petro, ...Paulo,20.10.Præterea in Elia,2.*Reg.*2.*v.*9.11.Tobia,*Tob.*2. ...*Iob.*13.9.15.& 19.9. 25.In damnatorum verbis, *Sapient.*5. ...*Vide Sap.*3.*v.*1.Nabuchodonosor,*Esa.*14.9.8.9.11.&c Elea- ...*Matth.*6.20.Septem fratribus,2. *Macch.*7. 9.9.14.36.Razia, ...*Ver.* 46. Ex dicto CHRISTI, *Matth.*10.28. In CHRI- ...resurrectionis & vitæ æternæ auctore, *Psalm.*31.6. *Matth.* ...*Luc.*23.46.Lazaro & diuite, *Luc.* 16. *v.* 22.23. Villico iniqui- ...16. 9. Latrone ad dextram CHRISTI pendente, *Luc.* ...*Vide* 1.*Corinth.*15.*v.*12.1. *Thess.* 4.*v.* 13. 14. 1. *Tim.* 4. 9.8.

¶ PROFANA EXEMPLA.

Alphonsus rex,maximum argumentum immortalitatis sibi vi- ...dicebat,quod corpora in hac vita decrescere,ac per omnia mē- ...bra,ita quasi fines & terminos habere videret:animos vero quan- ...to annos accederent,tanto magis intelligentia, virtute & sapien- ...tia crescere.*Panorm.*l.4. *de Alphonsi rebus gestis.*

Friderícus Imperator: in Austria cum obiisset vnus ex primo- ...ribus,& natu grauissimus & nonaginta, qui vitam inter voluptates ...& delicias nulla vnquam valetudine offensam duxisset,ignoto ...quare nulla vnquam valetudine offensam duxisset,idque Frideri- ...co Cæsari narraretur: Et hinc, inquit ille, immortales animas cen- ...seri.Namque si Deus est, qui hunc mundum gubernat (vt Philosophi & Theologi docent) eumque iustum esse nemo ne- ...get,profecto alia loca sunt,ad quæ post mortem animæ migrant, ...in quo fictis aut mercedem aut pœnam accipiunt.Nam hic nec bonis præmia,neque malis sua supplicia reddi videmus. *Aeneas Sylu.*

Cyr, moriens filiis suis ait.Nullo modo filii hoc vnquam mihi ...persuadebitis,vt animus viuat, donec fuerit in corpore mortali: quum ...verò hoc solutus fuerit, moriatur. *Cicero in Catone Maiore ex Ennio.*

Tiberius Nero quum non tantum in alios, sed in matrem etiam ...cum insidiis fraude cuauerat,crudelissime sæuiret,P. Thraseas Pe- ...tus,animorum fortissimus dicere solebat:Nero quidem me occi- ...dere potest,perdere autem nequaquam,innuens quidem,Neronem ...habere crudelissimum potestatem habere grassandi in corpora ...mortalium animam autem (quæ immortalis est) nequaquam lædi à ...quoquam posse.*Xiphilinus in Nerone.*

Anaxarchum,à Nicocreonte Cypri tyranno captus,& malleis fer- ...reis in mortario excauato contusus: Tunde,inquit,tunde probe Anaxar- ...chum & ossa,siue(vt alii) follem: Anaxarchum nequaquam læ- ...dere.Ipsum autem philosophus clarissimus tyrannum quidem pote- ...rat corpore habere, vt pro arbitrio crudelitatem suam exerceat in cor- ...pus hominum,animum tamen immortalem semper fore, extra o- ...mnium tyrannorum imperium. *Philo Iudæus in libro, Quod omnis ...probus liber & Brusonius* l.2 *c.*1.*ex Plutarcho.*

Cæsar Megapolitanus, quum in morbum periculosissimum ...incidisset,interrogatus, num libenter mori vellet? Quidni? ait. ...Videbitur post mortem viros in omni scientiarum genere do- ...ctissimos,ex philosophis Pythagoram, ex historicis Hecatæum, ex ...poetis Homerum,ex musicis Olympum, qui suis literarum monu- ...mentis nomen sibi immortale pepererunt. *Aelianus lib.*58. *de Va- ...rietate.*

Ioannes Sigismundi Imperatoris, cum Epicuro summum bonum ...in voluptate ponebat:similiterque atque Sadducæi de immortalita- ...te animæ nihil plane credebat: sed tam superos quam inferos ride- ...bat.*Naucler. lib.*28.

Dionysius philosophus: percontanti,qualia putaret esse apud inse- ...ros,Plato, inquit: & simul atque illuc venero, per literas tibi si- ...gnificabo omnia:impie sentiens,nullos esse inferos. Nec enim cre- ...debat animum immortalitatem.*Erasmus lib.*8.*apoph.*

Ioannes de Canis,medicus Florentinus multi nominis: cum ex ...multis principiis animam mortalem esse sibi certo constare ...confirmasset:morti tamen proximus dubitare cœpit.iamque ...moriturus,inquit:sit necne,mox sciam. *Ioan. Bapt. Gellus se- ...cundo Chimarico.*

¶ SCRIPTORES.

Primus.Libri 3. *Arist.Plato in Timæ. Ioan. Ludouici Viuis Li- ...bro de Ammerbachij libri* 4. *Philippi Melanchthonis l.*2. *Grego- ...rius Tholosanus lib.*2. *operis de philosophia vel homine.* De viribus a- ...nimæ *idem lib.*4. *eiusdem operis.*De animæ essentia. *libri* 2. *Plotini. ...Eusebius de anima Enneas quarta.Eiusdem de animæ dubijs l.*3. *I- ...dem de immortalitate animæ liber vnus. Vide præterea Aelianum ...Varias Græc. f.*17. *Anton. Monach. lib.*1.*serm.*55. *Crinitum lib.* 9. ...*de honesta disciplina lib.*6.*Lucretium lib.*4. *Marsilium Ficinum lib.*1. *cap.* ...*Philelphi lib.*20.*cap.*9 *l.*21.*c.*11.*Cornel. Agrippam lib.* 2.*cap.*28.*Plutar- ...chum de placitis philosophorum*, 4.2. & 3. De origine animarum *Augustinus l.* 4.*Tomo* 7. *operum eius, Item epist.*27. & 157. *Zamolxidis doctrinam de animæ medela. Cæl.Rhodig. lib.*7.*c.*7. *Plures auctores quare in pandectis Gesneri, Tit.*9. *Physicor.* De animæ mortalitate & immortalitate, *Lucret.l.* 3.*Plinl.*7. *Arist.in l.de anima, Plato in Phædone,in Phædro,in Epinomide lib.*10.*de Repub. Cicer. in dialogo de Senectute.Tusc.Macr. comment.in Som. Scip.* Animam proprie & esse eam & dici, quæ ratione vtitur: cæteris tantum appellationem cum hoc esse communem ostendit, *Gregorius Nyssenus cap.* 15. *De opificio hominis.*Animas non tres,sed vnam esse in homine,*Idem Nyssenus eodem lib.p.*153. De immortalitate animæ vide quoque elegantem Dialogum, *Nicolai Leonici Thomæi, qui inscribitur Bembus.*

Animal.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOLOG.

ANIMAL humidum est, & calidum, & huius viuere tale est, *Arist.de long.& bre.Vit.c.*3.

Animal est corpus animatum. *Idem* 3.*c.*1.*tex.*63.

Animal est substantia animata sensibilis.*Porph.*5.*Soc.c.*4.

Animal est corpus nutribile sensitiuum sensu tactus. *Auer. de part.ib.animal.c.*1.

Animal, ab anima. Est substantia animata sensibilis. Hebr. *Chaiiah*,1.animal viuens,bestia, fera. Est generale nomen omnium viuentium,& rarius tribuitur hominibus.A verbo *Chaia*, vixit, reuixit, viguit, naturalem habuit vitæ vigorem, metaphoricè conualuit,sanitati restitutus est: quæ enim conualescunt ex graui morbo reuiuiscere videntur.Idem significat,quod *Chasas*,vixit,vita potitus est naturali: & affinitate alludit ad *Churua*, illustrauit: nam res illustrata apparet vitæ restituta. Nec multum differt ab *Haia*, fuit: nam quemadmodum habet aspirationem duriorem, ita quoq. significationem vegetiorem:non enim significat tantum aliquid esse,sed & vegetari seu viuere in suo esse. Hinc pro lod. Græci vtuntur Gamma literam eiusdem,instrumenti,vt ὑγιαίνω ὑγιάζω, conualeo,sanus sum:item ἰάομαι ἰατρὸς, sano, medeor ad conseruandam vitam, vigeo, &c. *Chaiiah* etiam vita appellatur ab Hebræis, à verbo *Chaias*: animal verò à verbo *Chaia* deducitur.

Animalia imperfecta sunt quæ nata ex putri materia non indigent sexu,cum non generent, *Alb.Mag.veg.*1.*tr.*1.*c.*4.

¶ DIVISIO.

Plato & Aristoteles quatuor genera animalium dicunt. Et ipse mundus animal est,terrestria,aquatilia,volatilia, cœlestia. Etenim, & stellas animalia esse,& ipse mundus animal rationale immortale.

Omne animalium genus in ferum & mansuetum est distinctum. Quæ enim sic natura instituta sunt, vt mansuescere possint, domestica appellata sunt,cætera vero syluestria. *Plat.in Polit.*

Animalia differunt moribus.Nam alia sunt mitia,remissa, & minime peruicacia,bruta omnino,vt onager.Alia ingeniosa ac timida vt cerui,lepores,cuniculi. Alia illiberalia, perfida, insidiosa, vt serpentes. Alia liberalia,fortia,& nobilia,vt leones. Alia generosa, ferocia, insidiosa, vt lupus. Nobile enim id est, quod ex bono prodiit genere, generosum autem quod non à sua natura degenerarit. Et alia astuta,malitiosa, callida, vt vulpes. Alia animosa & amantia, & assentatoria, vt canes. Alia mitia & mansuetudini addicta, vt elephantes.

¶ LOCI BIBLICI.

Animalia omnia à Deo creata,*Gen.*1.25. Animalia munda quæ, *Leu.*11.3.*Deut.*14.*v.*4.5.6. Immunda quæ, *Leuit.*11.4.*Deut.*14. 7.Animalia, quæ humanum sanguinem fuderint, punienda. *Gen.* 9.5. *Exod.*21.28.Animantum esca.*Gen.*1.29.*Psal.*104.*v.*14.& 147.8. Animalia quatuor diuinæ maiestatis gloriam celebrantia, *Apoc.*4. 8. Animalis homo,*Rom.*8.*v.*6.1.*Cor.*2.9.14.

¶ PATRVM SENTENTIÆ.

Sensus melior in brutis quam in hominibus. *August.de quanti. anim.*

Beneficiorum Dei animalia etiam partem habent. *Idem.*

Animantia fecit Deus propter hominem: hominem autem propter seipsum.Si ergo animalibus ministrat propter hominem,quomodo hominibus non ministrabit propter seipsum? *Chrys.in Gen. hom.*28.*idem in Matth.*

Vniuersis animalibus data est ratio,brutis tantum ad vitam tuendam,homini autem ad propagandum. *Lactantius.*

♄ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid.2.Pont.7.

Qui semel est lusus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus hoc cibus æra subesse putat.
Sæpe cauem lustrum longè fugit agna lupum,
Creditque ipsa suam nescia vitat opem.

Idem 1. Triſt. 1.

Terretur minimo penna ſtridore columba,
Vnguibus accipiter ſauciat facta tuis.
Non procul a ſtabulis audet diſcedere, ſi qua
Excuſſa eſt audi dentibus agna lupi.

Horat. 1. Epiſt. 16.

Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterq;
Suſpectos laqueos & opertum miluius hamum.

Manilius 2.

Ad Lunæ motum variant animalia corpus.

Propert. 2. 5.

Non ſolum tauri ſus ſcit vincis cornibus hoſtem,
Verum etiam inſtanti leſa repugnat ouis.

Horat. Epod.

Neq; hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, niſi im diſpar feris.

Iuuenalis 15.

Sed iam ſerpentum maior concordia: parcit
Cognatis maculis ſimilis fera: quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rapida cum tigride pacem
Perpetuam: ſeuis inter ſe conuenit vrſis.

Manilius 2.

Denig; ſic pecudes, & muta animalia, terris
Cum maneant ignara ſui, legisq; per æuum.
Natura tamen ad mundum reuocante parentem,
Attollunt animos, cœlumq; ad ſidera ſeruant.
Corporaq; ad Lunæ naſcentis cornua luſtrant,
Venturæq; vident hyemes, reditura ſerena.

Claud. Præf. 3. Honorii.

Paruos non aquilis fas eſt educere fœtus,
Ante fidem Solis, iudicium q; poli?
Nam pater excuſſo ſaltu cum germine proles,
Quaq; maternus rupit hiulca tepor:
Protinus implumes conuertit ad æthera nidos,
Et recto flammas imperat ore pati.
Conſulit ardentes radios, & luce magiſtra
Natorum vires ingeniumq; probat.
Degeneret refugo torſit qui lumine viſus,
Vnguibus hunc ſæuis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes,
Suſtinuit q; acie nobiliore diem.
Nutritur ſolucrumq; potens & fulminis hæres,
Geſturus ſummo tela triſulca Ioui.

Lucret. 5.

At varia creſcunt pecudes, armenta, feraq;:
Nec crepitacula eis opus eſt, nec cuiq; adhibenda eſt
Almæ nutricis blanda, & infracta loquela:
Nec varias quærunt veſtes pro tempore cœli:
Denig; non armis opus eſt, non mœnibus altis,
Quis ſua tutentur, quando omnibus omnia large
Tellus ipſa parit, naturaq; Dædala rerum.

¶ Philosophicae Sententiae.

Animal primo mouet pedem dextrum, poſtea ſiniſtrum, vt ſuper eo ſuſtentetur: & motus pedis ſiniſtri eſt accidentalis. *Ariſtoteles lib. de cœlo & mun. lib. de anima, de ſomno & vig.*

Omne animal habens os, habet aliquem guſtum. *Idem.*

Omnia animalia ſanguinolenta habent cor. *Idem.*

Animalia multum coeuntia, cito ſeneſcunt: quia ſemen eſt nutrimenti ſuperfluitas, & amplius deſiccat emiſſum: & propter hoc mulus longioris eſt vitæ equa, & aſino, ex quibus genitus eſt. *Idem.*

Omnia animalia generantia habent oculos, præter talpam, ſi quis tamen corium ſuper loca oculorum exiſtens ſcindat, inueniet locum oculorum. *Idem.*

Animal cornutum caret dentibus in ſuperiore mandibula. *Idem l. 2.*

Omne animal cornutum eſt quadrupes. *Idem lib. 3.*

Animalia parum ſe mouentia, ventre pingueſcunt.

Omne animal carens pulmone, caret voce. *Idem l. 4.*

Omnium animalium fœminæ gracilioris ſunt vocis quam maſculi, excepta vacca. *Idem.*

Natura ſtatuit ſingulis animalibus tempora & ætates certas ad coitum, præterquam homini: ipſi enim omnibus temporibus opportunus eſt coitus. *Idem.*

Omne animal carens pedibus, caret teſticulis. *Idem.*

Animalia omnia naſcuntur cum dentibus, excepto homine, qui incipit dentire ſeptimo menſe. *Idem.*

Nullum animal patitur tam vehementiſſimos dolores in partu, ſicut mulier. *Idem.*

Omne animal prægnans, recuſat coitum, exceptis muliere & equa. *Idem.*

Animalia habentia corpus piloſum, carent cauda, vt ſis. *Idem.*

Omnia animalia continent cerebrum in parte priori

Inter animalia homo caput maxime piloſum habet.

Animal magni cordis, naturaliter eſt pauidum: pau audentius. *Idem.*

Animalibus propter timorem accidit effuſio vemi *Idem.*

Animalium corpus eſt ex fœmina, anima vero ex mare

Animalia magni corporis, vnum generant filium, pau multos. *Idem.*

Animalibus vniuerſis ad ſe tuendum aliquid natura eſt *Gregorius Nyſſenus de opif. Hom. p.* 81.

¶ Scriptores.

Animalium hiſtoriam nemo copioſius & doctius, *Ariſto* ſcripſit. *Aeliani* de hiſtoria animalium libri doctiſſimi a Per lio tran: lati, & ſuculentis acceſſionibus aucti. *Oppiani* poet Ixeuticorum ſiue de aucupio libri 3. *Alberti Magni* de anim lib. 26. *Hiſtoria quadrupedum* Germaniæ nuper edita per lem Herrum medicum cum picturis, Argentorati, pictur ſeorſum in tabula excuſæ ſunt. *C. Plinij ſecundi* de animal qui ſunt hiſtoriæ naturalis ſeptimus, 8. 9. 10. 11.

Animus.

¶ Definitio. et etymol.

Animvs & anima hoc diſtant, Animus eſt, quo ſapi ma, qua viuimus. *Nonius Marcellus c. 5.*

Animus conſilii eſt, anima vitæ. Vnde dicunt p etiam ſine animo vitam manere, & ſine mente animam *lib. 11. c. 1. Originum.*

Animus eſt qualitas viuentis: anima cauſa vitæ, *Carro to.*

Sapimus animo, fruimur anima: ſine animo anima e *Accius Epigono.*

Animus eſt, quo homines ſumus, ſapimus & intelligim bus vocibus cum Hebræi exprimunt. 1. *Ruach*, ſpiritus, flat bo *Roach*, ſpirauit. Græcis πνεῦμα. 2. *Leb*, Cor, vitæ fundamen verb. *Labeb*, corde donatus eſt, refectus eſt corde per cibos Hinc λεβὼθ Græcorum. Ἄνεμος Græc. ventus: inde forſitan nempe à ſpirando. Eſt enim animus humanus vitæ ſpirac lud, cuius meminit Moſes, Gen. 2. 7.

¶ Sententiae Poeticae.

Ouid. Triſt. 5.

Nam neq; ſunt vires, nec qui color eſſe ſolebat.
Vix habeo tenuem, quæ tegat oſſa, cutem.
Corpore ſed mens eſt ægro magis ægra, maliq;
In circumſpecta ſtat ſine fine ſui.

Idem 2. Pont. 7.

Temperie cœli corpus q; animusq; iuuatur.

Ibidem.

Omnia deficiunt: animus tamen omnia vincit;
Ille etiam vires corpus habere facit.

1. Pont. 11.

Vnda locusq; nocent, & cauſa valentior iſtu
Anxietas animi quæ mihi ſemper adeſt.

Ouid. 1. Remed.

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Reſpuit, atq; odio verba monentis habet.

Plaut. Amph.

Amat, ſapit, recte facit animo quando obſequitur ſuo.
Quod omnes homines facere oportet, dum id modo ſiat hon

Plaut. Moſtel.

Nil eſt miſerius quam animus hominis conſcius.

Plaut. Rud.

Animus æquus optimum eſt arumnæ condimentum.

Idem. Capt.

In re mala animo ſi bono vtare, adiuuat.

Idem Pſeud.

Bonus animus in re mala, dimidium eſt mali.

Plaut. Bacch.

Pauliſper Lyde eſt libido
Homini ſuo animo obſequi, iam aderit tempus cum ſenta oderit.

Plaut. Trin.

Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnat ſuo,
Vtrum id tandem eſſe malueſit, ſit eum animus æquum co
An ita potius, vt parentes eum eſſe. & cognati velint.
Si animus hominem perpulit: actum eſt, animo ſeruitur.
Si ipſe animum perpulit, dum vuit, vicit victurum libet.
Tu ſi animum viciſti, potius quam animus te, eſt quod

Terent. And.

Dum dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

Sen. Oet.

An agit animus falsa pro veris videt?

Iacob. Bill. Antholog. Sacra.

Nulla re fluxa animum satiari posse.

Quisquis mundi, qui magnos quærit honores,
Decipitur falsis non bene sanus opes:
Ambit hic vmbram pro corpore, pascitur aura
Hos lupus, hos furiem stultus alitq; suam.
Mens, adeo est generosa hominis natura caduci,
Vt mentem prorsus nil satiare queat.
Quare Deum præter nil mentem expleuerit vnquam:
Solus habere cum sit numinis ipsa capax.

¶ Philosophicae Sententiae.

Optime animo valere, vt corpore possis. *Cicero Tironi, Familiar.*

Animus constamus & corpore. 4. *de Finibus.*

Constamus ex animo & corpore. 3. *Tusc.*

Animus est rationis compos & particeps, quo nihil ab optimo & sapientissimo genitore melius est procreatum. *De vniuerso.*

Nec nihil homini dedit Deus ipse diuinius. 3. *Offi.*

Nihil Deus, siue mater rerum omnium natura, dedit animum, præstantius neque diuinius. *Parad.* 1.

Quod non ingeneratus a Deo. 1. *de Legib.*

Est animus cœlestis. *Cato Maior.*

Humanus animus deceptus ex mente diuina. 5. *Tusc.*

Animus solus, nec cum adest, nec cum discedit, apparet. *Cato Maior.*

Omnium animi immortales, sed bonorum, fortiumque diuini. *Somn. Scipion.*

Bonorum virorum mentes mihi diuinæ atque æternæ videntur, quibus omnium vita ad deorum religionem, sanctimoniamq; demigrat. *Pro Cain Rabir.*

Non libero, te non esse mortalem, sed corpus hoc. *Somn. Scipionis.*

Corpus hoc est mortale, animi vero motus sempiterni. *Pro Sestio.*

Nihil interest, motu animi sublato, inter pecudem & hominem: saxumne inter hominem & saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusmodi. *In Lælio.*

Duplex est vis animorum: vna pars in appetitu posita, altera in ratione: docet & explanat quid faciendum, fugiendumve sit: ita fit vt ratio præsit, appetitus vero obtemperet. 1. *Offic.*

Animorum ingeniorumque nostrorum naturale quasi quoddam pabulum, consideratio, contemplatioque naturæ, doctoque homine & erudito, cogitare, est viuere, Sapientis enim cogitatio, tanquam ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. 4. *Acad.*

Animus perturbatus & incitatus nec cohibere se potest, nec quo semel cœpit consistere omnino. 4. *Tusc.*

Animi morbi, sunt cupiditates immensæ, inanes diuitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum, accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores, quæ animos exedunt, conficiuntque eos. *de Finib.*

Animi corporibus similima est animi ægritudo. 1. *de Finib.*

Ante animo dolemus, dum corpore dolemus. 3. *Offic.*

Eos qui vllum aut corporis, aut fortunæ vitium, animi vitiis grauius existimat. 3. *Tusc.*

Morbi perniciosiores pluresque sunt animi, quam corporis. 3. *Tusc.*

Corpora curari possunt, animorum nulla medicina est. 3. *Tusc.*

Animi lineamenta pulcriora sunt, quam corporis. Recte solus libertatem dominationi cuiusquam parens, neque obediens cupiditatibus nouercantibus, cuius, etiamsi corpus constringatur, animo tamen nihil nocere nulla possunt. 3. *de Finib.*

Corpori tantum præstat mentis excellens perfectio, vt vix possit explicari quid interfit. 5. *de Finib.*

Deus & ortu & virtute antiquiorem genuit animum, eumque vt imperium atque imperantem obedienti præfecit corpori. *De Vniuerso.*

Animi multo maiora sunt opera animi, quam corporis: sic eæ res, quæ sequimur ingenio ac ratione, gratiores sunt, quam hæ quas vsus. *Offic.*

Quo maior est vis animi, quam corporis, hoc sunt maiora ea quæ cum animo, quam illa, quæ corpore. *Philipp.* 11.

Maior est animi voluptas, quam corporis. 2. *de Finib.*

Voluptate animi, nulla potest esse maior. *Cato Maior.*

Corpore nihil nisi præsens & quod adest, sentire possumus: animo & præterita & futura. 1. *de Finib.*

Corpus tam diu gaudet, dum præsentem sentit voluptatem, animus & præsentem percipit pariter cum corpore, & prospicit venientes, præteritam præterfluere sinit. 5. *Tusc.*

Corpus est quasi vas animi, aut aliquod receptaculum. 1. *Tusc.*

Deus animum concluſit in corpore. *De vniuersitate.*

Videtur animi cognitio cum ad omnem veritatem, tum vel maxime ad naturæ cognitionem magnum afferre adiumentum: quippe cum animantium quasi fons quidam sit, & principium. *Arist. l.* 1. *de Animo, c.* 1. *T.* 2.

Fieri non potest, vt animus sit concentus, & in orbem feratur: fieri autem potest, vt & fortuito aut per aliud moueatur, & ipse moueat: veluti vt moueatur id in quo ipse inest, idque ab animo agitetur: alio autem modo moueri loco ipse nullo modo potest, *lib.* 1. *de animo, c.* 4. *T.* 61.

Animo aliquid melius esse, eique præesse, non potest. *l.* 1. *de Animo, c.* 5. *T.* 82.

Cognitio animi propria est, & sensa & opinio, ac præterea appetitus & deliberationes, omninoque cupiditates eum attingunt: ac omnino hoc habent animantia: vt loco moueantur, ac præterea vt augescant, & ad suum quodq; magnitudinis molisque statum perueniant, ac senescant. *lib.* 1. *de Animo c* 5. *T.* 89.

Animus prima est corporis naturalis, quod vitæ est particeps, perfectio. *l.* 2. *de Animo, c.* 1. *T.* 6.

Est animus eius corporis, quod viuit, causa, & principium. *l.* 2. *de Animo, c.* 4. *T.* 36.

Animus is, ex quo animantes constant, ex duplici vi ac facultate definitus est, quarum altera est vis iudicandi, quod rationis & sensus munus est: altera etiam, qua mouentur loco. *l.* 3. *de Animo, c.* 9. *T.* 40.

Non in extremo oculo animus situs sit, nec animi locus & sedes est, nec dubium quin intra nos sit. *libro de Sensu c.* 2.

Animus pars est quædam hominis, in qua primum vita continetur. *lib.* 8. 4. *Metaphysic. c.* 18. *T.* 23.

Substantia corporis alicuius, anima est. *lib.* 2. *de Gen. ani. c.* 4.

Officium animæ est alere & mouere. *lib.* 2. *de part. Anim. c.* 7.

De pace animi sperata. Dial. c x x i.

Franciscus Petrarcha.

G A v.

Animi pacem spero. R. Quid sperare maius quam habere pacem? Hanc mox vt bona fide velle cœperis inuenies. G. Spero pacem animi. R. Pacem sperare bellantis est. Quis animo tuo bellum infert nisi vnus tu? quod ipse tibi absteleris, impudenter ab altero postules, aut speres? G. Spero animi pacem. R. Vnde precor, aut quando speres, quod ipse tibi nunc potes dare? Sic vt illam tibi nemo alius quam tu possit eripere? Pone arma cupidinum, atque irarum, plenam animo quæsieris pacem. G. Spero pacem & quietem animi. R. Quid igitur quod agis aduersum paci est, contraque tuam spem tantopere niteris, vix tantum deberent niti homines vt salui essent, quantum nituntur, vt pereant. Pluris pene bellum iuge animi, laborque emitur, quam emenda pax esset, ac requies. Sic pugnant spes mortalium, ac vota cum studiis, vt non vnius hominis vnum pectus, sed multorum eorumque de omnibus dissidentium videatur. G. Quietem spero. R.

Mirum vnde vobis hæc libido sperandi semper. O mortale genus, siquidem quod speratis adepti estis, rursus spem in longinqua transmittitis, & inde rursus alio, ita ne crastinus dies hodierno sit clarior, & meliora semper futura petentibus Sunt nempe quibus nil sit gratius quam sperare, qui spem ipsam speratarum rerum nullis euentibus permutatam velint, quibus ego quid optauerim, nisi vt procrastinantes omnia, bonisque se suis interim spoliantes, inter irritas spes senescant, quo vel sic intelligant inaniter se sperasse & in tergum versi videant frustra se alibi quæsiuisse, quod secum erat. G. Spero pacem requiemque animi. R. Magna pars rerum humanarum vmbra est, magna pars mortalium vento pascitur, & insomniis gaudet. O quam multi cum hac spe ad æternos labores, & bella descendunt.

Tutum iter & iucundum est, ad quod natura te instruit, dedit tibi illa, quæ si non deserueris, par Deo consurges. Parem autem Deo te pecunia non facit: Deus nihil habet: Prætexta non faciet, Deus nudus est: fama non faciet, nec ostentatio tui. Nemo nouit Deum, licet multi male de illo existiment & impune. Non turba seruorum lecticam tuam per itinera vrbana ac peregrina portantium. Deus ille maximus potentissimusque ipse vehit omnia. Nec forma quidem & vires beatum te facere possunt. Nihil horum non patitur vetustatem. Quid ergo? animus, sed hic rectus, bonus, magnus, quid aliud voces hunc, quam Deum in corpore humano hospitantem? hic animus tam in equitem Romanum, quam in liberrimum, quam in seruum potest cadere. *Sen.* 3. *epist.*

Sursum animum vocant initia sua, erit autem illic etiam ante quam hac custodia exsoluatur. Si vitia sua deserunt, purusque ac leuis in cogitationes diuinas emicuit. *Sen.* 80. *epist.*

Insuperabili loco stat animus, qui externa deseruit: inexpugnabilis est, quam multis machinis lacessitam fortuna non transit. Nunquam maior est, quam vbi aliena dispositi, & fecit sibi pacem, nil timendo, diuitias nil concupiscendo.

Nil magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. *In Prouerb.*

Animum cogo sibi intentum esse, nec auocari ad externa, omnia

licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas & timor, dum auaritia luxuriaque non dissideat, nec altera alteram vexet: bene est. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt? *Ep.56.*

Animus graui sarcina pressus explicari cupit, & reuerti ad illa quorum fuit. Nam corpus hoc animi pondus ac pœna est: premente illo vrgetur: in vinculis est, nisi accessit Philosophia, quæ illum respirare rerum naturæ spectaculo iussit, & à terrenis dimisit ad diuina. Libertas eius est hæc euagatio: subducit interim se custodiæ in qua tenetur, & cœlo reficitur. *Ep.65.*

Non deformitate corporis fœdatur animus, sed pulchritudine animi corpus ornatur. *Ep.66.*

Animus semel in totum sanatur. Dicam quomodo intelligas sanum. Si se ipse contentus est, si confidit sibi, si scit omnia vota mortalium, omnia beneficia quæ dantur petunturque nullum in beata vita habere momentum. *Ep.72.*

Tunc animus noster habebit quod gratuletur sibi, cum emissus his tenebris, in quibus volutatur, non tenui visu clara prospexerit, sed totum diem admiserit, redditus cœlo suo fuerit, & cum receperit locum quem occupauit sorte nascendi. Sursum vocant illum initia sua. Erit autem illic etiam, antequam hac custodia exsoluatur, cum vitia discesserit, purusque ac leuis in cogitationes diuinas emicuerit. *Ep.79.*

Magna & generosa est res humanus animus: nullos sibi poni nisi communes cum Deo terminos patitur. *Ep.102.*

Animus noster modo rex est, modo tyrannus. rex, cum honesta intuetur, salutem sibi commissi corporis curat, & nihil imperat turpe, nihil sordidum. Vbi vero impotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac dirum, & fit tyrannus. *Ep.114.*

Si nobis animus boni viri liceret inspicere, o quam pulchram faciem, quàm sanctam, quàm ex magnifico placidoque fulgentem videremus! Hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentiaque lucentibus, &c. *Ep.115.*

Animus nunquam magis diuinus est, quam vbi mortalitatem suam cogitat, & scit in hoc natum hominem vt vita defungatur: nec domum esse hoc corpus, sed hospitium, & quidem breue, quod relinquendum est. *Ep.120.*

Maximum argumentum est animi ab altiori venientis sede, si hęc in quibus versatur humilia iudicat & angusta; si exire non metuit. Scit enim quo exiturus sit, qui vnde venerit meminit.

Hoc habent pessimum, animi magna fortuna insolentes: quos læserunt & oderunt. *lib.2. de ira, cap.33.*

Vt quietus posset esse animus, non est iactandus, nec multarum rerum actu fatigandus, nec magnarum supraq; vires appetitarum. *lib.3. de ira, cap.6.*

Naturâ contumax est humanus animus, & in contrarium atque arduum nitens, sequiturq; facilius quam ducitur. *l.1. de Cle.c.24.*

Naturâ humanus animus agilis est, & pronus ad motus. Grata omnis illi excitandi se materia est. *lib. De tranqu. animi, c.2.*

Danda est remissio animis: meliores alacriores que requieti surgent. Vt fertilibus agris non est imperandum, cito enim exhauriet illos nunquam intermissa fœcunditas, ita animorum impetum assiduus labor frangit *ibid.c.15.*

Necessariis rebus exilia sufficiunt: superuacuis nec regna. Animus est qui diuites facit. Hic in exilio sequitur, & in solitudinibus asperrimis, cùm quantum satis est sustinendo corpori inuenit, ipse bonis suis abundat & fruitur. Pecunia ad animum pertinet, non magis quam ad Deos immortales omnia ista quæ imperita ingenia & nimis corporibus suis addicta suspiciunt. Lapides, aurum, argentum, & magni leuatique mensarum orbes, terrena sunt pondera, quæ non potest amare sincerus animus, ac naturæ suæ memor, leuis & ipse, & quandocunque emissus fuerit, ad summa emicaturus, interim, quantum per moras membrorum, & hanc circumfusam grauem sarcinam licet, celeri & volucri cogitatione diuina perlustrat. Ideoque nec exulare vnquam potest, liber, & diis cognatus, & omni mundo omnique æuo par. Nam cogitatio eius circa omne cœlum, & in omne præteritum futurumque tempus immittitur. Corpusculum hoc, custodia & vinculum animi, huc atque illuc iactatur. In hoc supplicia, in hoc morbi exercentur. Animus quidem ipse sacer & æternus est, & cui non possit iniici manus. *Consol. ad Heluiam.c.11.*

Cùm animus ingentia cœli spatia tetigit, alitur, crescit, ac velut vinculis liberatus, in originem redit. Et hoc habet argumentum diuinitatis suæ, quod illum diuina delectant: nec vt alienis interest, sed vt suis. Tunc contemnit domicilii prioris angustias. Illic demum discit quod diu quæsiuit. Illic incipit Deum nosse. *Præf.lib.1. natural.quæst.*

Multa sunt quæ esse concedimus: qualia sint ignoramus. Habere nos animum, cuius imperio & impellimur & reuocamur, omnes fatebuntur: quid tamen sit animus ille, rector Dominusque nostri, non magis tibi quisquam expediet, quàm vbi sit. Alius illum dicet esse spiritum, alius concentum quendam, alius vim diuinam & Dei partem, alius tenuissimum aerem, alius incorporalem potentiam. Non deerit qui sanguinem dicat, qui calorem. Adeo animo non potest liquere de cæteris rebus, vt adhuc ipse se quærat. *Natural.quæst. l.7.c.27.*

Cogita in te præter animum nihil esse mirabile, cui magnum est. *Ep.8.*

Animus magnus spernit sceptrum, quod alii per ignes petierent. *Curt.l.4.*

Vires corporis consenescunt: sed animi robur probitatem nectutem pati non potest. *Xenoph. orat. de Agesilao.*

Animaduertistis nihil esse morti hominis simillius somnum maxime hominis animus diuinitatem suam dicens etiam futura prospicit: quippe qui tum, vti quidem apparet, sit. *Idem de Cyri pædia, l.8.*

At ingenii præclara facinora, vti anima, immortalia sunt. *stius in Catilinæa.*

Alterum nobis cum diis commune est, scilicet animus, cum beluis, scilicet corpus.

¶ Apophthegmata.

Bion dicere solebat, formam & venustatem bonum esse Sentiens nimirum, animi bona reuera esse nostra, cætera mnia fluxa, & paruo duratura tempore. *Laert.l.4.c.7.*

Stilpo interrogatus, Quid esset statua fortius? respondit stupidus, & animi cultum negligens. *Stob.serm.2.*

Iamblichus dicere solebat, cum anima viuamus eiusdem quoq; nos viuere dicendum esse: perinde vt oculis cum ipsorum quoque virtute bene cernimus. *Stob.serm.1.*

Dionysius sophista in Heliodorum, quem Adrianus Cæsar amabat, torsit hoc dictum: Cæsar potest honorem ac pœnas giri, rhetorem facere non potest. Cæsar enim Heliodorum verius quam iudicio, fecerat magistrum epistolarum. *Dion. driano.*

Plato dicere solebat, eos qui corpora exercerent, & animum gligerent, nihil aliud facere, quam imperantem relinquere ratum curare. *Stob.serm.1.*

Idem, quæ dominantur, inquit, præ illis quæ seruiunt semper honoranda. Quapropter merito post dominantes deos, eos illos sequuntur animum nostrum colendum, secundoque bendum iubeo. Nemo autem rectè animum suum honorat vitiis fugatis pietatem & iustitiam colit. *Stob serm.21.*

Thales dicebat non esse fucandam faciem, sed animum studiis exornandum: quod hæc forma veros conciliet ac perp amicos. *Diogenes Laert.l.1.c.1.*

Antisthenes admonebat ea esse paranda viatica, quæ simu naufrago enatarent. Sentiens bonas artes vbiq; esset in pretio posse à fortuna eripi. Idem ascribitur Aristippo. *Laert.ibid.*

Idem, Quidam adolescens, curarat sese ex ære sculpendum eam imaginem sese conformabat. Huic Antisthenes: Siæ pos cem edere, qua de re potissimum gloriaretur? De pulchritudine quit adolescens. Nõ gitur, inquit, erubescis, qui non de animi riaris? significans, magis gloriandum de bonis animi, quam ma, quam haberet cum statua communem. *Laert.l.6.c.1.*

Ariston, vulgus hominum Laerti comparabat, qui cum ruri diligenter omnia curarer, seipsum negligebat: sic & illos sissimos quidem esse circa possessiones, animum autem tum affectibus non excolere aiebat. *Stob.serm.4.*

Democritus dicebat, potius animæ quam corporis curam bendam. Siquidem anima perfectissima corporis vitia leuet autem corporis, absque ratione, nihilo meliorem reddit *Stob.serm.1.*

Diogenes, conspicatus adolescentem philosophiæ dantem ram: Euge, inquit: corporeæ formæ spectatores ad animi pu dinem auocas. Sentiens, illum hoc agentem, vt animum & honestis disciplinis exornaret, hoc consecuturum, vt longe res amicos esset habituros. *Laert.l.6.c.2.*

Idem, dicebat, homines summa cura quæ faciunt ad perquirere: sed quæ ad bene viuendum conducant: nihil negligere. *Strobæus.*

Pythagoras, magis animi vires quam corporis opranda serebat. Animi enim bona veræ sunt possessiones, cætera stabilia & incerta. Diuitiæ enim aliaque eius generis bona, temeritati subiacent: virtus autem stabilis perpetuaque *Stob.serm.1.*

Socrates, nihil aliud, inquit, agens circumeo, quam suad nioribus senioribusq; vestrum, neq; corporum, neq; pecun neque aliarum omnino rerum curam prius vehementius animi habendam esse, vt quam optimus sit: docens, non ex niis virtutem: sed ex virtute pecunias, aliaque bona omnia tim & publice hominibus prouenire. *Plato in apolog. Socratis serm.1.*

Idem, neque, inquit, Achillis arma Thersiti, neq; animi mini stulto conueniunt. *Stob.serm.5.*

Idem, quum taxaret vnguentis delibutos, & Charonium (vt aliis placet) Phædon, percontaretur, quis esset ille delibutus? Ego, inquit Atistippus, infelix, & meinfelicior rum Rex. At vide, inquit, vt quemadmodum hac parte terorum animalium es superior, ita nec hominum vllo tior. Sensit, externis bonis hominem nihilo fieri meliorem & equus balsamo oblitus, idem oleret quod rex: & mendi

...tribuitur, non minus bene olet quam summus Pon-
...Lucullus.

¶ Similitvdines.

Vt momentum in vtranque partem æque propensum ...
...Animum afflectitur: Ita dubius animus. *Plut. arch.*

Corporis pondere premitur: ac animus ex sese sæpenumero ...
...rebus. *Plut.*

Pro umbra magnæ sunt dissimilitudines: alios enim videmus ...
...ad lustandum valere, itemque ...
...dignitatem ineſſe, aliis venustatem: sic in animis ex-
...maiores varietates. *Cic. lib. 1. Officiorum.*

Vt ...lancem in libra ponderibus impositis deprimi: sic ...
...spiritus cedere. *Cic. lib. 4. Academicarum quæstionum.*

Vt umbra nobis ita data sunt, vt ad quandam rationem vi-
...esse appareant: sic appetitio animi, non ad quoduis ge-
...ad quandam formam viuendi videtur data, itemque &
...perfecta ratio. *Cic. lib. 3. de finib.*

Sicut quemadmodum cum morbus in corporis parteis non ...
...signum est morbi parantis abire: Sic cum offendi-
...quorum plures distribuitur: Non idem accidit in bonis a-
...quæ ad singulos perueniunt, nec communicatione mi-
...

Cernis quemadmodum lumen lucernæ luce solis obscuratur ...
...Sic rerum corporearum æstimatio, splendore virtutis ...
...obfuscatur. *Lib. 2. Offic.*

Dolia ...*exterdant*, vt vulgus ineptum magno labore, magno-
...remedia ab extremis Indis aut Æthiopibus petunt, ...
...nobis nascatur, quo morbis mederi possimus. Ita ...
...vitæ magno molimine foris quærimus, in imperiis, ...
...voluptatibus, cum in animo sit, quod nos beatos effi-
...*Idem.*

Feræ feroces ad omnem vocem irritantur, ad solam notam ac ...
...mansuescunt: sic animi morbi cum sæuiunt, compesci ...
...nisi dicta adsint nota familiaria quæ commotos ...
...*Plut.*

Fortia ...*ægrotum*, nec æstum ferre potest, nec frigus: Ita ani-
...prosperis atque aduersis rebus iuxta offenditur. *Plu-*
...

Qui ...*sunt* inter nauigandum, existimant se melius habitu-
...ad ...liburnicam, aut in triremem demigrarint. At ni-
...cum secum ...cumferant timiditatem ac bilem: Ita fru-
...genus vitæ, qui morbos animi secum adferunt. *Plut.*

Quemadmodum aduersa valetudine, ...tis omnia sunt molesta, fasti-
...cuncta ...medicos, succensent amicis: ac restituta sanitas ...
...iucunda: sic animo ægroto quæuis vita insuauis, a-
...nullum vitæ genus non iucundum. *Plut.*

Quemadmodum morbo laborant quieti se tradunt, medicum accer-
...sed qui ægrotant animo, quo grauius ægrotant, hoc ...
...quies ...abhorrent à quiete & à medico. *Plut.*

Quemadmodum flamma non potest opprimi, nam circa id diffu-
...gitur, quemadmodum aer vel bene aut ictu non læditur, ...
...quidem, sed circa id cui cessit refunditur: sic animus, ...
...nullo ...constat deprehendi non potest, nec intra corpus ...
...beneficio ...subtilitatis suæ per ipsa quibus premitur erum-
...*Sen. ep.* 85.

Quemadmodum in seditione non potest esse beata, nec in discordia do-
...domus: sic animus à seipse dissidens, secumque discor-
...nullam gustare partem liquidæ voluptatis, ac liberæ potest.
...*de tranq.*

Quemadmodum plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris ...
...specie enim vincuntur, qui patientia restitissent:) ita ex
...nostros subigunt & domant, plus proficiunt, quæ ...
...quod ostentant. *Sen. epist.* 14.

Nihil differt, vtrum ægrum in ligneo lecto aut in aureo col-
...illum transtuleris, morbum suum secum transfert: ...
...vtrum animus æger in diuitiis, aut in paupertate po-
...suum illum sequitur. *Sen. epist.* 17.

Quemadmodum stomachus morbo vitiatus, & colligens bilem, ...
...accipit cibos mutat, & omne alimentum in causam ...
...vertit: ita animus cæcus, quicquid illi commiseris, ad onus ...
...nociue ...que & occasionem miseriæ facit. *Sen. lib. 5. de bene-*
...

Vt corporibus morbus segnitie & lassitudine præsentitur: sic ...
...animus, priusquam opprimatur malis, præsumptione ...
...*Seneca.*

Quæ flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi non potest, non ...
...quiescere: ita noster animus in motu est, eo mobilior ...
...quo vehementior fuerit. *Sen. epist.* 39.

Vt qui per febrim aut ephialtem horrent atq; æstuant, grauius afficiuntur iis, qui eadem foris patiuntur: sic fortunæ res, quod foris aduenient minus discruciant, quam eæ quæ sunt animi. *Plutarch.*

Vt si fons ipse turbidus sit, quicquid inde fluxerit non potest esse purum: sic animus, si sit infectus malis affectibus, omnia vitiat quæ accedunt, contra si purus & tranquillus. *Plut.*

Quemadmodum admonet Xenophon, vt in rebus prosperis maxime meminerimus honorare Deos, quo si quando inciderit necessitas, audacter eos possimus accersere, ceu iam beneuolos & amicos: sic dicta quæ morbis animi queant mederi, multo ante comparanda sunt, vt dum opus est, facile succurrant, iam familiaria. *Plut.*

Chromantij episcopi, non sit mare tranquillum, nisi cessauerint venti: non extinguitur ignis, nisi materia iam incendii, spinarumque sarmenta detraxeris: Sic nec animus erit mitis & quietus, nisi ea quæ exuscitant & inflammant, iterum abdicata. *De octo beatitudinibus. fol.* 413.

¶ Profana Exempla.

Demonax vehementer eos coarguebat, qui corpora summo ...studio curarent, atque sese omnino negligerent. Haud dissimiles eos ratus, quorum omnis solicitudo in exornandis ædificiis versaretur: & hominum miqui ædes habitarent, nullam penitus haberent rationem.

Stilpo, Demetrius Antigoni filius cum Megaram occupasset, Stilponem philosophum accersitum rogauit, num quis militum aliquid rerum abstulisset: Nullus, inquit, neminem enim vidi, qui scientiam & eruditionem raperet. Sentiens, animi bona non esse bellorum violentiæ obnoxia. *Plutarchus in Demetrio. Seneca.*

Agesilaus, quum Græci, qui Asiam incolebant, Persarum regem ex more Magnum appellarent: Quia, inquit Agesilaus, re ille me maior est, nisi sit iustior, ac temperantior. Contemptui egregius æterna bona: quæ vulgus præcipue suscipit, ac hominis felicitatem animi bonis metiebatur. Ea sententia philosophis esse consueuit in ore, sed hanc bellator expressit affectu. *Plut.*

Dionysius senior, quum intra regiam sacrum ex more peragere-
...tur, precoque, sicuti assueuerat, precaretur, vt per multa tempora ...
...inconcussum duraret imperium: Non tu desines, inquit rex, abomi-
...nanda nobis imprecari? Sentiens, potius optandam bonam men-
...tem: quam ea quæ nihil conferunt ad hominis felicitatem: quan-
...doquidem animi bona fortunæ bonis semper præferenda sint. *Eras. l. 5. apoph.*

Milo Crotoniates, factus iam senex, quum vidisset athletas alios in curriculo sese exercentes, fertur inspexisse lacertos suos, lachry-
...mansque dixisse: At hi iam mortui sunt. Merito fleuit, qui felicita-
...tem corporis viribus metiebatur. Animi vigor serius senescit, si tamen senescit vnquam. *Eras. 6. apoph.*

Bias, quum patriam eius Prienen hostes inuasissent, omnibus ...
...quos sæuitia belli incolumes abire passa fuerat, pretiosarum rerum ...
...pondere onustis, fugientibus interrogatus, Quid ita nihil ex bonis ...
...suis secum ferret. Ego vero, inquit, omnia bona mecum porto. Pe-
...ctore enim illa gestabat, non humeris: non oculis vsenda, sed æsti-
...manda animo: quæ domi illo mentis incluta, nec mortalium, nec ...
...deorum manibus labefactari queunt, & vt manentibus præsto sunt, ...
...ita fugientes non deserunt. *Cicero in Paradoxis. Valer. Maxim. lib. 7. c. 2. Verum Seneca lib. 5. de Tranquillitate, & epist. 9. Stilponi hoc ascribit.*

Alexander, Darius rex Persarum, quum numerosissimum exercitum instruxisset aduersus Alexandrum, admonitus Alexander vt ...
...considerate contra tantum hostium impetum omnia ageret, nil a-
...liud respondit, quam Magna animi molestia me Darius liberauit, ...
...qui vires suas omnes in vnum contraxit, vt liceat vno die de summa ...
...rerum decernere. *Plut. in apoph.*

Anonymus, Pirata quidam ad Alexandrum Magnum deductus & rogatus, cur auderet infestare maria, compendio respondit: Ego, inquit, quoniam id vnica nauicula facio pirata nominor: cum tu, Alexander idem facias magna classe, rex appellaris. Alexander hominis animum tam intrepidum admiratus, donauit illum vita. *Plut. in Alexandro.*

Agesilaus, quum in Lydia Tissapherne fugasset ac multis interfectis in agros regios incursionem fecisset: Rex Persarum per legatos magnifica illi munera obtulit, vt à bello desisteret. Agesilaus autem respondit: Pacis quidem tempore Reipublicæ vigere authoritatem: vt ius habeat decernendi, quod ad tuendam ciuitatis tranquilitatem censuerit conducere: belli autem tempore non item. Voxexcellentis animi, qui non aliud virtutis præmium ambiret quam gloriam, nec pacem hosti venderet fraudato milite. *Plut. in apoph. Lacon.*

Pausanias, quibus dam in spoliis barbarorum demirantibus pretiosas vestes: Præstiterat, inquit, ipsos esse multi pretii, quam ...
...possidere pretiosa. Cori exit suorum admirationem, eosque ad ve-
...rorum bonorum admirationem reuocauit. *Plutarchus in Laconicis.*

Aristoteles. Illud amicis ac discipulis inter disserendum frequenter solebat ingerere Visum accipere lumen à circumfuso aere, animum autem à disciplinis liberalibus. Sentiens, ingenium adolescentum disciplinis acui, & ad reliqua philosophiæ mysteria reddi perspicax. *Laertius cap. 5. lib. 1.*

Socrates, Xenophontem in angiportu quodam habuit obuium: quumque videret adolescentem rara indole, porrecto baculo vetuit ne præteriret, vbi constitisset, rogauit, vbi fierent venderenturque variæ merces, quibus vulgo vtuntur homines? ad id quum promptè respondisset Xenophon, percontatus est vbi homines fierent boni? cum adolescens respondisset, se id nescire: Me igitur sequere, inquit, vt hoc discas. Ex eo Xenophon cœpit esse Socratis auditor. Absurdum est, scire vbi parare queas honestam vestem, aut poculum: & ignorare, vnde tibi comparare possis animi cultum. *Erasm. lib. 3. apoph.*

Isocrates, videns ex discipulis agri sui colendi studiosum, cæterum in exornandis moribus desidem: Vide, inquit, ne agrum mitiorem cultioremque faciens, tu incultus animo atq; agrestis prorsus euadas. *Stob.*

¶ Hieroglyphica.

Equus animi elati ac ferocis hieroglyphicum esse potest. Sicenim Prudentius elationem animi describens ait,

Forte per effusas inflata superbia turbas
Insceni volitabat equo.
Pier. Valer. lib. 4. pag 38. F.

Nec ingratum fuerit hieroglyphicum, quo animi desponsio & desperatio significetur. vbi quis *Equum cespitantem,* aut prioribus prolapsum pedibus appingat. *Idem lib. 4. pag. 42.*

Animum purum, supra terrenas feces elatum, & diuinarum tantum rerum meditationi deditum per *Ciconiam* hieroglyphicè significant sacræ etiam nostrorum literæ. Fastigia enim apicesque rerum semper quæritat *Ciconia. Pierius Valerius libr. 17. pagina 160. F.*

Accipitrem sursum versus tendentem si quis pingat, animum qui ad diuina sustollatur intelligemus: quem si quis ad inferna delabentem effinxerit, animum significabit, qui se ad ea, quæ terræ beneficia sunt, examinanda explicauerit. *Pier. Valer. libr. 21. pagina 195.*

Hominem, qui animum suum à vitijs affectibusque cruciabilibus depurgat, quæque se lædant eximat atque depellat significare si vellent, *Scolopendram* effigiabant, eam nonnulli centipedam vocant. Rationem vide apud eundem. *Pier. lib. 20. pag. 280.*

Vas obturatum plerunque animi significatum habere perhibetur. *Pier. Valer. l. 56. p. 539.*

Vide Magnanimitas,

Annus.

Definitio.

Annvs, Græcè ἐνιαυτός, ὁ, ἡ, & ἔτος, ους, τὸ dicitur. Et teste Festo, Græcum est. Sunt tamen, qui velint Latinum esse, vt Atteius Capito (teste Macrobio libr. 1. Satur.) qui annum ipsum à circuitu temporis dictum putat, ab an, quod est circum, & nonas, & inde annonam deduci manifestum est. Alij ab annulo, quia instar annuli in se rédeat. Virgilius.

Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

Annus lunaris mensis est, quia luna paulo minus quàm mensem in Zodiaci circuitione consumit.

Annus solis dies 365. & quadrantem continet, quibus sol Zodiacum lustrat. Ita vt quarto quoque anno dies intercaletur, hic etiam magnus dictus est lunaris in comparatione. Virgil.

Interea magnum sol circum voluitur annum.

Annus magnus continet duodecim millia, quingentos, & quinquaginta quatuor annos solares, vt testatur Cicero.

Hebr. Annus *Schanah,* propter mutationem & reuolutionem seu iterationem dicitur: quod videlicet annus annum perpetua serie sequatur: vt & ἐνιαυτὸς Græcorum: à verbo Schana, mutauit, iterauit, secunda vice repetijt. Seculorum sanè reuolutio, iteratio est atque secundaria repetitio annorum qui in seipsos per solis repetitos labores suaque per vestigia voluuntur. Vide Etymologic. trilingue Lugdun. *pag. 70. & 71.*

¶ Loci Biblici.

Annus Iubilæus, *Leuit. 25. 12.* Anno septimo debita remittebantur, *Deut. 15. 1. &c.* Annorum Solis & Lunæ cursu facta distinctio, *Genes. 1. 14.* Anni septuaginta captiuitati Babylonicæ præfixi, *2. Paralip. 36. 21. Ierem. 25. 11. & 29. 10. Daniel 9. 2.* Anni quadringenti seruitutis Ægyptiacæ, *Genes. 15. v. 13.* eorum initium fieri tio exorti seminis Abrahæ, id est, à nato Isaaco, ex qu cõsecutus est promissionis semen, de quo agitur in illa & præcisè impletur, cum Israelitę ex Ægypto educuntu verò quadringentorum triginta, quorum fit mentio, *Exo Gal. 3. 17.* initium fieri debet ab initio peregrinationis Anni septuaginta vitæ humanæ præfixi, *Psalm. 90. v. 10.*

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Est annus quem κλιμακτηρικὸν appellant, quasi dicas Constat hic ex annis septem, sed nouies repetitis, vel nouem pties multiplicatis. Horum annorum summa fit sexagies minit huius anni, A. Gellius, vt dicat in multa hominum obseruatum, expertumque esse in senioribus plerique sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo, & d venire, aut corporis morbique grauioris, aut vitæ interitus mi ægritudinis. Allegat hic partem epistolæ Augusti Cæs ad Caium nepotem suum scripsit. Spero te, inquit, rerum valentem celebrasse tertium & sexagesimum natalem mens vt vides, κλιμακτῆρα communem seniorum omnium sexagesimum euasimus.

Vide plura apud Leuinum Lemn. cap. 32. libr. 2. de occ rarum.

Annum magnum mundi expleri putant plerique, quo stia omnia ad eandem prorsus & in seipsis & inuicem di nem, quam habent hodiè, reuertentur. Hoc spatium alij 3900. annorum solarium, numero, alij aliter metiuntur putant. *Fic in Vita Enn 5. l. 7.*

Annorum diuersitas vbi reperitur, fides rerum gestarum lingua petenda est: ex qua translatum est quod habemus. *Mirand. in Astrologiam lib. c. 8.*

Antichristus.

¶ Definitio et Etymologia.

Antichristvs, Græcum vocabulum est. ἀντίχριστος enim contra est, & Christus, contra Christum.

¶ Loci Biblici.

Antichristus quis, & eius regnum, *Esai. 11. v. 4. Dan. 7. 7 & 8. v. 9. 23. & 9. 27. & 12. 11. Zach. 11. 15. Matth 24. v. 24. Mar Ioan 5. 43. Actor. 20. 29. 2. Thess 2. 3. 1. Tim. 4. 1. 2. Tim 2. Ioa 22. & 4. 3. 2. Io. v. 7. Iudæ v. 10. Apoc. 11. 7. & 12. 8. & 14. 9. & 19 8.* iam in mundo est, *1 Ioh. 4. 3.* in Deum blasphemus est, *2. Th Apoc. 13. 6.* filius perditionis, & homo peccati vocatur. *2 Thes* seductor est, *Matth. 24. 5. 2. Thess. 2. v. 2. 10. 2. Ioan v 7.* super *2. Thess. 2. 4.* iniquitatis mysterium iamprídem operabatur, tempore reuelandus, *v. 6.* à reprobis adoratur, *v 8.* Antichri racula mendacia, quibus eius imperium stabiliri oportuit, imperium caducum, *v. 9.* Antichristi multi, *1. Ioan 2. 18.* e cœtu exituri, *v. 19.* Antichristi reuelati certissima *4. v. 1.*

¶ Patrum Sententiæ.

Nulli dubium est, Apostolum (*2. Thess. 2. 1. 2. &c.*) de Anti loquutum esse, quem refugam vocat, vtique à Domino Deo si de omnibus impijs meritò dici potest, quanto magis de hi in quo templo Dei vt Deus sit sessurus, incertum est? Virum ruina templi, quod à Salomone rege constructum est, an Ecclesia. Non enim templum alicuius idoli, aut Dæmoni plum Dei Apostolus diceret. Vnde nonnulli, non ipsum pro tem hominum multitudinem, simul cum ipso suo principe co intelligi Antichristum volunt. *August. de ciuitate Dei, cap. 19.*

Iam ergo attendamus quis Christum neget, & non ad linguam, sed ad facta. Non audio quid sonet, sed quid ra loquuntur, & verba requirimus: Magis mendax est Anti stus, qui ore profitetur Iesum Christum, & factis negat. *Aug in 1. ep. 10. Ioan.*

Apostolus ostendit, Antichristum non solum dijs falsis fic se superiorem nominaturum esse, sed etiam in diuino templ surum vt Deum. Diuinum autem templum ecclesiam appe sic in memoriam reuocans quæ sæpe docuerat. *Theodoret. in tom.*

Antichristus in domo Domini, in sede Christi sedebit. *Ambr ad Thess.*

Exercitus Antichristi sunt omnes hæreses, præcipuè ista, q tinuit Ecclesiæ locum, & stetit in loco sancto, ita vt vi

veritatis stetisse, cum non sit verbum veritatis, sed desolationis, id est, exercitus Antichristi. *Chrys. hom. 49.*

...minationem desolationis intelligat ipsum Antichri-...mbum venire speratur, & obtinere loca Ecclesiarum ...ecie Christi, & multos fidelium desolari, non irratio-...bitur. *Ibidem.*

...ter vnus est Antichristus: species autem illius multæ. ...*Matth. hom. 12.*

...ertis ac pro certo credere ac tenere, pressuræ diem super ...episse & occasum seculi, atque tempus Antichristi ap-...propinquasse. *Cypr. lib. 4. epist. 8.*

...bicilium veraciter habebitis, si nominis prophani su-...declinatis: iuxta quod magister gentium dicit: O Timo-...thei custodi, euitans profanas vocum nouitates. Nimis ...iniquum est, si qui prædicatores humilitatis facti sunt, de va-...nis elatione glorientur: cum verus prædicator dicat, Mihi ...absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Ille ergo verè ...humilis est, qui non de temporali potentia, sed pro Christi nomi-...ne passione gloriatur. In hoc itaque vos medullitus ample-...ctimur: in hoc sacerdotes esse recognoscimus, si repulsa vanitate ...rorum, sanctitatis locum cum sancta humilitate teneatis. Ecce ...nos nunquam appellatione nominis scandalizati sumus. *Greg. ...lib. 7.*

...Deus non cum se Antichristus veniens Deum dixerit, fruio-...sum erit, sed tamen nimis pernicioſum: Ego fidenter dico, ...quicunque se vniuersalem episcopum vocat, vel vocari deside-...rat in superbia sua Antichristum præcurrit: quia superbiendo se ...cæteris præponit: Nec dispari superbia ad errorem ducitur. Quia ...sicut ipse Deus videri vult super omnes homines: ita quis-...quis ille est, qui solus sacerdos appellari appetit, super cæteros sacer-...dotes extollit. *Idem epist. 30. lib. 7.*

...Ecclesiasticæ dignitatis officia in turpem quæstum & tenebra-...rum commercium transiere: nec in his salus animarum, sed luxus que-...ritur. Propter hoc tondentur, propter hoc frequentant ...mensas, missis celebrant, psalmos decantant. Pro episcopatibus, ...archidiaconatibus, abbatijs, alijsque dignitatibus impudenter ho-...norantur, vt Ecclesiarum reditus in superfluitatis & vanitatis ...vsum ponatur. Superest, vt reueletur homo peccati, filius perdi-...tionis, qui demonium non modo diurnum, sed & meridianum: quod ...est, in lucem transfiguratur in angelum lucis, sed extollitur supra id ...omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Nimirum insidiatur ...nobis calcaneo matris Ecclesiæ, à qua dolet caput suum esse ...diuisum. Hæc plane grauissimus erit concursus, sed ab hoc quoq; ...malo electorum veritas liberabit, propter eos breuians dies: & ...solem meridianum destruens illustratione aduentus sui. *Aug. ...tract. 6. in Psal. 61. Qui habitat.*

...Quod grauius est, ipsi Christum persequuntur, qui ab eo ...nomen Christiani dicuntur. Amici tui, Deus, & proximi aduersum ...me quamquauerunt & steterunt. Coniurasse contra te videtur ...omnis populi Christiani à minimo vsque ad maximum, à ...capite vsque ad verticem non est sanitas vlla: egressa est ini-...quitas in moribus iudicibus vicarijs tuis, qui videntur regere po-...pulum. Heu, Heu, Domine Deus, quia ipsi sunt in persecu-...tione primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum diligere, ge-...stire principatum. Arcem Syon occupauerunt, apprehenderunt ...turres, vniuersam deinceps libere & potestatiuè tradunt in-...iquitatem. *Idem serm. 1. de conuers. S. Pauli.*

...Vnum hodie putrida tabes per omne corpus Ecclesiæ: & quo la-...tius desperatius eoque periculosius, quo interius. Nam si insur-...gentis inimicus hæreticus, mitteretur foras, & arcesceret: si ...manifestus inimicus, absconderet se forsitan ab eo. Nunc verò quem ...fugiat, a quo absondet se? Omnes amici, & omnes inimici: o-...mnes cælicolæ, & omnes aduersarij: omnes domestici, & nulli pa-...rentes, omnes proximi, & omnes, quæ sua sunt quærunt. Ministri ...Christi & seruiunt Antichristo. Honorati incedunt de bonis ...illis, qui Domino honorem non deferunt. Inde is quem quo-...tidies meretricius nitor, histrionicus habitus, regius appara-...tus decet, videbitur reueletur Antichristus, &c. *Idem sermon. 33. in Can.*

...Malitio Diabuli non permittit exercere totam tentationem, ...quam potest vel vi, vel dolo ad seducendos homines in partem ...vel regendo violenter, fraudulenterue fallendo. Quod si permit-...teretur in tam longo tempore, & tanta infirmitate multorum, plu-...rimos quales Deus id perpeti non vult, & fideles deijceret, & ne ...quidem impediret. Quod ne faceret, alligatus est. Tunc autem ...soluetur, quando & breue tempus erit. Nam tribus annis & sex ...mensibus regitur Satanas totis suis viribus sæuiturus. *Aug. lib. 20. ...de Ciu. Dei, c. 4.*

...Non venit ad viuos & mortuos iudicandos Christus, nisi prius ...venit ad seducendos in anima mortuos aduersarius eius Anti-...christus, sed in quo Dei templo sessurus sit, incertum est. *Aug. ...lib. de ciuit. Dei, c. 19.*

...Elias quippe ante aduentum iudicis Saluatoris non immeritò ...creditur esse venturus: qui etiam nunc viuere non immeritò cre-...ditur. Curru namque igneo raptus est de rebus humanis, quod e-...uidentissimè Scriptura sancta testatur. Cum ergo venerit exponen-...do legem spiritualiter, quam nunc Iudæi carnaliter sapiunt: con-...uertet cor patris ad filium, id est, corda patrum ad filios, cum intel-...ligentiam patrum perducet ad filiorum intelligentiam. *Ibidem, ca-...pit. 29.*

In Iudicio vel circa iudicium has res didicimus esse venturas, Heliam Thesbyten, fidem Iudæorum, Antichristum persecuturum, Christum venturum, iudicaturum mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi conflagrationem, eiusque renouationem. Quæ omnia quidem esse ventura credendum est: sed quibus modis, & quo ordine venient, magis tunc docebit rerum experientia, quàm nunc ad perfectum hominum intelligentia valet consequi. Existimo tamen eo, quo à me commemorata sunt, ordine esse ventura. *August. de ciuit. Dei, lib. 20. capite vltimo.*

Qui tenet, modo teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet Spiritu oris sui. Docet nos Antichristum manifestum futurum, siquidem ipsum videtur aliquando euidentiore significatione tetigisse interficiendum Spiritu oris Dei Iesu Christi. Sed post quantum temporis illud tempus erit, nec saltem obscurè locutus est. *Ad August. Hesych. epistola 79.*

Beatus interfecto Antichristo dies super numerum præfinitum 45. præstolatur, quibus Dominus & Saluator in sua maiestate venturus est. Quare autem post interfectionem Antichristi 45. dierum silentium sit, diuinæ scientiæ est, nisi fortè dicamus, quod dilatio regni sanctorum, patientiæ comprobatio est. *Hieronymus super illud Daniel. Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies 1335.*

Non prius veniet Christus, quàm regni Romani defectio fiat, & appareat Antichristus, qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate, sub suo tamen nomine. *Amb. sup. illud 2. ad Thess. 2. Nisi venerit discessio primum.*

Vnum moneo vos, cauete vobis ab Antichristo, male Ecclesiam Dei in tectis ædificijsque veneramini: male erga parietes insanitis: male sub his pacis nomen ingeritis: anne ambiguum est Antichristum in his esse sessurum? *Hilarius contra Auxentium.*

Quum se noua præsumptione atque superbia Patriarcha Constantinopolitanus vniuersalem episcopum appellet, in hac superbia quid aliud nisi propinqua iam Antichristi esse tempora designatur? quia illum videlicet imitatur, qui spretis in sociali gaudio Angelorum legionibus, ad culmen singularitatis conatus est erumpere. *Gregor. Magn. lib. 4. epist. 34.*

Antequam Antichristus appareat virtutes ab Ecclesia magnæ cessabunt. Quatenus eam quasi abiectiorem persequatur audacius, ob hanc enim vtilitatem cessabunt sub Antichristo ab Ecclesia miracula & virtutes, vt per hoc Sanctorum clareat patientia, & reproborum, qui scandalizabuntur, lentas ostendatur, & persequentium audacia ferocior efficiatur. *Isidor. de summo bono. capit. vigesimo quinto.*

Tam mira facturus est prodigia & signa, dum venerit Antichristus, vt etiam electis quoddam cordis gignatur scrupulum, quod cito exuperetur in illis ratio, per quam scient in deceptione reproborum & electorum probatione eadem fieri prodigia.

Grauius tunc contra Ecclesiam desæuit Synagoga, quam in ipso Saluatoris aduentu Christianos est persecuta, dum in martyres Diabolus iam exercuerit magnam crudelitatem etiam alligatus. Crudelior tamen erit sub Antichristi temporibus, quando etiam erit soluendus. Nam si ligatus tanta facere potuit, quanta solutus faciet?

Quanto breue tempus viderit restare Diabolus, vt damnetur, tanto in magna persecutionis ira mouebitur, diuina iustitia permittente, vt glorificentur iusti, sordidentur iniqui, & vt Diabolo crescat durior damnationis sententia. *Ibid. c. 26.*

Antichristus templum Hierosolymis reparare, & omnes legis cæremonias restaurare tentabit. *Isidor. Etymolog. 8.*

¶ Scriptores.

De Antichristo. *Aur. August. Tom. 4. liber, quem Erasmus negat esse Augustin. Hippolytus. Ioan. Damasc. lib. 4. Effrem. sermone. D. Bernardus Luzenburgus in catalog. hæres. Ioan. Parisien. Thauetra. Lumen animæ par. 2. c. 23. Vincent. Bell. 2. 21. Manipulus florum. Ioan. Hildesheim. Herman. Bodius. Henric. de Hassia. Anselmus. Rod. Gualtheri homil. 4. Lat. & Germanice, apud Rainerium in prophetia. c. 64.* Antichristi interitus. *Marullus 6. 4.*

Sed his omnibus præferendus Robertus Bellarminus: Tomo primo. Disput. libro tertio de Summo Pontifice. Columna 845. Editionis Ingolstad.

Apostasia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

APOSTASIA, Græcum vocabulum, ἀποστασία ας, ἡ, defectio & rebellio est. Et est temerarius à statu fidei obedientiæ ecclesiasticæ, vel religionis recessus. *Secundum Alex. Secunda Secundæ tractatu de Apostasia.*

Apostasia à fide non est species infidelitatis, sed circumstantia eius, aggrauans eam, *secundum B. Thom. secund. Secundæ 12. art. 1.*

Apostata, ἀποστάτης qui deficit à religione, vt transfuga ab imperio: vnde Iulianus Imperator hoc cognomen accepit, seductus ambitione, vt Iudas Christi discipulus auaritia, de hoc *Sedul. 4.*

Tunc vir Apostolicus nunc velis apostata factus.

Apostaticus, ἀποστατικός, qui digna desertore & proditore facit. *Ibidem.*

Formidine rursus
Plebis apostaticæ, Dominum quæ cæca negasset.
Georg. Fab. in annot. in poetas sacros. p. 10.

¶ DIVISIO.

Apostasia est retrocessio ab his, quibus homo coniungitur Deo, & est triplex, scil.

- *A supererogatione, vt à clericatu, & à religionis professione.*
- *Generalis, cum voluntas retrocedit vniuersaliter à mandatis Dei, Eccles. 10. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo: initium omnis peccati est superbia.*
- *A fide, quando retroceditur omninò à fide susceptâ. 2. Pet. 2. Melius erat eis veritatem non cognoscere, quam post cognitam retrorsum.*

Apostata. Nullam ferme constituimus differentiam inter hæreticum & Apostatam, quàm eam, quæ est inter genus & speciem. Hæreticus enim à singularibus fidei articulis deficit: Apostata verò totius religionis desertor est, & ab ea deficit: vnde nomen sortitus est. Per translationem quoque eos Apostatas vocamus, qui abscedunt ab eo quod tuendum suscepere, vt miles qui ab Imperatore ad hostes defecit. *Vide Iust. martyr. in Dialog. Anaclet. Epist. 1. Herma. l. 3. Cypriam. Epist. 17. & 58.*

Persecutio martyres facit, hæresis apostatas tantum. *Tertull. l. de præscript.*

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Salua animam tuam, & noli respicere post tergum tuum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. *Gen. 19.*

Homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & in omni tempore iurgia seminat. *Prou. 6.*

Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir, qui relinquit locum suum. *Prou. 2.*

Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te locum tuum ne dimiseris. *Eccles. 10.*

Ne manseris in operibus peccatorum: confide autem in Domino, & mane in loco tuo: facilè enim est in oculis Domini subitò honestare pauperem. *ibid. 11.*

Filij mei exierunt a me, & non subsistunt. *Ier. 11.*

Conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis in Ægyptum. *ibid. 42.*

Nolite intrare in Ægyptum. *ibid.*

Reuersi sunt, vt essent absque iugo, quasi arcus dolosus facti sunt. *Oseæ 7.*

Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. *Soph. 1.*

In quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. *Luc 9.*

Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. *ibid.*

Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit ad gratiam Christi. *Galat. 5.*

Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem, venio tibi. *Apoc. 2.*

¶ SIMILITVDO.

Qui ex balneo calent, vehementius frigescunt, & aqua frigidior esse solet, quæ prius caluit: ita vehementius sese oderunt, qui prius fuerunt amici, & sceleratiores sunt, qui à pia via ad impiam se transtulerunt. *Erasm.*

¶ EXEMPLA SACRA.

Apostasia à fide exitialis, *Hebr. 6. v. 6. & 10. 26. 2. Petr. 2. v. 20. 1. Ioan. 5. 16.* Prædicta est ab Apostolis, *2. Thess. 2. v. 3. 1. Tim. 4. 1. 2. Petr. 2. v. 1.* Exempla: Populus Israeliticus & Aaron, *Exod. 32. Vers. 1. 2. 3. 4.* Israelitæ, *Iudic. 2. v. 11, 12. 19. 2. Reg. 17. v. 7, 8. 9. 10. 11. 15.* Eli chas, *Iudic. 17. v. 5. 6.* Salomon, *1. Reg. 11. v. 4. 5. 6.* Iehu, *2.* Roboam & Israelitæ, *2. Paralip. 12. vers. 1.* Principes Iudæ Ozias, *26. v. 16. 17.* Achaz, *28. v. 23.* Sedechias & Principes tum, *36. v. 13. 14.* Hymenæus & Alexander, *1. Tim. 1. v. 19. 20.*

¶ PROFANA EXEMPLA.

Ammonius Alexandrinus, præceptor Origenis fuit a Christianus. Post verò ad philosophiam se conuertit, defini Orthodoxa. *Rauissius.*

Aurelianus qui Galieno successit, anno CCLXXIII. tamen est, vt iniquus is, aut inimicus Christianis fuerit, vt suam tamen postrema & frequentissima contra Paulum Samosatenum Synodo Antiochiæ, auctoritatem interposuerit: & Samosatenum de sia cedere nolentem, exire compulerit: vt *Eusebius narrat lib. c. 30.* Attamen cum natura barbarus & sanguinarius esset, vt *pius* scripsit, adeo vt nec à propriæ sororis filij cæde abstinere nus tandem à Christianis factus, persecutionem in eos mouit, posuit. *Eusebius & Platina.*

Ecebolius, Const. antinopolitanus sophista, cum Imperator ingenijs accommodaret, vehementer Christianum esse se fi uerat: sub Iuliano verò apostata truculentus gentilis appar rursus post Iulianum Christianus esse voluit. Etenim ante po oratorij se ipse pronum in terram proijciens, clamauit: me, salem insipidum. Ad hunc modum leuis & mobilis Eccl & ante & post Iulianum fuit. *Socrates libr. 3. histor. Eccles. cap. Suidas.*

Theophilus in Cilicia ciuitate quadam Diaconus, diaboli motus ab officio, dato chirographo manciparat, promisso insuper Christum abnegaturum esse. *Marullus, lib. 2. c. 11. cap. 10.*

Apud Bulgaros Filius Trebellij Rex à patre designatus, religione Christiana, ad malorum dæmonum cultum rediit, sui pietatem aspernatus. *Sab. Enne. 8. lib. 6.*

Boleslaus Crispus, Polonorum Princeps, Borussos armis gionem Christi suscipiendam coegerat. Illi non multo post mitum reuersi, imperata omnia, excepta religione, se facti misere. *Cromerus lib. 6.*

Apud Orientales Anglos Reualdus Rex fauens religio stianæ, Cantij est baptizatus. Domum rediens, à coniuge, busdam seductoribus persuasus, eam abiecit, & idolatricos recepit, nec multo post obijt. *Beda lib. 2. c. 15.*

Apostolus.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

APOSTOLVS, Græcè ἀπόστολος, ὁ, dicitur, nomen ab intendi generaliter. Theologus tamen hoc nomen determinat ad missos nuncios speciales Christi, & gulariter ad personam Pauli refertur, quando sine adiectione tur.

Apostoli nomen sacrum in noua lege in forensi palæstra teris dimissorijs sumitur ab ἀποστέλλω, quod est emitto, vnde uius Apostolos fregit in Senatu, & Modest. de verb. significa soriæ, inquit, literæ dicuntur, quæ vulgo Apostoli, quod à primo iudice ad secundum demittantur, vt de causa inti sit: Nos verò hîc tractamus de primis illis sacri Euangelij cum mandatis Christi per vniuersum orbem missis ad fidem ritatem propagandam.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Apostolus: Apostoli nomen interdum extenditur ad omnes bi Dei ministros, *Rom. 16. 7. 2. Cor 8. 23. Philip. 2. 25.* interdum decim restringitur, *Matth. 10. 2. Luc. 6. 3.* interdum etiam tribuitur, *Heb. 3. 1.* Apostoli vocabantur duodecim, etiam expuncto Iuda vndecim tantum essent. *1. Cor. 15. 5.* generalis ta Ecclesia Ierosolymitana, *Act. 15. 3.* pro sapientibus & scribis 11, 49. *vt patet ex Matth. 23. 34.*

Apostoli Dei administri, *1. Corin. 4. 9.* Dispensatores mysteriorum Dei, *4. v. 1.* mundum iudicare dicuntur, *Matth. 19. 28.* Mo cuntur, *Ioan. 4. v. 38.* Salterræ & lux mundi sunt, *Matth.* Ministri, non Domini sunt, *Matth. 20. v. 26. 27. Marc. 10. Luc. 22. v. 25. 26. 27. 1. Corinth. 3. 5. & 4. 1. 2. Corinth. 1. 24. & 1. v. 23. 25.* Apostoli à Christo dilecti, *Ioan. 13. 1.* electi, *Matth.* rum Christo magis familiares, qui, *Matth. 17. v. 1. Marc. 5. 9. v. 28. Matth. 26. 37. Marc. 14. 33. Luc. 8. 51. Ioan. 13. 24.* Spiritum Sanctum recipiunt. *Actor. 2. 3.* populo sunt grati peres sunt, *3. 6.* testes Christi, *Luc 24. 48. Ioan. 15. 27. & 21.* vn. 28. *& 2. v. 32. & 3. v. 15. & 4. v. 33. & 5. v. 32. & 10. v. 39.*

...m 4.14. in vniuersum orbem Euangelii prædicandi cau-
...Matth. 28.19. Marc. 10.15. Ioan. 17.18. & 20.21. Act. 1.8. 1.
...Thes. 4.11. Spiritu Sancto donati, Luc. 24.49. Ioan. 20.22.
...20.3.4. in carcerem coniiciuntur, 4.3. & 5.18. hinc An-
...gelo educuntur, v.19. & 12.7. docent in templo, 5. v. 21.42.
...ab Euangelium, v. 40. ex Spiritu Sancto locuti sunt, Mar.
...16.20. 1.Pet. 1.21.

...Apostolorum conditio, Matth. 10. v. 16. 23. Luc. 11. 40. Ioan. 15.
...18. dignitas ac præstantia, Matth. 11. 11. doctrina, Ioan. 17.
...20. Gentes ad fidem, Matth. 15.16. Marc. 8.29. Luc. 9. 20. Ioan. 6. v. 68.
...69. v. 27.30. & 17. v. 7.8. munus, Matth. 10.7. & 28.19. Marc.
...16.15. Luc. 9.2. Ioan 15.16. nomina, Matth. 10. v. 2. 3.4. Marc.
...3.16.17. Luc. 6. ver. 14.15.16. Act. 1.13. oratio pro regni Chri-
...sti, Act. 4.24. potestas à Christo data, Matth. 10.1. & 16.19.
...18.18. & 6. Ser. 7.13. Luc. 9.1. Ioan 20.23. Act. 3.12. & 4. Ser. 10.3.
...Cor. 4.5. & 9.14. & 13.11. & à Deo data, Act. 19.10.2. Corinth. 10.
...Ephes. Act. 15. 29. obseruanda præcipiuntur, 16.4.1. Thessal. 4.2.
...Timoth. Matth. 13.16. Apostoli & Prophetæ habuerunt Spiri-
...tum Sanctum. Matth. 13.16. Apostoli & Prophetæ habuerunt Spiri-
...tum. Exodi 4.12.2. Sam. 23.2. Dan. 9.10. Zach. 7.7. Matth. 10.20.
...Luc. 11. Ioan. 14.17. Act. 1.5. & 2.4. & 4.21. & 9.17. & 19. 6. 1. Cor.
...12.2. Cor. 13.3.1. Thess. 4.8.2. Tim. 3.16.1. Pet. 1.1.2. Petr. 1.21. ab
...omni errore tuendi, Apoc. 2.25.

...Pseudo apostoli, operarii subdoli, describuntur, 2. Cor. 11.13. Phil. 3.
...v. 2. 10. ab illis cauendum. Philip. 3.2. Pseudoapostoli crucis
...Christi inimici, Gal. 6.12. Phil. 3.18.

...Pseudapostolorum erroris præcipuum caput, Act. 15.1. interitus,
...2. 2.15.

¶ Patrvm Sententiæ

Currunt vtique ad metam martyrii, perueniunt ad coronam, non eadem eodem temporis cursu, sed eodem anni reuertentis ordine. cum enim sit in eorum passione anni diuersitas: est tamen vno die geminata festiuitas. *August. in serm. Apost. Petri & Paul.*

Quisquam non desperet aut de humilitate generis, aut de magnitudine criminis, cum videat sic inundasse cœlestis gratiæ fontem, vt persecutorem regibus præponeret, & persecutorem Apostolis coniungeret: ille enim dum pauperiem suam curat, alimenta quotidianis quæritur in pelago, tactus est dies in Christo, cui reges postea famulantur in seculo, Paulus vero dum vrget gladius ...fides suscipit iugum, & magister factus est gentium, forma ...rum formido dæmonum, indultor criminum, fonsque virtutum. *Idem.*

Dixit Dominus potestatem Apostolis super naturam, vt eam ...ent: super dæmones, vt eos euerterent: super elementa, vt ipsa ...rent: super mortem, vt eam contemnerent: super angelos, ...rum Domini consecrarent. Hæc etiam potestas data est eorum ...cessoribus, secundum illud Apocal. 6. hi habent potestatem clau-
...ndi cœlum & conuertendi aquam in sanguinem. *Idem in sermone Apostoli.*

...Piscatoribus & imperitissimis & abiectissimis multiplicantur, ...ut humanum sublimantur copiosissima agmina, clarissima ingenia, ...ma eloquentia doctorum acutorum ac facundorum. *Aug. 2. ...Paul Diaconum.*

...Christum Iesum, Petrum & Andream, & alios per quos opera ...ut filiorum in medio terræ non de foro Iustiniani, sed de ...ratione piscatoria legimus assumpsisse. Instat enim sapientia ...ndi, & legum ventosa loquacitas. Elegit non reges, ...ratores, non Philosophos, sed plebeios, pauperes, indoctos ...entes, ineruditos liberalibus disciplinis, non peritos Gram-
...ticæ, non armatos Dialectica, non Rhetorica inflatos, piscatorem Christus cum retibus fidei paucissimos misit, atque ita exonerato mari plurimos pisces, & tam multo mirabiliores, quanto ...rem ipsos Philosophos cepit. *Augustinus in sermone de Ascensione.*

...Petrus longe abhorrebatur à longe, &c. Fortasse, & in hoc Petrus nobis ...ta sit admiratione reuerendus, quod Dominum non reli-
...quam timeret, metus naturæ est, cura pietatis, suum, ...quod fugit, quod sequitur deuotionis, quod negat obreptio-
...nem, commune quod labitur, fidei quod pœnitet. *Ambros. super Luc.*

...Hoc fuisse causa factum putemus, quod vna die, vno loco, vnius ...Apostoli toleraverunt sententiam, vna die passi sunt, vt ad ...Christum pariter peruenirent. Vno loco, ne alteri Roma deesset, sub ...vno persecutore, vt æqualis crudelitas, vtrumq; constringeret. Dies ...ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtu-
...te. *Ambros. in serm. Apostol.*

...Paulus non est inferior Petro, quamuis ille Ecclesiæ fundamen-
...tum diligens Architectus sciens vestigia fundare populorum, nec ...aliud quam collegio Apostolorum est. *Ambros. lib. 4. de Spiritu Sancto.*

...Proinde tentribuit Dominus Apostolis, vt sciant qui dominan-
...tur gentibus humanam scientiam diuina sententia corroborari. *Ibidem.*

Piscatores illiterati mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium non virtute humana, sed eloquentia & doctrina Dei fieri putaretur. *Ibidem.*

Paulus terram simul atque mare, Græciam simul atque Barbariam, omnemque prorsus quanta est sub sole regionem, quasi volitans circumiuit, non simplici labore velut in vacuum itinera percurrens, sed peccatorum spinas pariter euellens, membraque pietatis vbique seminans, errores fugans, veritatem reducens, ex hominibus Angelos faciens, quinimo ipsos homines, quasi ex dæmonibus Angelos prouehens. *Chrys. de Laudib. Pauli Homil. 1.*

Mirabiles fluuios nobis genuit Paulus, non secundum Paradisi fontem tantum, sed etiam multo plures ac quotidie fluentes, non terram irrigantes, sed animas hominum ad producenda germina virtutum suscitantes. Quis igitur ad explicanda Pauli merita sermo sufficiet? quæ lingua laudibus eius inuenietur æqualis? cum omnia, quæ sunt in omnibus bona, anima vna possideat, & ea cuncta plene atque cumulate, nec solum hominum, sed & quod potius est Angelorum. *Ibidem.*

Paulus, cœli ciuis, Ecclesiarum columna, Angelus terrestris, cœlestis homo. Sicut enim missum in igne ferrum totum profecto ignis efficitur, sic Paulus charitate succensus totus effectus est charitas. *Ibidem.*

Misit Christus Apostolos quasi sol radios suos, quasi rosa suauitates odoris sui, quasi ignis scintillas suas dispersit, vt sicut Sol in radius apparet, sicut rosa in odoribus suis sentitur, sicut ignis in scintillis suis aspicitur, sic in illorum virtutibus Christi potentia agnoscitur. Quis enim videns discipulos bene instructos, non scientiam magistri collaudet? Faciebant & discipuli eius, & inter mirabilium operationes maior fama virtutum crescebat. *Chrysost. super Matth.*

Merito Apostolis sanctis attribuitur, quod in sapientiæ libris legitur: Hi sunt viri misericordiæ. Sunt enim plane viri misericordiæ, siue quia misericordiam consecuti, siue quia misericordia pleni, siue quia misericorditer à Deo donati sunt nobis. *Ber. in Ser. Pet. & Paul. ibidem.*

Scimus, quod viri isti nec sibi vixere, nec sibi sunt mortui; sed ei, qui pro ipsius mortuus est, magis autem nobis omnibus propter illum. Pro nobis facit eorum vita, eorum doctrina & etiam mors ipsa: & in conuersione eminentiam, in prædicatione sapientiam, in passione sua patientiam nobis beati Apostoli contulerunt, qui etiam vsque hodie conferre non cessant, misericordia pleni, & sanctarum orationum fructibus. *ibidem.*

¶ Sententiae Poeticae.

Apostoli, ἀπόστολοι, legati, seu duodecim Viri, quos Christus Dei filius ex infimo & imperitissimo hominum genere elegit familiares & discipulos: item doctrinæ, miraculorum, mortis atque resurrectionis testes, quibus vniuersis atque singulis tradita est clauis regni cœlorum: à quo quos ipsi excluderent, exclusi in sempiternum essent: quos admitterent eo in æternum cum summa felicitate perfruerentur. De ijs legi antiquum Epigramma Honorij Romani Episcopi, quod i manu scripto huc adijciam, agit autem de Christi ad cœlos ascensu.

Luce videt Christum, quem Petrus nocte negauit,
Et cecinit Dominum pergere ad astra suum.
Territus Andreas orat: miserere magister,
In regnum Patris collige discipulum.
Iacobus expauit hominem per nubila ferri:
Supponit scapulas, dat pia vota Deo.
Hæret ab aspectu tremulus per membra Iohannes:
Et turbatus adhuc sic steterit vt placeat.
Quem sequitur te Christe? vocat sine voce Philippus:
Num proiectus ego liber & implicitus?
Bartholomæe pedes Christi pendere tremiscis:
Et vis si capias, tendere posse manus.
Thomas ex toto nondum satiatus amore,
Se palpare putat vulnera, membra, latus.
Matthæus muto similis, per scripta locutus:
Nam timor inuasit, nota tacere senem.
Iacobus Alphæi pallet sine morte sepultus.
Dans comites oculos, reddere quod potuit.
Hic stupet attonitus Simon, migrasse Tonantem,
Et fugit affectans fulgura velle pati.
Matthias, portæ cœli desixus inhæret,
Omnia cum Christo teste abisse putans.
Iudas è cunctis corpus sine fronte leuatus,
Conspicit occisum viuere in orbe Deum.

Benedictus Arias Montanus in humanæ salutis monument. Tab. 48. De legatione Apostolorum.

Sæclorum æterum præscriptio ex ordine finem
Certa Deo volentibus annis
Tempora protulerant: hominum quoq; magna per orbem
Strata seges matura tacebat:

Agricolam

Agricolam iam cana suum cum terra vocaret,
Et falcem expectaret acutam.
Redderet vt fœtas seruandi farris aristas,
Et culmos quoque rursus inanes:
Tunc Domini messis natus: summusq; minister
Orbis imago auctorq; nouandi.
Selectorum operi tanto, duodena virorum
Ora tuens, sic fatur amice:
O mihi præchari comites, socijq; laborum,
Arcaniq; sacraria magni,
Non vos parua manent discrimina vertere missos
Terrarum moremq; modumq;
Queis maris horrisoni fluctus, ac dura viarum
Sunt adeunda pericula sæpe:
Non vt Erythræas gemmas ostrumq; superbum,
Nummorumue paretis acervos:
Sed magis vt nudi atque inopes patriaq; remoti,
Vexati, instabilesq; vagiq;,
Vulpibus infestisq;, lupisq; rapacibus, agni
Imbelles blandæq; columbæ
Sitis, lux tenebris nimiumq; furentibus ægris
Fomentum mediciq; fideles.
Ite igitur fortes & me duce & auspice magni
Consilium curate parentis.
Æthereas sperate & opes æternaq; sedis
Sceptra mea, & conuiuia mensæ.

Venant. Honorius Fortunatus in Carm. de spe & gaud.

Bis duodena senum concursat gloria vatum,
Attonito sensu plaudere, voce, manu.
His venit Elias, illis in curribus Enoch,
Et nati dono virgo Maria prior.
Legis consulti Pauli comitante volatu,
Princeps Romanæ currit ab arce Petrus.
Conueniunt ad festa simul sua dona ferentes,
Hi quorum cineres orbs, caput orbis habet.
Culmen Apostolicum radianti luce coruscum,
Nobilis Andream mittit Achaia suum.
Præcipuum meritis Ephesius venerandæ Iohannem,
Dirigit, & Iacobos terra beata sacros.
Læta suis votis Hierapolis alma Philippum,
Producens Thomam munus Edessa pium.
Inde triumphantem fert India Bartholomæum,
Matthæum, eximium Naddaser alta virum.
Hinc Simonem & Iudam, lumen Persæa gemellum,
Læta relaxato mittit ad astra sinu.
Et sine rore ferax, Ægyptus torrida, Marcum
Luce Euangelica participante tuba.

Moribus vnde sit hæc illis innata potestas.
De nihilo quoniam fieri nil posse videmus.

Et paulò post.

Id facit exiguum clinamen principiorum.
Nec regione loci certa, nec tempore certo.

Appetitus.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOLOG.

APPETITVS Græcè ὄρεξις, εως, ἡ, dicitur. Estque inclinatio appetentis in aliquod sibi simile & conueniens. *secundum B. Thom. 1. part. q. 80. art. 1.* De appetitu cibi & potus intelligitur. Est & appetitus, nempe ὁρμὴ, impetus, subitus acrisque affectus, res varias, tum licitas, tum illicitas persequens. Ad hunc affectum referuntur.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Lucret. l. 2. de rerum nat. vers. 261.

Nam dubio procul his rebus sua cuique voluntas
Principium dat: & hinc motus per membra rigantur.
Nonne vides, etiam patefactis tempore puncto
Carceribus, non posse tamen prorumpere equorum.
Vim cupidam, tam de subito quam mens auet ipsa.
Omnis enim totum per corpus materiai,
Copia conquiri debet, concita per artus
Omnes: si studium mentis conuexa sequatur,
Vt videas initium motus à corde creari.
Ex animiq; voluntate id procedere primum:
Inde dari porro per totum corpus & artus.

Et paulò post.

Iamne vides igitur, quanquam vis extima multos
Pellat, & inuitos cogat procedere sæpe,
Præcipitesq; rapat, tamen esse in pectore nostro
Quiddam, quod contra pugnare obstareq; possit,
Cuius ad arbitrium quoque copia materiai.
Cogitur interdum flecti per membra, per artus,
Et proiecta refranatur retroq; residit.
Quare in seminibus quoque idem fateare necesse est,
Esse aliam præter plagas, & pondera causam,

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Inuitat vera ratio bene sanos ad iustitiam & æquitatem; autem in eis aliquid aliud esse innatum, quod repugnet, rationi. *lib. 1. Ethic. c. 13. Arist.*

Duplex est vis rationis particeps: alia propriè est in seipsa, veluti probus filius obedit parenti. *ibidem.*

Vis expers rationis est duplex? vis enim ea quæ crescendi tributa est, nullâ ex parte rationis est particeps: concupiscentem & appetendi quodammodo ea vtitur: quatenus eis obe- què paret. *ibidem.*

Duæ sunt partes rationis participes: vna, qua res contem- eas quarum principia secus euenire non possunt: altera, quæ possunt. Appelletur autem altera vis sciendi: ratiocina- ligendique altera. *l. 6. Ethic. c. 2. & l. 1. Magn. Moral. c. 34.*

Appetitus in eas species diffectus est: nempe in concu- tiam, & voluntatem. *l. 1. Mag. Moral. c. 12.*

Mentis eius quæ cognitione cernitur, non actione aut ne, omnis est in falsi veriqué cognitione posita vitiositas & pra- tia. Omnis enim rationis & mentis hoc opus est proprium. *l. cap. 2.*

Cuius mentis omne opus in agendo & ratiocinando est, est appetitioni rectè congruens veritas. *ibidem.*

Sublata mente & ore, honesta factis & contrarijs inter humanas nihil loci relinquitur. *ibidem.*

Ea demum recta ratio est, quæ prudentiæ congruat. *l. 6.*

Finem sibi propositum habet omnis appetitus. Cuius appetitio, ab eo agendi principium ducit mens ea, quæ cernitur. *l. 3. de Animo. c. 10. T. 49.*

Rectè hæc duo appetitus & mens, quæ in actione versan- uere loco videntur. *ibid.*

Appetitus cum mouet, non in eo ducem rationem sequi- piditas enim appetitus est quidam. Ac mens quidem est: appetitio autem ac visio, tum recta est, tum non recta. *Animo. c. 10. T. 50. & 51.*

Appetitus, & id in quo inest vis appetendi, cum motu cie- pellit ad agendum. *lib. de motu Animantium. c. 4.*

Solemus nos laudibus eos perinde atque honestos & fort- sequi, qui & ratione vtuntur, & omnia ea duce agere perga- verò absque ratione, tanquam atroces immanesque odium- *pist. Rhetor. ad Alex. c. 1.*

Quoniam virtus, quæ more perficitur habitus est cum el- coniunctus: electio autem appetitio est, quam antegressa el- ratio: necesse est ob eam causam & veram esse rationem & appetitum: siquidem rectum sit propositum, ac eadem qu- iudicarit, appetitionem persequi. *l. 6. Ethic. c. 2.*

Appetitus omnes contrahendi, sedandique sunt, excitan- animaduersio, & diligentia, vt ne quid temerè ac fortuitò, in- derate negligenterque agamus. 1. *Offic. Cic.*

Moderari animo & orationi, cum sis iratus, aut etiam tenere in sua potestate motum animi & dolorem, etsi non ef- fectæ sapientiæ, tamen non est mediocris ingenij. *ad Quint. Epist. 1.*

Animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temp- aduersarium non modo extollere iacentem, sed etiam amp- eius pristinam dignitatem, præclarum est. Hæc qui facat, an- cum summis viris comparo, sed simillimum Deo iudico. *Fr.*

Si quis hoc robore animi est, atque hac indole virtutis a- nentiæ, vt respuat omnes voluptates, omnemq; vitæ fun- cum labore corporis, atque in animi contentione conficiat, qu- quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non delectent, nihil in vita expetendum putet, nisi quod est cum honore, & cum dignitate coniunctum: hunc mea sententia quibusdam bonis instructum atq; ornatum puto. *Pro M. Co.*

Regium est ita viuere, vt non modo homini, sed ne cui quidem seruias: contemnere omnes libidines: non aut, non ti, non cæterarum rerum indigere: populi vtilitati magis quàm voluntati, nemini cedere, multis obsistere. *Pro Syl.*

Esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præcla- gis est, quàm difficile. *Ad Quint. fratr. Epist. 1.*

Quum præcipitur vt nobismetipsis imperemus, hoc præ- vt ratio coerceat temeritatem. 2. *Tusc.*

Cupiditates sunt insatiabiles, quæ non modo singulos ho- sed vniuersas familias euertunt, totam etiam labefactant Re- Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella tur. Nec hæ sese foris solum iactant, nec tantum in alios ca- petu incurrunt, sed intus etiam animis inclusæ inter se dissi- que discordant. 1. *de Finib.*

Hic modus est, vt appetitus rationi obediant, eamq; neq; præterant, ac propter pigritiam aut ignauiam deserant, sintque tranquillo animo omni perturbatione animi careant, ex quo elucebit omnis constantia, omnisq; moderatio. 1. *Offic.*

Vide Concupiscentia.

Aqua.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

AQua, Græcè ὕδωρ, ατος, τὸ ὑδατώδης, τὸ, est vnum quatuor elementorum, humidum & frigidum, graue & deorsum tendens, fusile, facile, ineffusibile. *secundum Io Damas. l.2.c.9.* Hebræis *Maiim*, Aquæ, nomen dualis numeri, quia duplicitèr aquæ, superiores & inferiores, quas expansio seu firmamentum diuidit. Cognationem hæc vox habet cum *Iam*, i. mare: quæ collectionem aquarum Deus vocauit mare. Hinc Græcis ἀντλεῖν, haurio aquas: item latinis meo, meas, meare, vnde meatus aquarum. Aqua torrentis *Apik*, à verbo *Apak*, i. vim intulit, impetum fecit, violenter egit. cognationem habet cum *Abak*, luctauit: nam aqua torrentis videtur luctari aduersus, quæcunque impetu obuia. Græc. πυκάζω, stipo, munio, denso, inuoluo.

¶ BIBLICI LOCI.

Aqua è petra educitur, *Exod.17.v.6. n.20. v.11.12. Psalm.105.41.* Aqua nihil nocumenti aut obstaculi afferunt electis Dei, *Exod* 14. 22. *Psal.66. Esai.43.2. Ionæ 2.5.* Aqua nominatur persecutio, *Psal.* 32. *Ieremiæ 17.14. Matth.7.25. Luc.6.48. Apoc.12.17.* Aquæ assimilantur cognitio Dei & dona Spiritus Sancti, *Esai.11.9. & 12.3.15. & 41.20. & 44.3. Ezech.47.1. & c. Zach.14.8. & Ioan.4.10. & 7.38.* Aquam emunt filij Israel à filijs Esau, *Deut.2.6.* Aquæ verbo in vnum locum congregatæ, *Gen.1.10. Psal.33.7.* Aquæ diluvij, *Gen.7.17.* obtinuerunt terram diebus centum quinquaginta, postea decrescere incipiunt, *vers.24.* Aquæ amaræ dulces redduntur, *Exod.15.* Aquæ contradictionis, *17.7.n.20. v.11.13.* Aquæ Iordanis diuisæ, *Iosue 3.15.* pallio Eliæ diuiduntur, *2.Reg.2.8* Aquæ mortiferæ eius ministerio sanantur, *2.Reg.2.21.* Aquæ obediunt Deo. *Psal.* 77. Aquæ e Templo manantes, *Ezech.47.1.* Aquæ vitæ allegoricè, mensa illa charitate erga nos in filio, effusa in corda nostra per Spiritum Sanctum in vitam æternam, *Ioan.4.v.10.* cuius sit mentio *Rom.5.v.5.* pro donis Spiritus Sancti instar aquæ effundendis, *Esai.44.3. & 55.1. Ioel 2.28. Ioan.7.v 38.39. Actor. 2.17.* Similis est metaphora Hebræis familiaris. *Ieremi. 2.12. Ioel 3.18. Zach. 13.1.* Aqua, *Num.19.* secundum nonnullos pro ablutione à peccato. Tribuitur autem Spiritus Sancti gratiæ, vt iam dictum est, *Hebr.10.23.* quoad effectum, vel ex antithesi externarum purificationum legis vocantur. Aquæ pro Gentibus, *Apoc. 17.15.*

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Pindar. Olymp. Od. 1.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ
χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ.
Optima quidem est aqua, &
aurum, sicut ignis noctu ardens.

Plaut. in Fab. Cassina.

Fiet id locorum, quando ad illam veneris,
Debitur tibi amphora vna & vna semita,
Vna vnus, vnum abenum, & octo dolia:
Quæ siti erunt semper plena, ego te impleboflagrijs:
Ita te aggerunda ceruum aqua faciam probe:
Vt pollena possit ex te fieri.

Demet. Ha.

Aquam bibens, probum & vtile paries nihil.

Horat. in epist.

Nulla placere diu, neque viuere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.
Eucundi calices quem non fecere disertum?

Mart.

Possum nil ego sobrius: bibenti
Successerunt mihi quindecim poetæ.

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Aqua frigida & humida est. *lib.2.de Ortu, c.3.tit.16. Arist.* Quæ eius calor interit, terræ autem siccitas, aqua oritur: nam & humor & illius frigus remanet. *lib.2.de Ortu, c.4.tit.27.* Aqua in minutas partes diuidatur, celerius in aera se vertit: sin augeatur, tardius. *lib.1.de Ortu, c.2.tit.10.* Aqua vna ex omnibus liquidis minimè densatur: idq; fit, quod in illam insit caloris, vel magna humoris qui coerceatur copia. *4. Meteorologicor. c.3.tit.21.* Aquæ genera sunt hæc: vtina, serum, & vno nomine ea omnia in quibus nihil aut parum desidet, idque non propter tenacitatem. *lib.4. Meteor c.5.tit.31.*

Ex altioribus terræ locis, quæ ad Septentriones spectant, maior vis aquæ delabitur. *lib.2. Meteor. c.1.*

Aquæ quidem natura saporis omnis expers esse vult. *lib. de Sensu, cap.4.*

Quæcunque palustres & stagnantes & lacustres aquæ sunt: has æstate quidem calidas & crassas atque olentes esse necesse est, tanquam esse, quæ effluentes non sunt, sed aqua pluuia semper noua infertur & sol vrit, quare decolores, malæ & biliosæ, hyeme verò à niue & glacie duræ, frigidæ ac turbidæ necessariò sunt, adeo vt pituitosissimæ & raucosissimæ sint. Bibentibus verò lienes quidem semper magnos & obstructos ventresque duros, tenues & calidos, humeros verò, clauiculas, & os extenuari, nam carnes in lienem conliquescunt. quamobrem graciles sint; voraces autem siticulososque tales esse, atque ventres superiores & inferiores siccissimos habere, adeo vt valentioribus medicamentis egeant, & hic quidem morbus ipsis hyeme & æstate peculiaris est, præterea hydropes plurimi & lethalissimi sunt. *Ex Hipp. lib. de aquis, aere & locis.*

Optimæ autem sunt quæ è sublimibus regionibus & terrestribus tumulis fluunt, hæ enim & dulces & albæ sunt, viuique parum ferre valent, hyeme verò calidæ, æstate autem frigidæ sunt, sic enim è profundissimis fontibus existunt: maximè autem eæ laudandæ sunt, quæ ad solis ortum præsertim æstiuum fluunt, has namque splendidiores, beneolentes & leues esse necesse est. *Idem de aquis salubrioribus.*

Aquæ prius calidæ, velocius recipiunt frigiditatem. *Aristoteles 1. Met.*

Τὸ σπάνιον ὕδωρ Εὐθύδημος, τὸ δ' ὕδωρ ἰσωνύτατον ὂν ἐφη Πινδαρος, hoc est, quod rarum est, ô Euthydeme, magni pretij est. aqua autem vilissima, cum sit optimum quiddam. *Plato in Euthy.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Digenes quum videret quendam se religionis causa aspergentem aquis fluuialibus, hoc enim ritu prisco solebant purificari, si quid piaculi commissum crederent: Infelix, inquit, multum erras in Grammatica, non absolueris aspersus, multo minus aspersio te liberabit à vitæ criminibus. *Laert. lib. 6.*

Valentinianus nondum Imperator, templum Fortunæ ingrediens cum Iuliano, hincatque hinc astantibus ædituis, qui aquam introeuntibus aspergerent, vbi vidit in chlamyde purpurea guttam aquæ, pugno percussit ædituum. Hoc, inquit, non est purificare, sed inquinare. Nam illi tales aspersiunculas appellabant purificationes. *Eras. lib. 8. apoph.*

¶ ADAGIA.

Herculanæ balneæ, ἡρακλειαι λουτρὰ.

De impendio seruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas.

Aquam è pumice postulas.

Aquam postulare è pumice, est frustra ab alio petere id, cuius ipse à quo petas, maximè sit indigus, nihil enim primo è lapide siccius.

Aquam infundere cineri.

Ædibus in cinerem redactis, non est infundenda aqua. Vnde illud:

Post bellum auxilium.

¶ SCRIPTORES.

De Aquis. *L. Annæus Seneca.* De aqua, *Io. Damianus, lib.2.* De aquarum loco, *Lombardus, 2.14.* Aquarum nomine mortales intelligi. *Cælius, 26.23.* De aqua & terra disputatio *Dantis.* De admirandis aquæ naturis, *Agrippa lib.6.* De Clepsydra, Clepsydrio, Hydrologio, *Cælius 18.39.* Aquarij, Aquiminarij, *Cælius 18.40.* An aqua sit coloris expers, *Cælius 26.9.* De aquarum colore, sapore, odore, *Georgius Agricola lib. 1. de fossilium natura.* Aquas naturaliter esse sine colore & sapore. *Pontanus Meteo. 41.* Cur aqua in summa parte alba, in fundo verò nigra spectetur? *Plut. causa. natura. 39.* Aqua dulcis curabluendis sordibus magis idonea sit quàm salsa. *Macrob. Saturn. 7. 13 q 5.* Cur frigidior æstate aqua in puteis. *Lucretius libr 6,* Quomodo aqua sit terræ innexa, *Plin. 2.68.* Mirabilia aquarum & Medicinæ, *C. Plin. Seneca lib 31. cap. 1. 2. 3. Vide Indicem Plinianum.* De maris mediterranei progressu & fluxu, *Macrob. Saturn. 7. 12. quæstiunc. 13.*

Vide Mare.

Aratio.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOLOG.

ARatio est cultura agri: dicta quia de ære prius exercebant terræ culturam: antequam ferri fuisset vsus repertus. *Isid. 1. 17. cap. 1. Originum.*

Hebr. aratio, seu arandi actus *Charisch*, 1. prosicisio agri à verbo *Charasch*,

Carasch, arauit, exarauit, & propriè significat exarando protrahere sulcos seu lineas in agro.

¶ Divisio.

Aratio duplex est: Vernalis & Autumnalis. *Idem ibidem.*

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Arationes & fossationes in genere quatuor conferunt vtilitates. Prima est terræ apertio: Secunda est adæquatio: Tertia agri commixtio: Quarta continuatio. *Albert. Mag. de veget. & plant. lib. 7. tract. 1. cap. 4.*

Arationi tempus congruum non est tempus siccitatis extremæ: sed cum parum mollita est terra. *ibid. cap. 5.*

Arationes quatuor conueniunt terræ forti & glutinosæ, & adulterinis herbis repletæ: Vna porosæ, subtili & mundæ. *Idem ibidem, cap. 4.*

Vide Agricultura.

Arbiter, Arbitrium.

¶ Definitiones et etymolog.

Arbiter, Græcè κριτὴς, οὗτος ὁ, dici potest, & est ille, qui eligitur, vt iudex, scilicet vt procedat seruato in substantialibus ordine iudicij. *secundum Innocent. in cap. Quintauallis, de iureiur.*

Arbiter dicitur iudex, quòd totius rei habeat arbitrium & facultatem. *Pomp. Fest. de verb. signif.*

Arbitrarium cùm adhuc res apud arbitrum geritur. *Idem ibidem.*

Arbitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur. *Idem Pomp. Fest.*

Arbiter, seu iudex Hebr. dicitur *Pelili*, qui in appellatione dijudicat controuersias forenses. Pelilim numero plurali, de quibus vide Exod. 21. 22. Deuteron. 32. v. 32. Iob. 31. 11. à verbo *Pillel*, appellauit, in ius compellauit, interpellauit, prouocauit ad iudicem. Hinc latinum appello, compello, &c. Arbitrium seu sententia iudicis *Pelilla*, Iesa. 16. 3. Appellatio ad iudicem Pelilija. Iesai. 28. 7.

¶ Sententiæ Philosophicæ.

Arbiter æquum magis intuetur, iudex legem. *Aristotel. Rhetoric. 2.*

Arbitrium nostrum liberum est in agendo, & in deliberando. *Alex. Aphrod. 2. de anim. c. 26.*

Arbitrio nostro, id est cuius quoque oppositum eligere contingebat eum qui hoc eligit. *Idem ibidem, c. 35.*

Arbitrium hominis liberum non in præteritis, nec de præsentibus est, sed de futuris & contingentibus, de quibus etiam deliberatio est. *Idem ibidem, c. 56.*

Arbitrium liberum esse, pœnitentia post quasdam res gestas facilè ostendit. *ibidem.*

Arbitrium liberum est facultas rationis & voluntatis, Alberto Magno de anima. *tract. 4. c. 10.*

Arbitrium liberum non est eligentia, sed est ratio, vt arbitrans arbitrio, quo quidem constituitur ad faciendum, quod vult. *Idem Ethic. 3. tract. 1. c. 16.*

Vide tit. de Judice.

Arcanum.

¶ Definitiones et etymolog.

Arcanum, Secretum, absconsum, occultum, ab arca, in qua quæ recondita sunt, aliis incognita manent. Hebr. *Sodh*, quod & Concilium seu Senatum significat. Et quia seniorum vel senatorum deliberationes secretæ sunt, vel esse debent, *Sodh*, pro arcano, mysterio, sacramento sumitur. Cognationem habet cum *Iasad*, fundauit: nam consilium & arcanum est fundamentum rerum rectè agendarum. Vide Psalm. 55. 15. Prouerb. 25. 8. Gen. 49. 6. Iob. 15. v. 8. Ierem. 23. 18. 22. Ezech. 13. 9. Græc. ἀπόῤῥητον. Arcanum etiam potest ab arce dici, quæ tutissima pars vrbis est. frequens huius vocis apud Poetas mentio. Homerus de sapiente dicit, cuius dicta pennis carere.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Sermonvm deposita fidelius, quam pecuniarum custodito. Oportet enim viros bonos in existimatione esse, quod mores & vitam, vel iureiurando fideliores constantioresque præstent. *Isocr. ad Demo.*

Arcanum pluribus auribus, quàm vni commissum multifariam erumpit, amissoq; arcani nomine fama celebris dici debet. *Nicephorus.*

¶ Apophthegmata.

Thales frequenter dicere solebat: Vide ne iniuste vo… contra coniunctos tibi ac socios dictus. *Laert. lib. 1. c. 1.*

Aristoteles interrogatus, quidnam in vita difficillim… Tacere, inquit, quæ dicenda non sunt. *Ibidem.*

Euripides quum malè audiret ab hominibus ob oris … tiam: Multa, inquit, in illo occulta computerurunt. *Eras… l. 9. apoph.*

Philippides Comicus Lysimacho cum primis charus … liaris: cui cum Lysimachus offerret liberalitatem suam; … ter diceret: quid vis tibi impertiam rerum mearum? quod… voles, inquit, modo ne arcani quippiam. *Plutarchus.*

Vide infra plura sub titul. Taciturnitatis & Silen…

¶ Profana Exempla.

Perse arcana regum mira celant fide: non metus, non … vocem qua prodantur occulta: vetus disciplina regum … vitæ periculo sanxerat. Lingua grauius castigatur, quam … probrum: nec magnam rem sustineri posse credunt ab eo, … re graue sit, quod homini facilimum voluerit esse natura.

Turcæ noctu quendam comprehensum de Baldi Dracul … castra impetum fecerat, militibus deduxerunt ad Mahume… Imperatorem, qui eum interrogauit: Quisnam, & cuias … veniat? Qui vbi ad singula respondit, tandem iussus est … sciret vbinam Baldus Draciæ princeps moraretur. Is respo… quidem quæ scire expetant, exactè nosse, verum nunquam … ciaturum, adeo metuere se virum illum. Mortem intentan… geminauit, non audere se quicquam eorum prosari. Mo… admiratus viri constantiam, eum continuo necauit: dicen… iste exercitum haberet memorabilem, non dubito quin … magnam claritatem euaderet. *Chalcondylas l. 9.*

Vide Silentium, Taciturnitas.

Architectura.

¶ Definitiones et etymo…

Architectvra est scientia ædificandi: vnde archi… nes & architecti dicuntur, qui ædificandi scientiam … ab ἀρχὴ, ὅς, ἡ, quod est principium, & τέκτων, ονος, ὁ, fab… rius.

Architectus dicitur, qui de omnibus præcipit, & statu… 7. *Ethic. c. 10.*

Architectus est ille, cuius præscripto ad domum extru… faber accingit. *Arist. moral. c. 32.*

Architectus operationum princeps est, non operatur, … cauit, singulis operarijs demandet quod commodum … commissum absoluerint. *Plat. de regno.*

Architecturam plurimis mensuris ac instrumentis vten… quæ multam sibi certitudinem exhibent artificiosorum … multis artibus efficiunt. *Idem in Philebo.*

Architecturæ Ægyptij inuentorem Vulcanum asserun… regno Mercurio successisse, alij Dedalum inuentorem faciun… tri de Repub. l. 1. c. 9.

Hebræis *Banah* significat ædificauit, extruxit, instaura… cium. *Rab-Habonim*, magister ædificiorum seu ædificanti… Gen. 11. 5. 1. Chron. 22. 11. Psal. 122. & Psal. 118. Ædificantes … tecti vocantur *Habbenim*. Apud Iesaiam cap. 3. v. 3. Architec… catur *Rab-Charaschim*, Magister fabrorũ, vel vna voce *Ca*… q. d. non vulgaris faber lignarius, sed qui artem illam calle… rium fabrorum instar sit. *Charasch* autem est faber ligna… fex, opifex, qui opera sua ordine disponit: à verbo *Charas*… protraxit lineas seu sulcos in agro. Quod enim arator in … ædificiorum structura præstat peritus Architectus.

¶ Apophthegmata.

Veneti, Sebastiani Ziani ducis auspicio ex Constantino… vrbe Architectum insignem accersebant, ad extruendam … Marci ædem. Præter amplissima munera etiam marmo… tuam in augustissimo templi loco sibi poni Græcus hono… bat. Assenserunt Patres. Iam fere absoluto opere, nimia … ram patribus imprudens fassus est, se quidem multo celer… plum ipsum fuisse extructurum, nisi inter ipsum opus … plura quæ illum prudentiorem fecissent. A quem subri… Ergo nos quoque de statua ponenda prudentiores reddi… itaque in vestibuli fronte marmoream statuam collocarun… ad os obiecta, quasi illum dicti sui pœniteret. *Egnat. lib. 8.*

¶ Scriptores.

De origine Architecturæ *Polydorus* 3. 7. De Architectur… *struuij libr.* 10. *Iacob. Iocundus Vitruuium collatis exempl…*

In Vitruuii Architecturam, *Gulielmi Philandri annotationes*. In Vitruuium, *Gaudentinus Merula*. Vitruuianæ architecturæ compendium. *Fr. Maurolycus promittit*. Ratio architecturæ per *F. Diegum de Sagredo tis graphicè scripta ex Vitruuio*. Architectonicæ artis excerpta: *Colinæus Parisijs impressit, Gallicè*. Architectonicæ libri decem *Leonis Baptistæ Florentini, & Rubriusus Sebastiani Serlij Bononiensis, de architectura Tomi duo Italicè scripti Romæ impressi*. Alias *Sebastiani Serlij de architectura volg. regole*. Vide plura in *Gesn. pandectis Bibliothecæ suæ, & Simlerum de scriptoribus illiteratis*.

Argumentatio.

¶ Sententiæ Philosophorvm.

Argumentatio perspicua est vno modo, qui maxime in vsu versatur: cum ita conclusa est, vt iam nulla sit opus interrogatione. Altero, qui etiam crebris vsurpatur sermonibus cum ita sunt ea, ex quibus esse necesse est, quod concluditur: cum autem ex aliis conclusionibus collecta: præterea, si quid præterea sit, quod valde sit probabile. *l. 8. Top. Arist. c. 4.*

Illa autem dicitur quatuor modis: & cum videtur concludere, neque concludit: quod vocatur conclusio & ratiocinatio ad conclusionem spectans: & cum efficit illa quidem aliquid: sed non tam id ad rem pertinet: quod iis contingit maxime, quibus minime ad rem pertinet: aut aliquid concludit, quod ad id, quod agitur, pertinet: sed non propria accommodataque ratione. *l. 8. Top.*

Alio modo falsa est argumentatio, cum ex falsis concludit: cuius generis alia falsa alia vera conclusio. *ibid.*

Stulte & valde absurdis verum concludat argumentatio: multo est deterior est, quæ falsum concludunt. *l. 8. Top. c. 5.*

Tertio argumentatio potest quatuor modis. Primum id ex quibus est refellendo: Secundo, occurrendo ei qui quæstionem dedit. Sæpe enim explicato & dissoluto argumento, tamen is qui rogando edi non potest longius. Tertio refellendo rogatum. Fit autem id modo, vt ex iis quæ rogantur, non quod volumus concedamus: propterea quod vitiosè interrogatum est. Quibusdam autem captiosis effici potest conclusio. Ac si vltra progredi is, qui rogando potest, occurrum erit roganti: sin potest, rogato. *l. 8. Top. c. 6.*

Argumentatio necessaria in pluribus dicitur, quam syllogismus: quam ratiocinatio omnis necessaria est: non quicquid necessarium sit, ratiocinatio est. *l. 1. de prima Resol. c. 33.*

Peripateticum est argumentationem eam syllogismum non esse, in qua medium sæpius dicta non sit, nec enim in ea medium aliquod sumptum est. *Ibidem c. 34.*

Argumentatio quinque modis reprehendi solet. Primo cum ex falsis rogata sunt & quæsita, nihil concluditur omnino nec quod ad rem pertinet: quod falsa sint, vel non probabilia omnia, aut certe maxima eorum, ex quibus conclusio efficitur: & quod nec demptis quibusdam, nec additis, nec aliis detractis, aliis additis effici conclusio. Secundo si tractatur per ratiocinationem, quæ ad rem non pertinet argumentatio. Tertio, si additis quibusdam conclusio ratiocinatio: sed quæ deteriora sint, quam quæ rogata sint, nimisque probabilia conclusione. Quarto, si detractis quibusdem contingat. Postremo, si ex minus probabilibus & creditis magis efficiatur, quam sit conclusio: aut si ex veris, sed quæ difficilius & maiore negotio quam id quod quæritur, ostendi possunt. *l. 8. Top. c. 4.*

Interdum vt argumentatio etiam quæ concludit, ea quæ non concludit deterior: cum illa ex iis quæ minus probantur conclusio, non quæstio proposita in eo genere non sit: hæc autem talia vt comprehendat, quæ probabilia & vera sint, nec ex iis quæ assumpta sunt argumentatio est. *ibidem.*

Verum est primum videndum esse an concludat argumentatio inde, verumne, an falsum: tum ex quibus. Nam si ex falsis, sed probabilia sunt: probabilis erit & non aspernanda ratio: sin ex falsis, sed quæ non probentur. vitiosa: si & falsa & quæ valde improbentur profecto vitiosa erit aut omnino, aut in re, de qua agitur. *l. 8. Top. c. 1.*

Illud quod prætermissum est, omnis semper dirigi debet argumentatio. *Top. l. 6. c. 4. l. 47.*

Non magna vis est, vt de re ipsa, non de nomine tractetur argumentatio. *Top. l. 1. c. 14.*

Argumentationum Dialecticarum est vna, quæ inductio: altera, quæ ratiocinatio nominatur. *l. 1. Top. c. 10.*

Quædam & perspicuam argumentationem facient, exemplum videlicet, collatio. *l. 8. Top. c. 2.*

Aut copia non suppetet argumentorum ad propositum confirmandum vel infirmandum: is à definitionibus præsidium sumendum erit, aut quæ rei propriæ sint, aut quæ esse videantur: quod si ea non possit, à pluribus petat. Namiis, qui rem definiendo explicarint, facilius erit argumentum ducere: quippe cum facilior sit à definitione ducta argumentatio. *l. 2. Top. c. 2. l. 12.*

Non est vera illa argumentorum distributio, qua vtuntur aliqui dicentes: alia ad nomen, alia ad sententiam pertinere. Nam existimare diuersa esse argumenta, quæ ad nomen, & quæ ad sententiam pertinent, ac non potius eadem esse, quæ vtroque genere continentur: magna amentia est. *l. 1. de Repreh. Sophist. c. 1.*

Sunt ad differendum quatuor omnino argumentorum genera: vnum est eorum, quæ propriè ad docendum sunt accommodata: alterum eorum, quæ Dialectica vocantur: tertio genere continentur ea, quæ ad probandum & examinandum alterum adhibentur: in quarto genere sunt, quæ contentiosa appellantur. *l. 1. de Repreh. Sophist. c. 2.*

Illa argumenta ad docendum alterum sunt accommodata, quæ constant ex propriis cuiusq; disciplinæ principiis, nec vim habent ab eo, quod respondenti probatur. *ibid.*

Dialectica argumenta sunt, quibus vtraq; pars contradictionis ex probabilibus concluditur. Illa vero ad tentandum & examinandum apta dicuntur, quæ ei probantur, quo cum disputamus: quæq; talia sunt, qualia ignorare non possit, qui sibi alterius scientiam attribuit & arrogat. *ibid.*

Contentiosa argumenta sunt, quæ ex iis, quæ probabilia videntur, nec sunt, aut concludunt, aut non concludunt, sed modo videntur. *ibidem.*

Locus captiosus est & fallax, eo loci impellere alterum, vbi magna argumentorum copia nobis suppetet. *Top. l. 2. c. 2. l. 15.*

Rationes quibus magnam ratiocinationum argumentorumque copiam comparabimus, sunt quatuor: quarum vna est in propositionibus eligendis: altera in distinguendo quot modis quidq; dicatur: tertia in differentiis inueniendis: quarta in similitudinis cognitione & scientia. *l. 1. Top. c. 11.*

Qui plura de argumentorum copia indagare volet, legat 11. 12. 13. & 14. c. 1. Top.

Argutia.

¶ Definitio. et etymol.

Argvtia, ab argutus, dicuntur acutè & malitiosè dicta vel facta. Est enim argutus, qui est falsus, acutus, & cum lepore quodam, quæ cupit, dicens faciensq;, quasi acutè arguens.

¶ Apophthegmata.

De argute dictis.

Thales cum diceret, mortem æque salutarem esse ac vitam: audiuit à quodam. Cur igitur non moreris? Argute respondit, ob hoc ipsum, quia nihil refert. Potius enim habetur, quod accersitur. *Laer. l. 1. c. 1.*

Socrates admonitus ab amico, quod excepturus hospites admodum tenuem fecisset apparatum. Si boni sunt, inquit, satis erit: si mimus, plus satis. *Laert. in eius vita.*

Aristippus Platoni obiurganti, quod multos pisces emisset, respondit, Se illos emisse obolo: quumq; Plato dixisset, Tanti & ipse empturus eram. Vides, inquit, igitur o Plato me non esse obsoniorum auidum, sed te pecuniæ amantem. *ibid.*

Idem quum aliquando perdicem, quinquaginta drachmis iussisset emi, cuidam detestanti luxum in philosopho: Et tu, inquit, Aristippus, si obolo venalis esset, non emeres? Quum is respondisset, se empturū: Et mihi, inquit, tanti sunt quinquaginta drachmæ. Quod ille luxus nomine damnabat, hic detorsit in contemptæ pecuniæ laudem. *Laert. l. 2. c. 8.*

Idem quum quidam illi probro daret, quod lautè minusque splendidè viueret: Id, inquit, si vitium esset, in Deorum celebritatibus non fieret. In his enim magnificè vestiri, & lautissimè opulari solent. *ibid.*

Antisthenes quum sarcinamenta per forum gestaret, quibusdam admirantibus, quod philosophus officio tam sordido fungeretur, idque in publico, ac non potius seruo id delegasset: Quid, inquit, admiramini? hæc mihi porro, non aliis. Sentiens nullum esse sordidum obsequium, quod sibi quis impenderet. Deinde non esse indecorum, eum portare sarcinamenta, qui sarcinamentis vescereturi. *Laert. l. 6. c. 1.*

Diogenes, narrant, Alexandrum Magnum astantem Diogeni Cynico, quæsisse ab eo, Num ipsum meueret? Tum ille, Quid es? bonum, an malum? Alexander respondit, Bonum. Quis igitur, inquit Diogenes, timet bonum? Conuicit, regem non esse metuendum, nisi ie malum esse profiteretur. *Laert. l. 6. c. 2.*

Aristippus: Polycnus sophista ingressus in ædes Aristippi, cœpit magnifice iam paratum conuiuium reprehendere. Verum Aristippus dissimulata obiurgatione, cum paulo post hominem ad conuiuium inuitaret, nec renueret: Cur quæso, ait, meam incusas mensam, cuius iam inuitatus particeps esse cupis? Videris mihi non

lautiorem mensam, sed impendium tantum reprehendere. *Ibidem.*

Secundus sophista, quum tale declamationis argumentum esset propositum: Qui seditionem mouerit, moriatur: qui sedauerit, præmium ferat. Quidam & mouerat & sedauerat, petitque præmium. Hanc quæstionem paucis absoluit Secundus sophista. Quod est prius? mouisse. Itaque prius da pœnas moræ seditionis, ac deinde (si potes) accipe præmium recte factorum. *Philostratus in Sophistis.*

Proculus habebat filium intemperantem, gallis gallinaceis, coturnicibus, catellis & equis alendis indulgentem: quem pater adeo non increpabat, vt vna cum illo potius luderet. Quo nomine cum ab amicis obiurgaretur: Citius, inquit, desinit, cum senibus colludens, quam cum æqualibus. *Philostratus.*

Sphærus sophista, quum diceret opinionem non cadere in sapientem virum, rex Ptolemæus cupiens hoc paradoxon ipse re confutare, curauit mala Punica, veris simillima, sed ex cera confecta, apponi in conuiuio. Ad quæ cum Sphærus deceptus porrigeret manus, rex exclamauit, illum falsi specie fuisse deceptum. Sed ad hæc dextrè Sphærus: Non sic, inquit, assensus sum, vt crederem esse mala Punica: Sed probabile putaueram esse mala Punica. *Laert. l. 7. cap. 12.*

Philoxenus interrogatus quam ob causam in tragœdiis induceret mulieres malas, cum Sophocles eas induceret bonas? argutissime respondit: Quoniam ille tales inducit quales esse deberent: ego vero quales sunt. *Erasm. lib. 6. apoph.*

Stilpon filiam parum secundæ famæ habebat. Cuidam igitur dicenti, Dedecorat te filia. Nihilo magis, inquit, quam ego illam decoro. Sentiens neminem alienis factis dehonestari, sed suis quenque moribus æstimandum esse. *Plutarch. lib. de Tranquill. an. Laert. l. 2. cap. 12.*

Theopompus hospiti cuidam iactanti, quod apud Theopompi ciues Philolacon, hoc est, Laconum amans diceretur: Præstaret (inquit) φιλοπολίτης, id est, ciuium amans diceretur potius, quam Laconum. Perstrinxit hominem alienæ ciuitatis, quam suæ amantiorem. Nam quisquis alienam nimio studio Rempublicam complectitur, suam quodammodo videtur vituperare. *Plutarch. in Lacon. apoph.* vbi plura de inordinato eiusmodi affectu, & de argute dictis, quæ in Apophthegmatum collectaneis Erasmi & aliorum frequenter occurrunt.

Alphonsi Aragoniæ & Neapoleos regis multa argute dicta in libris quos de eo scripsit Ant. Panormitanus leguntur. Pauca quædam offerimus. Dicenti cuipiam, sapientem virtù se tandem reperisse: Quomodo, inquit, sapientem stultus dignoscere potest? 2. Quærentibus nonnullis cur podagrici loquaciores essent? respondit, podagricos pedum vitio afflictos ambulare non posse: ideo lingua, velut ambulatione quadam, eos crebrius vti solere. 3. Eos maxime insanire dicebat: qui vxorem à se digressam fugitiuamque perquirerent. 4. Homines quos vanis sermonibus impleri & pene distendi intueretur, modo vtres, modo vesicas appellabat. 5. Cum audisset Senenses, durante bello Italico medios & neutrales extitisse, nulli parti adhærentes, sedatis turbis ciuilibus militum sparsorum prædam fieri, dixit, Senensibus euenisse, quod his solet, qui mediam domum incolunt, vt ab inferioribus fumo, à superne habitantibus vrina vexentur. 6. Mendacium ex iis potissimum emanare dicebat, aut qui multum legissent, aut multum peregrassent, aut multum vixissent.

Hypocritarum vitam Friderico III. Cæsari coram accusabat Gaspar Schlich, qui trium Imperatorum fuit Cancellarius, abiturumque se aliquando in loco dicebat, hisce monstris hominum vacua. Cui Fridericus, vltra Sauromatas ergo, inquit, & glacialem oceanum tibi eundum est. Sed cum eo veneris, non omnino carebit hypocrisi locus: Si modo & tu homo, non Deus es. *Aen. Syluius, lib. 1.*

Sigismundus Imperator rogatus quem virum regno dignum aptumque æstimaret: eum, inquit, quem neque secundæ res extollunt, neque aduersæ deprimunt. *Idem lib. 4.*

Cum beatos quispiam fœneratores coram Sigismundo diceret, qui dormientes rem augerent: tu ergo miser, inquit Sigismundus, qui rem vigilando comminuis. *Idem eod. lib.*

Hebræi, breuem & acutam sententiam, siue argutum dictum, non cuiuslibet, sed illustrium tantum virorum *Maschal*, à verbo *Maschal* imperauit, dominatus est. Nam inter reliquas voces apophthegmata, seu argute & grauiter breuiterque dicta dominium habent. Prouerbia Salomonis regis *Mischlé* dicuntur.

Arithmetica.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

ARITHMETICA, Scientia est de numeris tractans, ἀριθμητικὴ dicta ἀπὸ τοῦ ἀριθμέω, id est, à numerando. Inter disciplinas mathematicas prima esse dicitur, quoniam ipsa nulla alia indiget disciplina: Musica autem, vt & Geometria tum ipsius auxilio, supputationibus, proportionibus, num ἀριθμοῖς, numerus, Hebr. *Mispar*, à verbo *Saphar*, ordine, recensuit per gyrum & circulum. *Sephar*, phra. Gallis Chifre vel Siphre; inde illis frequenti deschifrer, varie vsurpata. *Sephorath*, numeri, Siphr *phræ* liber, libellus, in quo varia recensentur vel scrib Inuentam ab Hebræis arithmeticam Phœnices mercatu luerunt, aliisque populis tradiderunt.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

In Arithmetici anima omnium numerorum scientia ineſt. *Plato in Theæteto.*

Arithmetica scientia paris omnis & impariſ eſt in *dem.*

Arithmetica circa puros verſatur numeros. *in Plat. dial. 7.*

Arithmetica certior eſt Geometria. *Ariſt. pr. Met.* iunctæ per ſe quantitatis cognitio. *Amm. in Porphyr.* vtitur, vt vnitate, quæ ſine poſitione eſt: Geometria tionem habet. *Id. ibid. c. 23.*

Arithmetica omnes mathematicas ſcientias præc *Phyſic.*

Arithmetica proportio eſt, cum tribus, vel pluribus minis, differentia, quæ inter ipſos eſt, æqualitate ver vt 4. 3. 2. inter quas eſt vnitatis differentia, vt 4. tiam habet proportionem: 3. ad 2. ſeſquialteram. *cap. 1.*

Arithmetica vulgi differt ab Arithmetica Philoſophi vulgaris vnitates inæquales numerorum numerat: vt duo maxima: Philoſophi vero nunquam eos ſequuntur nullam vnitatem, ab vnaquaque partium vnitate diuer *Plato in Philebo.*

Arithmetica magis differt à phyſica quam Geom Geometria conuenit cum phyſica in ſubiecto (etenim num, licet differat in prædicato. *Albert. Magnus, cap. 8.*

Arithmetica eſt certior & prior muſica: prior, qui tur principis eius ad aliud: certior, quia certitudo pro transmutationem materiæ ſenſibilis: vnde quanto m tur ad eam, tanto ſcientia eſt minus certa. *D. Thom ppl.*

Arithmetica eſt ex pauciioribus, & geometrica ex oportet vt ſit ex compoſitioribus. *Alexand. de Alexa phyſic.*

Arithmetica & computatoria differt, quia Arithm par & impar verſatur: computatoria par & impar conſi modo multitudinem, & ad ſe ipſa & inter ſe habent. *gia.*

Arithmetica maiorem laborem & diſcendi & tracta quam aliæ ſcientiæ. *Idem de republ. dial. 2.*

Arithmeticæ omnis ars, & omnis ſcientia cogitur *Plat. de republ. dial. 7.*

Arithmetices diſciplina vtilis multis modis eſt, & cognoſcendi gratia & non cauponandi ipſam ampli *dem.*

Arithmeticam ſi quis auferat, omnes artes auferen manent, & omnes in totum peribũt: verum ſi quis diuin talem originem inſpexerit, in qua pietas erga Deos & gnoſcitur, cognoſcet quantum numero opus ſit, nam ca numeris opus habet in moribus & ſonis, & quod mu numeri omnium bonorum cauſa ſunt, ex quo cognoſci omne malum & omnis motus rationis expers, & inde rhythmo eſt & inconcinnus: & omnia quæ cum malo nem habent, eſſe absque numero, oportet tandem ſtru qui felix futurus eſt, & qui iuſtum & bonum, & pulchrum huiuscemodi ignorat, nemo vnquam vero opinione app ſe ipſum & alium perſuadendum omnibus numeris v *in l. ap.*

Arithmetica muſicam præcedit antiquitate, cum & ab opifice prius diuiſa ſit. deinde rationibus collecta *Proclus in Eucl. lib. 1. c. 12.*

Arithmetica Geometria certior eſt, quia eius princ ciora ſunt, & ſic Geometria Sphærica certior eſt: & Arit item Muſica & Geometrica, Mechanica, Perſpectiua & Spec *Idem in Eucl. l. 2. c. 2.*

Arithmeticæ tres ſunt partes, linearum, planorum & numerorum conſideratio. *Procl. in Eucl. 1. c. 13.*

¶ SCRIPTORES.

☞ Qui primo Arithmeticam inuenerint. *Polydor. Virg. l. Cælius Rhodig. l. 18. cap. 34.* Qui primus numeros inuen *dor. l. 1. cap. 19. Cael l. 22. cap. 15.* De Arithmeticæ vſu. *Val* Numerorum rationem non eſſe contemnendam. *Cælius* 22. c. 11. De Arithmetica huiusque vtilitate & præſtantia, *Ioachimi Rhætici ſeorſim, & cum Philippi Melanth. ar* preſſa.

Arma.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

ARMA, Græce ὅπλα τὰ dicuntur, & ὁπλίτης, ὁ, armatus. Sunt arma quæcunque rei instrumenta. Omnia bellica instrumenta, quibus hostes arceri possunt, arma dicuntur, ab arcendo hoste, Varroni placet. Quare fustes, saxa, aliaque huiusmodi, arma esse Cassii iurisconsulti affirmat, quoties his ad hostes arcendos vtimur. Sunt itaque arma bellica ocreæ, caligæ, lanceæ, loricæ, thoraces, hastæ, bastæ, hastiles, hastulæ, hastilia, hastilia, hastilia

Superbus & arrogans vocatur indoctus. *Ibid.* 21.
Abominatio Domini est omnis arrogans. *ibid.* 16.
Noli te extollere in faciendo opere tuo. *Eccles.* 10.
Quid est homo? & quid est gloria illius? *ibid.*
Dies Domini super omnem superbum & excelsum arrogantem, & humiliabitur. *Esai.* 2.
Arrogantes sortium humiliabo. *ibid.* 13.
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni, &c. *Esai.* 40.
Non glorietur sapiens in sapientia sua. *Ier.* 9.
Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui. *Ier.* 49.
Respondebit arrogantia eius in faciem eius. *Osea* 5.
Visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa. *Soph.* 1.
Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. *Luc.* 17.
Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cœlo. *Ioan.* 3.
Quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ a solo Deo est, non quæritis? *Idem* 5.
Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. *Idem* 7.
Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris? 1. *Cor.* 4.
Non est bona gloria vestra. 1. *Cor.* 5.
Qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est. 2. *Cor.* 10.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Horatius.

Metiri se quemque suo modulo, ac pede verum est.

Pindar.

Oportet iuxta suam quemque conditionem ὁμιλεῖν, & rei spectare modum.

Martial.

Qui sua metitur pondera ferre potest.

Horat. in epist.

Me libertino natum patre, & in tenui re,
Maiores pennas nido extendisse loqueris,
Vt quantum generi demas, virtutibus addas.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Ex copia, atque rerum omnium affluentia, primo arrogantia nata est. *De lege Agr. ad pop. contra Rullum Cic.*
Deforme est de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. 1. *Offic.*
Quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij atque eloquentiæ multo molestissima. *Diuin. in Verr.*
Est minimè inepti hominis, & cuiusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsam detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogunt, vt apud Platonem, Socrates in cœlum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, cæteros: se autem omnium rerum inscium fingit & rudem. *De clar. Orat.*
Ex animi habitu, & quia talis est omnis arrogans iudicatur: vt & mendax, qui duplex est: alius mendacio ipso delectatur: alius gloriæ quæstusque causa mentitur. Atque ij quidem qui cupiditate gloriæ aliquid sibi tribuunt, ea sibi sumunt omnia, quæ vel ad laudem, & beatam vitam pertinent. Qui autem ipe quæstus ea sibi vendicant, quæ etiam vsui sunt proximis, quæque se minus adsint, celare & occultare licet. *lib.* 4. *Ethic. c.* 7. *Arist.*
Simulatio si in maius progrediatur, arrogantia, & qui eam habet, arrogans appellatur. *l.* 2. *Ethic. c.* 7.
Arrogans appellatur is, qui sibi res magnas & præclaras sumit & vendicat, cum non insunt: vel maiora, quam quæ insunt. *libro* 4. *Ethic. c.* 7.
Qui mentiuntur, vtrique sunt illi quidem vituperandi: sed maiore quadam ratione arrogans. *ibid. & l.* 1. *Mag. Mor. c.* 32.
Qui maiora sibi quam quæ insunt, vendicat & sumit, rei nullius causa: est ille quidem improbo similis: & tamen stulti potius quam praui speciem gerere videtur. Qui autem alicuius rei causa id facit, si gloriæ vel honoris, non est ille quidem admodum vituperandus, qualis est arrogans. *l.* 4. *Ethic. c.* 7.
Arrogans quoniam deterior est, veraci videtur opponi. *ibid.*
De seipso sæpius loqui, prædicare, polliceriq; multa: aliena quoque benefacta, asserere, & vendicare sibi, arrogantiæ est. *lib.* 2. *Rhet. cap.* 6.
Nec verò facultate ac potestate arrogans, sed animo ac voluntate cernitur. *l.* 4. *Ethic. c.* 7.
Arrogans audax videtur esse, sibique fortitudinem vendicare. Itaque quo ille animo in rebus asperis est: eodem hic cupit videri. Quocirca quibuscunque rebus potest, eum imitatur. Ita fit vt plerique eorum ita audaces sint, vt etiam ignaui simul sint, θρασυδείλους vno verbo Græci vocant. Cum enim hi audaciam præ se ferant: tamen nunquam res formidolosas subeunt. *l.* 3. *Ethic. c.* 7.
Arrogantia victoriam sæpè comitari solet. *Dion. Halicarn.* 6.
Arrogantia solitudinis est socia. *Plut. in Dione.*
Arrogantiæ vacuitas magnum est ad manutenendum viaticum: contra arrogantia molesta est, plurimumq; procreat. *Plut. in Comp. Aristidis & Catonis maiori.*
Plerumque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia adhærere solet, vt eo recurrant, & cupidissimè petant, quæ prius contempserunt. *Cæsar lib.* 1. *de bello ciuili.*
Auaritia & arrogantia sunt præcipua validiorum vitia. *Herod. hist. lib.* 1.
Deus non sinit alium præter se altum sapere. *Herod. lib.* 1.
Arrogantis nomen mihi rectè vsurpari videtur in eo, qui mulant esse ditiores & fortiores, quam sint; & ea se esse simulant, mittunt, quæ præstare nequeunt, idque manifestè faciunt, vt accipiendi quippiam & lucrandi gratia. *Xenophon apud Stob. serm.* 22.
Mendacium quoddam duplex est, quod committitur in re & minora dicendo, aut maiora & splendidiora quam vera. Hoc quod fit circa minus dissimulatio dicitur: illud verò circa maius, arrogantia. *Themist. apud Stob. serm.* 12.

¶ Apophthegmata.

Democrates iam senex ascendens in arcem Athenarum, perhelosus, idem se facere dixit, quod Athenienses solerent, magnum quidem spirare, parum autem valere. *Stob. serm.*
Bion arrogantiam dicebat esse profectus obstaculum. Nihil enim est, qui malunt doctas videri, quam esse. *Laert. lib.*
Demonax, ad Agathoclem Peripateticum arrogantem se & solum & primum esse dialecticorum: Si solus, inquit, primus esse potes? si primus, qui solus? *Erasm. lib.* 8. *apoph.*
Idem, Cynico cuidam arroganter iactanti pallium, baculum, ac subinde vociferanti, se Antisthenis, Cratetis sectatorem esse. Impudenter, inquit, mentiris, quum non discipulus. Alluserat ad vocem ὑπερηφάνου, quod est perarrogans despicere. Est autem & rhetoris nomen Hyperides. *Erasm. apoph.*

¶ Similitvdo.

Diogenes, In arrogantia, quemadmodum in aliis, non similia sunt interiora exterioribus. Item arrogans pastor quoquo libet vulgus hominum ducit. *Stob. serm.*

¶ Adagia.

Homo Bombylius. Βομβύλιος ἄνθρωπος.
Dicitur verbosus multrq; strepitum, cæterum inutilis.
De pulmone reuellere.
Fruco qui est, sultam & arrogantem opinionem mere. Pers.
Dum cæteres auitas tibi de pulmone reuello.
Ipse dixit, αὐτὸς ἔφα.
Quoties tanquam cuiuspiam autoritatem significemus, vel citra rationem, ad quam res credendum sufficiat.
Auro loquente, nihil pollet quæuis oratio. χρυσοῦ λαλοῦντος ἀπραγμάτευτος λόγος
Prouerbium indicat munera vbique longe plurimum valere.
Wann Goldt redt, muß schweiget alle Welt still.
Ne mihi Sardonius essem.
Ne mihi ipse blandirer, ac stulte meipsum admirarer.
Ne sutor vltra crepidam.
Id est: Ne quis de his iudicare conetur, quæ sunt alterius alienæ artis.
Gigantum arrogantia. Γιγάντων ἀνόησια.
Gigantum amentia. Vbi quis viribus suis fretus, non consilio res non tentandas moliretur. Zenodotus.
Magis sibi placet, quam Peleus in machæra. μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ.
In eum competit, qui præter modum in re quapiam se actumet.
Hic Rhodus, hic Saltus. ἐνθὰ Ῥόδος, ἐνθὰ πήδημα.
Vulgo iactatum de ijs, qui sese de negotio iactarent, cuius fides non extaret. Conuenit item, vbi quis in re, quod alibi se fecisse iactat. Æ sop.
Atticus in portum. Ἀττικὸς εἰς λιμένα.
In eos dicebatur, qui illic virtutem ostentare solent, vbi est, atque vbi nihil opus est.
Calliphanes. Καλλιφάνης.
Ridicula quædam huius nominis ambitio, præsertim in loquendo. Aiunt enim huic fecisse Poeta amorem, vt diuersorium & orationum initia conscriberet ad res, aut quæ eas pronunciaret, ostentaretq; quo commentum ingenium & eruditus videretur. Archelaus.
Bullatæ nugæ.
Ventosa atque inania, bullæ dicuntur. Persius.
Bullatis vt mihi nugis

atrugesc at.
ubili suspensa hædera nihil est opus.
*Præclara per se plana virtus non eget alienis præconiis. Præclara per se plana virtus non eget alienis præconiis. Præclara per se plana virtus non eget alienis præconiis.

Ars est habitus quidam faciendi cum vera ratione *secundum Arist. l. 6. Ethic.*

Ars est recta ratio factibilium, & habitus operatiuus. *secundum B. Thom prima Secun q. 57. art. 3.*

Ars est operis ratio; omni adiuncta materia. Differt autem ars ab experientia: *secundum Arist. lib. 1. Methaphysices:* quod Ars est vniuersalium: Experientia vero singularium.

Ars est rei cuiuscunque scientia, vsu, vel traditione, vel ratione percepta, tendens ad vsum aliquem vitæ necessarium: *secund. Diomed.*

Ars est potestas, viam, id est, ordinem efficiens, vt Cleanthes voluit *secundum Fabium l. 2.*

Ars dicitur, quòd arctis præceptis & regulis cuncta concludat, vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est à virtute. Quare veteres artem pro virtute appellarunt *secund. Diomedem.*

Ars Hebr. *Melachah*, à verbo *Lachad.* comprehendit, apprehendit, assequutus est: nempe artem quam profitetur. *Il à apris son mestier.* Hinc per apocopen, λήχω, id est, consequor, capio; & λαγχάνω, consequor, nanciscor, capio.

¶ Sententiae Poeticae.

Ouid. 6. Met.

Non illa loco, neque origine gentis
Clara, sed arte fuit.

Ibidem.

Lydias tamen illa per vrbes
Quæsierat studio nomen memorabile, quamuis
Orta domo parua, paruis habitabat Hypæis.

Ouid. 1. Pont. 7.

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
Fector a mollescunt, asperitasq; fugit.

Idem 2. Ponto.

Artibus ingenuis quæsita est gloria multis.

Ouid. 1. Art.

Discе bonas artes, moneo, Romana iuuentus,
Non tantum trepidos vt tueare reos.

Idem. 2. Art.

Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura fit, & linguas edidicisse duas.

Ouid. 1. Art.

Arte citæ veloq; rates remoq; reguntur,
Arte leuis currus, arte regendus amor, &c.
Sed tamen & tauri cervix onerator aratro,
Frenaq; magnanimi dente teruntur equi.

Ouid. Philom.

Psittacus humanas depromit voce querelas,
Atq; suo domino χαῖρε sonare q; vale.
Pica loquax varias modulatur gutture voces,
Scurriliter strepitu quidquid & audit, ait.

Persius Proœm.

Quis expediuit Psittaco suum χαῖρε,
Picasq; docuit nostra verba conari?
Magister artis, ingenij; largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.

Stat. 2. Sil. 4.

Psittace dux volucrum domini facunda voluptas
Humanæ solers imitator psittace lingua.

Horat.

Nauem agere ignarus: nauis timet: abrotanum ægro.
Non audet, nisi qui didicit, dare. *Quod medicorum est.*
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.
Scribimus indocti, doctiq; poemata passim.

Idem.

Quam scit vterq; libens, censebo, exerceat artem.

Verinus.

Altera natura est habitus: quam iunior artem
Perdiscas, tollet nulla senecta tibi.

Ouid. 4. Triſt.

Sola comes nostra perstitit illa fugæ.
Sola nec insidias inter, nec militis ensem.
Nec mare, nec ventos, barbariemq; timet.

Ex Comicis Græcis,

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀτυχίας ἀνθρωπίνης
Παραμύθιον, λυκοτρεφὲς ἀνθρώπῳ τέχνης.
Ἐπὶ τοῦ μαθήματος γὰρ εἰσηκὼς οὐδένους
Αὐτοῦ, λελυπῆσ' παραπλέοντας συμφορᾶς.

Solamen arte dulcius mortalibus
Non esse possit omnis infortunii.
Mens namq; studio haud sentit artis dedita
Mœroris oram se sui præteruehi.
Πολύν' ἐσικτήματο τιμιώτατον
Ἁπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ ζῆν, τέχνη.
Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος καὶ ματαβολὴ
Τύχης ἀνάλωσαν ἡ τέχνη τί σωζεται,
Haud vlla pretiosior hominibus omnibus
Possessio, Arte vita & vtilis magis.
Sortis etenim dubiq; Mauortis vices,
Vt cætera rapiunt, manet salua ars tamen.
Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.
Ars est hominibus portus infortunii.

Vide reliqua Comicorum Græcorum dicta apud Stob.

¶ Philosophicae Sententiae.

Recte vero se habet quod secundum artem fit.

Nonne scis; oportere eos qui aliquid docturi sunt, prius ceant intelligere. *Plat. in Alcib.*

Etsi ingeniis magnis præditi quidam, dicendi copiam ne consequuntur, artis tamen est dux certior quam natura nim est. poetarum more verba fundere, aliud, ea quæ & arte distinguere. *Cic. 4. de fin.*

Quæ bona sunt meliora fieri possunt arte: & quæ non liquo modo acui tamen, & corrigi possunt. *Cic. 1. de Or.*

Artes & studia quæ ad lucrum conducunt, libenti complectuntur, cætera spernunt. Hæc igitur vna cauti aut aliud quicquam honestum, bonumq; officiū curem bili auri & argenti cupiditate, & honesta pariter & inhone cia complectantur: & quoduis agant, seu fas, siue nefas vt pecunias cumulent, quibus subministrantibus velim tri & Veneri seruiant.

Duas vero artes, aut studia duo, diligenter exercere tura non potest. *Plato Dial. de Leg.*

Omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, haben quoddā vinculum, & quasi cognatione quadam inter tur. *Cic. pro Arch. poeta.*

Omnis ingenuarum & humanarum artium doctri dam societatis vinculo continetur. *Idem 3. de Orat.*

Perfecta ars fortunæ lenocinio detecta, fiducia iusta quamque scit se laudem mereri, eam etsi ab aliis non im mestico tamen acceptam iudicio refert. *Valer. Max. lib.*

Non longitudo ætatis, aut annorum numerus, aute tradit: sed continua exercitationis meditatio. *Veget. lib.*

Qui secundos optat euentus dimicet arte non casu. *præfat.*

Quis dubitat artem bellicam aliis omnibus esse pe quam libertas retinetur, dignitas propugnatur, imperi uinciæ conseruantur? *Idem eod. lib. c. 10.*

Ars oratoria facultas est animos hominum ducendi eius pars versatur in ratione ac via affectus humanos cu res, tum incitatiores regendi: qui cum sint tanquam quidam animi, concinnè admodum pulsari tractan *Plut. in Pericle.*

Arte parendi & imperandi nulla est præstantior. *Ma silao.*

Artes bonorum fontes esse aiunt. *Xenophon. de inst lib. 7.*

Fieri non potest, vt qui multas artes exercet, multa pra at. *Idem, lib. 8.*

Necesse est eum qui opere breuissimo occupatur, etiam optime efficere *Ibid.*

Antiqua est prudens que sententia, Omnes artes in m consistere. *Veget. lib 2. c. 24.*

Sapientissimi artis suæ professores sunt, à quibus & dia verecunde, & aliena callide æstimantur. *Valer. Ma cap. 12.*

Omnium magnarum artium, sicut arborum mag delectat: radices stirpesque non item. *Amm. Marcell. stor.*

Mortalium varia excogitantum artificiosæ manus, quin ipsa cum natura, res vtiles producente, in certam dant. *Constant. Manasses Annal. p. 126.*

Artium fere omnium species duæ sunt, agricultura, corporis mortalis cura, & facultas omnium, quæ circa aliquod fictum versatur, quæ communiter dicuntur lia, & quæ hæc imitatur: vniuersa inquam facultas di vno quodam communi nomine nuncupari debet. *Pla phista.*

Omnes artes aut in acquirendo, aut in efficiendo ver *ibid.*

Artium alias à principio necessitas constituit, & in diem conseruat. Omnia docuit necessitas: quam etsi cessariam non inueniret? Artem texendi, ædificandi nam, agriculturam, & quæcunque circa agriculturam necessitas produxit. Alias vero voluptas quædam, qua artes vnguentariorum, obsonia parantium, & vniuersa studentem artem, quam κομμωτικὴν appellant, atque floridis coloribus lanas inficit. Nonnullæ vero sunt, quæ babilem vel exquisitam rationem aut puritatem ap

discunt ac excolunt: vt arithmeticen, geometriam, harmonicem, & astrologiam, quas Plato ait, quamuis negleas, nobis per propriam sibi gratiam augeri. *Plutarchus*

& aliæ artes nonnullæ huius persimiles ab actione cognitionem verò tantum exhibent. Quæ verò ad archimanuum ministerium pertinent, scientiam actionibus mittunt: corporaq; ab illis effecta, quæ ante non erant, cunctas scientias diuide: agentem vnam, alteram colummodo nomina. Sint ergo scientiæ species duæ, scientia tota. *Plato de regno.*

vocantur mechanicæ, abiectæ omninò sunt, ac iure à rebantur: quippe quæ corpora exercentium atterant, homines atq; vmbratiles esse cogant, nonnullæ verò designi incumbere impellant. Eneruatis deinde labo- necesse est animos debilitari, ac quodammodo ægro- huiusmodi viri vix satis commodè cum amicis, tum vacare possunt: videnturq; inepti & ad amicorum fa- & ad opem patriæ ferendam, Quinetiam in nonnul- omnibus ciuibus interdictum est mechanicas artes *in Oeconomico.*

¶ Apophthegmata.

Periandri Cypselidæ F. videns Periandrum, qui arte medica fuerat, infelicia carmina scribentem: Quid (ait) Periander, vt pro insigni medico malus poeta vocari Notauit hominis stultitiam, vt qui se in ea re exercere quæ nihil omninò valebat, nec natura, nec ingenio. *Plut.*

Zopyrus Physiognomon cum profiteretur se homines naturas q; ex corpore, oculis, vultuque cognoscere: Socratem, stupidum tardumque esse dixit: quod cum Alcibiades, irridens hominem, ait, scilicet, rem acu tetigisti. *cap. 10.*

audiens quendam promittentem, se traditurum ei arte artificium, qui tamen in acie nunquam fuerat: dixisse sibi imperatore, vel belli duce, cuius aures tubæ quam circumierit. *Stob. serm. 32.*

quum ad Antiochum exul Ephesum venisset, ab hoc natus est ad audiendum Phormionem Peripateticum: posuisse aliquot horas de imperatoris officio loquutus dere etiam militari multa disseruisset, delectati vehemen- erant, ab Hannibale quæsierunt, Quidnam de Phor- diceret: respondisse fertur, Multos se deliros senes sæpe vi- qui magis quam Phormio deliraret, se vidisse neminem. *cap. 10.*

iurisperitus, si quis negotium ad ipsum detulisset, in quo putabatur, dicere solebat: Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem Gallus, aliud esse officium iurisconsulti, aliud oratoris. excelle de his quæ ad alienam professionem pertinent, re- *Tul. in Topicis ad Trebat.*

Apollodorus insignis architectus, cum Romæ præclara aliquot erigeret, reprehensus ab Hadriano nondum Imperatore, quia in repeccasset, respondit: Abi potius, & cucurbitas tuas quidem ædificandi artem planè ignoras. *Dion. Ni- Xiphilin. in vita Hadriani.*

Lacedæmonius cuidam percontanti, quid ipsi videretur poeta? Bonus, inquit, ad deprauandos iuuenum ani- *Plut. in Laco. apoph.*

quum audisset filium suum quodam in loco scitè ce- gauisse, dicens: Non te tui pudet, qui noris tam bene ca- *Plut. in apoph.*

interrogatus, vter melior tibicen videretur, Python ne Polyperchon, inquit. Is erat egregius dux exercitus. omnes artes, quæ cum re militari nil haberent com-

Mathematicis audierat, fore vt aliquando deijceretur im- que Græcum Iambicum dimetrum identidem vsurpabat.

Τετίμηται κἀκεῖ γῆ τρέφει.
Id est,
Terra quæuis artem alit.

tantum profecisse bonis literis, vt etiam si ab imperio de- quauis regione, ob insignem scientiam posset haberi in *Plut. et Sueton. in eius vit. a.*

Lacedæmonii, quoniam seueriores erant, ac moribus incorru- belliq; gloriam potissimum spectabant, contemnebant artes, quæ ciuium animos videbantur emasculare, & à vera ad otiosam ostentationem traducere. Nam & Roma cum quæ- germanam illam austeritatem. Græculos professores Hoc genus studiis nulla Græciæ pars corruptior erat, Athenis, vbi Gorgias, Lysias, Isocrates, Prodicus, alijque innu- magno cum applausu populi, nec mediocri mercede *Plut. Eras. lib. 1. apoph.*

Diogenes, cuidam adolescenti, lusum quendam amatorium eleganter in balneis exhibēti, quod Græci vocant παιδιὰν ἐν. Quo melius, inquit, hoc deterius: damnans improbitatem artis, qualis est alea: cuius quo quisq; est artifex melior, hoc vir est deterior. *Laert. lib. 6.*

Idem, Euclidis scholam, quod arguta quidem, sed ad rectè viuendum inutilia docere videretur, χολὴν, id est, bilem, ac molestiā appellabat, quum schola Græcis sonet otium: & Platonis διατριβὴν, id est, exercitationem, κάλαγρον, id est, contritionē voce deprauata vocabat, quod à communi vita semotus, disputationibus insenesceret, quum Diogenes in publico viuens, mallet philosophicè viuere, quàm disputare. *Laert. lib. 6. cap 1.*

Plato, Anniceris quidam Cyrenæus, aurigandi peritia insignis, & vt egregius artifex, ita gloriosus artis ostentator, venit in Academiam Platonis, atque illic rationes omnes procurrendi, flectendi currum, & per easdem interdum orbitas redeundi ostentabat. Admirantibus igitur alijs, solus Plato negabat sibi videri probabile, eum virum, qui totum animum inutili studio dedisset, ad vllam rem grauem ac frugiferam esse idoneum. *Ælianus 3. de Var. hist.*

Anonymus, Hospes quidam apud Lacedæmonios, cum ipsi stanti interim altero pede, crepida in alterum induceretur, dixit cuidam: Non arbitror te, Lacon, tantum temporis vni pedi posse insistere, quantum ego possum. Lacedæmonius excipiens. Fateor, inquit: attamen nullus est anserum qui istud non possit. Iure deristr hominem, qui longo vsu didicisset artem, quæ nihil vtilitatis adfert Reipublicæ. Huiusmodi sunt artes præstigiatorum, funambulorum, & similium. *Plut. in Laconicis.*

¶ Similitvdines.

Visus accipit lumen suum à circumfuso aere: animus etiam lumen recipit ex disciplinis liberalibus, vt ad reliqua philosophiæ mysteria reddatur perspicax. *Laert. lib 5. c. 1.*

Vt frequentius conueniatur ad spectaculum vbi nonnihil theatricæ sapis confertur: Ita disciplinæ à pluribus coluntur, quæ præter voluptatem, ac dignitatem, emolumentum etiam, & commoditatem adferunt. *Plut.*

Arbor suapte natura non nisi vnicum fructum gignit, insitione eadem diuersi generis fructibus oneratur: Ita qui naturam suam sequitur, semper idem est: qui arte ducitur, sui dissimilis est. *Plin. lib. 17. c. 14.*

Rhombus, & squatina, & rhaia, & pastinaca, cum tardissimi sint piscium, tamen sæpè reperiuntur habentes in ventre mugilem omnium velocissimum, solertia & ingenio capientes. Ita quidam arte superant longè potentiores opibus aut viribus. *Plinius libro 9. cap. 42.*

Sicut vina & poma subacerba, vetustate mitescunt, dulcescunt- que: sic ætatis intolerantia longo rerum vsu mitigatur.

Plutarchus testatur se vidisse in Africa canes qui lapillos in aquam aggesserint: donec aqua eo surgeret vt contingi posset. Idem narrat de cane conijciente lapillos in amphoram oleariam: Ita nobis quod viribus diminutum erit, arte supplendum est. *Erasm.*

Nihil proderit dare præcepta, nisi prius amoueris obstantia præceptis: non magis quam proderit arma in conspectu posuisse propiusque admouisse, nisi vsum manus expediantur, vt ad præcepta quæ damus possit animus ire. *Sen. epist. 95.*

Quemadmodum folia per se viuere non possunt, tantum desiderant cui inhæreant, ex quo trahant succum: sic ista præcepta, si sola sunt, marcent, infigi volunt sectæ *Sen. epist. 95.*

Vt ingentia pondera, quæ nullis hominum viribus tolli possunt, machinis facile tolluntur: Ita quod vi nequis efficere, ratione & arte facilè efficies. *Anonymus.*

¶ Profana Exempla.

Athenienses acceptum referunt auctores celeberrimi lanificium, oleum, vini vsum, arandi serendiq; frumenta, glande vescentibus præmonstratam rationem. Vnde & Antochthonas esse cognominatos scribit in Theologumenis Apollodorus, quoniam terram primi colere adorti sunt. *Cœlius lib. 18. c. 25. A. L.*

Liuius libr. 33. & 34. sed maxime libr. 39. In Catone, inquit, tanta vis animi ingenijque fuit: vt quoquo loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur: nulla ars neque priuatæ neque publicæ rei gerendæ ei defuit.

Indi & Brachmanes edito infanti curatorem & vitæ magistrum custodemque adhibebant: vt sub legibus & magistratibus, bonis disciplinis formatus, salutaribus exemplis erudiretur. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25.*

Oricadmus luctæ & pugillationis legislator, Siculum morem pugillandi excogitauit. *Ælian. lib. 11.*

Gothorum iuuenes olim adeo perfectè artem gladiatoriam addiscebant, vt aduersam frontem ineuitabili ictu ferirent. Si quis recepto ictu palpebris conniueret, aula eiectus st. pendijs defungebatur. *Ioan. Mag. lib. 7. c. 14.*

Nunquam tam occupatus Apelles fuit, vt diem prætermitteret, in quo nihil pingeret, artem exercens. Vnde ſubducens ſe à negotijs dicere ſolebat. Hodie nullam lineam duxi. Quæ vox abijt in proverbium.

¶ Hieroglyphica.

Per Vectem artem humana induſtria comparatam, quæ naturam longè vincat, indicamus, negotia verò perdifficilia minimo conatu confecta. *Pier. Val. l. 48. pag. 476.*

Artemidorus coniector artes *ex manu* ſignificari ea de cauſa dicit, quod earum opera artes exerceantur. Et Cicero ait, Natura dedit homini *manus* multarum artium miniſtras. *Idem libr. 35. pag. 328.*

Vaſa ſterilibus ardoribus & inutilibus fructibus oppleta, hieroglyphicè inanes artes vanasque diſciplinas oſtendunt. Per ſteriles enim & inutiles fructus in Diuinis literis artes illæ intelliguntur, interprete Philone, quæ contra veritatem iuſtitiamque comparantur. *Pier. Val. l. 56. p. 543.*

¶ Emblemata.

Ars naturam adiuuans.

Emblema XCVIII. And. Alciati.

Vt ſphæra Fortuna, cubo ſic inſider Hermes?
Artibus hic varijs, caſibus illa præeſt.
Aduerſus vim fortunæ eſt ars facta: ſed artis
Cum fortuna mala eſt, ſæpè requirit opem.
Diſce bonas artes igitur ſtudioſa iuuentus,
Quæ certa ſecum commoda ſortis habent.

¶ Apologvs.

Cornix.

Sitiens cornix reperit in vrna grandiuſcula, aquæ non multum. Quam cum attingere arido roſtro non poſſet, lapillos quam plurimos in vrnam deijcit, quibus ſundum occupantibus, ad labrum vrnæ aqua ſubijt, & potandam ſe cornici præbuit.

Docet fabula, multas res arte obtineri, quas nullæ vires aſſequi potuiſſent. *Ioach. Camer. lib. fabul. p. 210.*

Aruſpex.

¶ Definitiones et etymolog.

Aruspex. Aruſpices nuncupati ſunt, quaſi horarum inſpectatores. Dies enim & horas in agendis negotijs operibuſq; cuſtodiunt, & quid per ſingula tempora obſeruare debeat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inſpiciunt, & ex eis futura prædicunt. *Iſid. l. 8. Orig. c. 9.*

Aruſpex, ſeu Haruſpex, Hebr. *Koſem*, à verbo *Kaſam*, quod medium eſt, modò enim in bonam, modò & ſæpius in malam partem ſumitur, & ſignificat diuinauit. Aruſpicina damnatur *Deut.* 18. 10. Exempla, 1. *Sam.* 28. v. 8. 1. *Reg.* 17. v. 17. *Ezech.* 13. 6. 23. & 21. *verſ.* 26. *Mich.* 3. v. 11. In bonam partem diuinatio, *Koſem*, accipitur, *Prouerb.* 16. 10.

Græci ὀρνιθέιαν, οἰωνιστικὴν, οἰωνομαντέιαν, ὀρνιθοσκοπικὸν, ὀρνιθομαντεῖον. Græci nominarunt obſeruationes rerum futura portendentium, interpretationesque & diuinationes ac reſponſiones aruſpicum. Latini Aruſpicinam & Augurium.

Dionyſius Halicarnaſſ. teſtatur Romanos vocare ſolitos Aruſpices eos, qui omnis generis diuinationem eſſent periti, cùm ex rebus cœleſtibus, tùm ex ijs quæ in aere fiunt & terra, futura prædicendi. Et aruſpicum nomen ἐξοσκόπων appellationi adeo cognatum eſt, vt ex eadem origine ambo tracta videantur.

Apud Romanos, ſi quid inſueti acciditſſet, nunciatumue eſſet, ad Aruſpices mox, veteri more inſtitutoque referebatur, qui docerent quid Dij præmonſtrarent, quidue poſcerent: & de illorum reſponſis ſacra aut nouata ac redintegrata, aut reparata: comitia turbata, vel ſoluta, vel prorogata: tum tractationes, quæ inchoatæ erant, finitasac ſuſpenſas, & reſciſſa decreta legimus. Veteri lege Prodigia & potenta ad Hetruſcos aruſpices, ſi Senatus iuberet, deferebantur, & principes in Republica Hetruriæ diſciplinam diuinatoriam diſcebant. Sed dij gentium cacodæmones, & artes illæ damnatæ atq; abominabiles coram Deo pronunciantur. Deut. c. 18.

Donatus in Phormionem Terentij Haruſpex, inquit, ab Haruga deriuatur, quæ eſt hoſtia, ab hara, in qua concluditur & ſeruatur. Cicero de diuinatione, libr. 3. Haruſpicinam Reipublicæ cauſa communisque religionis colendam eſſe cenſet. Nonnulli Haruſpicinam artem diuinandi ex inſpectione extorum σπλαγχνοσκοπίαν appellant, Græcis & Romanis in ſacrificijs familiariſſimam.

Aruſpicinam primus Hetruſcis tradidiſſe dicitur, quidam Stages. Hic ex horis aruſpicinam dictauit: & poſtea non [illegible] dicitur fabuloſe, arante quodam ruſtico ſubito ex gl[illegible] Aruſpicinam dicta eſſe, qua die & mortuus eſt. Quo [illegible] ex Etruſca lingua in propriam mutauerunt. *Iſidor l. 8. c.*

¶ Philosophicæ Sententiæ

Franciſcus Petrarcha.

De promiſſis Aruſpicum. Dial. cxii.

Gavd.

Aruſpices mihi multa pollicentur. R. Inueniſti [illegible] hominum, cui ſi credas, ſemper pendeas, ſemper ſpem [illegible] res vnquam aderunt promiſſæ, neque enim vnquam [illegible] miſſores, ſi res hinc profugas captans, hinc promiſſi[illegible] nio ſemper more rotaberis. G. Spem bonam mihi [illegible] ſpices. R. Non maius ſpem eſt credulo quam me[illegible] ferre, conſtantes animi neutram in partem facile in[illegible] ta vndiq; mihi promittunt mathematici. R. Nihil promi[illegible] promiſſis affluere ijs qui careant pudore, quos me[illegible] det, ad promittendum tardi ſunt. G. Læta ſponde[illegible] R. Sponſores quære alios ſeu pignus, promiſſi fragile [illegible] do verbo malè creditur. G. Multa promittunt mathem[illegible] re qui promiſſum impleat, ſatis eſt ſpem dediſſe, non [illegible] dare omnia. G. Promiſſis aruſpicum experrectus ſum. [illegible] pieris euentibus, nihil eueniet promiſſorum. G. Magn[illegible] rare. R. Mirum vt animus hominis qui virtuti com[illegible] tati verò nimis obediens. Vnum aliquid, idque optim[illegible] la, contemnitur, quicquid hæc iuſſerit, difficile licet [illegible] paretur. G. Mathematici læta pronunciant. R. Miri [illegible] ra ſola qui nouerint, præteritorum, atque præſentium [illegible] in cœlo ſunt ita nuntient, quaſi concilio cœleſtium [illegible] centique nunc inde veniant memoria, cum tamen [illegible] terris, quid in patria, quid in domo, quid in thalamo [illegible] ſciant. Sic penitus verum eſt quod apud Tullium legis, [illegible] te pedes nemo ſpectat, cœli ſcrutantur plagas. G. [illegible] mathematicus inſignis, & verax. R. Quo diuinans inſign[illegible] tiendi libertas maior, & fides pronior mendacio eſt. Sa[illegible] mirari ſoleo, noſterq; non immeritò miratus eſt Cice[illegible] in genere nouum inſuetumq; accidit, vt cum in cunctis [illegible] multa vera memorabili vno mendacio obſcurentur, [illegible] des in poſterum loquentis fiat, in his contra grauibus [illegible] cijs vna leuis ac fortuita veritas, velum quoddam & [illegible] blico fidem quærit, ſi quando vel ſemel (quoniam nem[illegible] dax vnquam fuit, quin quandoq; verum dicerer) noſtr[illegible] ignarus vni horum veri fortè aliquid effluxerit actum [illegible] hodie de cœlo aſtra denunciet, creditur. Deniq; ſine vl[illegible] mendacij mentiri poteſt omnia, quiſquis ſemel potuit [illegible] Vnum enim illud memorat præceps in futurum prom[illegible] teriti ſic oblita credulitas, ac deceptoribus ſuis fauens. [illegible] læta nunciantibus credo. R. Furentibus credere furor [illegible] quamuis hic Cicero videatur ſenſiſſe aliter, conuenien[illegible] nomen à Græcis inditum quam à veſtris iudico. Latini [illegible] ſeu à diuinitate diuinationem, illi autem quod eſt mani[illegible] re dixerunt. Vos fortaſſis ornatius, at illi verius. Hanc [illegible] res vno omnes ore condemnant, Ambroſius, Augu[illegible] que, qui ſi fortè (quando inter multos hic quoque m[illegible] ualuit, vt inter hos garrulos in quæſtione veri ob ipſum [illegible] nis ſuę nomen ſuſpecti habeantur verę fidei profeſſores [illegible] erunt, cum omnibus idem ſentientibus, qui ſunt innume[illegible] uis diuinationem improbent diuini viri, quid tandem [illegible] quidue ſuſpicionis vt non audiendus vnus, & in imb[illegible] maximus illorum Cicero videatur? Certè istorum hoc [illegible] ac fallaciarum genus damnat, rider ac deſpicit, & ad ſtu[illegible] ſis, quæ locus iſte non capit, omnis non tantum pia ci[illegible] quoq; philoſophia & quæ illam calle ſuo ſequitur porti[illegible] modo, ſed etiam docti omnes hanc reipuunt vanitatem [illegible] los, qui vel hinc viuunt, vel ab his ſeducti in eorum tem[illegible] ſunt; quorum damnis atque erroribus lucrum ſibi [illegible] faciunt, in qua illud ſummum ac præcipuum obſcur[illegible] tegere, & ſic biceps ambiguumque reſponſum dare, [illegible] videri poſſit quicquid euenerit, quod omnibus fum[illegible] profeſſis in commune prouiſum eſt: qua in re non [illegible] nulla eſt, non ingenium, quod ſine literis rerum q[illegible] eſt, ſed illorum calliditas, & audacia, & impudentia [illegible] vnde quod feſtiue admodum ait Cato ille rigidus, [illegible] non rideret aruſpex aruſpicem cum vidiſſet, id ad com[illegible] gures, aruſpices, ſortilegos, coniectores, Chaldæos que, [illegible] ticos, actotam quam dixi manticen trahi poteſt, tam [illegible] an illorum fraus turpior an ridiculoſior veſtra dementia [illegible] tamen argutijs atq; ratiunculis reſpondere facile, ſed [illegible] notum q, adeo tamq; à noris ac illuſtribus agitatum, [illegible] uacua tantum repetitio, ſed temeraria videatur. Veſtra [illegible] ptiſſimæ vanitati quid aliud dici poteſt niſi dignos vos, [illegible] munculis non terreſtrib, modo, ſed luteis, & nullius aſſ[illegible]

…rtis habentibus scientiæ insignis obtentu, & cœlo …fallamini. G. Persuasum est mihi prospera instare, …ilatio dulcis, læta, & tranquilla est. R. Imò quidem a… …rbida, sed vos sensu peridito de obiecto sensuum iudi… …Babylam sanè nullo negocio crediderint. Promptum est …lentibus, quibusdam persuasor necessarius non est, …em & occursus animantum, volatusque auium, & garri… …augurium ducunt. Ac si quoties te ista fefellerint re… …Sibi hic re vicinos interrogas, nisi vel tu vltro te fallis, vel …perroris quærunt, facilè deprehendes, quorsum his pre… …dium sit, nisi tres illi summi hominum rerumque mo… …Pompeius, Crassus & Cæsar iurati forte contrarium di… …ibus quod constet magno quidem omnium que fami… …sse Marco Tullio, Chaldæi omnes aruspicesque promi… …præclaro fine omnes beati senes in patria morerentur, …verum fuerit non expectas audire, ferro omnes, duo …m quam longissimè ab Italico Romanoque orbe, sedis …ulbino reconditis veneratis illis totoque diu formidatis …bus reliqua inhumati, ferarum & piscium morsibus, ac …ibus expositi cœci, & laceri, miserandum fortunæ spe… …uiere. I nunc diuinosque vates nega, qui tam certa pre… …homo successuum notitiam suorum, quæ sibi nulla est …perat. Quid hoc stultius fieri potest? quia si dijs pla… …regem visa aquila impendenti præripuit ruinæ, & …Romum instare carceris exitum, finemq; miseriæ, ac pro… …nium nunciauit supra verticem sedens bubo auis, alio …ina, cuiusque Vergilij carmine carmen ferale describitur. …rum omen incidit. R. Omen ab homine dictum nomen hu… …mentiæ argumentum est, quo aliquid semper non exter… …modò rerum, sed earum quoque quæ in vobis sunt animos …rarat, ne deliramentis animalibus vlla pars rerum vacet. …ibernutamenta seruorum, & natorum fortuitò lapsas vo… …ritis, non quo vis illarum, sed quo vestra cupiditas vocat, …na Centurio ille dixit, Hic optime manebimus, ne mundi …referretur causa fuit, aut quia Persiam petijsse flens infan… …sturo in bellum nunciauit patri, vinci Macedonum Re… …uentes iudicatum est. O humana mens ebria, & mirabun… …facile impulsu erroris in foueam ruis. G. Læta aderant …R. Mœsta aderunt exportecto. G. Læta dormiens vide… …Mœsta vigilans videbis. G. Felix eram per quietem. R. Mi… …laborem. Sæpè nihil somnia denunciant, & sæpè contra… …Sæpè vera videntur in somnijs. R. Quanto sæpius falsa? …autem huius & reliquarum huiusmodi vanitatum ratio, v… …ns dens verum innumeris falsis astipulatur, venturoque …rteritum mens non videt. G. Multa nunciant diuini. …ores ego hos non miror, qui de more suo pascuntur arti… …vos stupeo qui illorum ventri animas & ingenia vestra …proinde quid tu teneas videris, si me sequi voles expe… …animis & tranquillus, non quid astra de te, sed quid a… …rator & regnator sanxerit, agens aliquid in dies arden… …ius amore fias dignior. De euentu non tibi veniat in ani… …ictare istos quibus ignotior est veritas quam tibi: deniq; …futura nosse durum homini, nec licere si expediat, nec …licet.

Arx.

¶ Definitio et etymol.

Ara ab arcendo, quod is locus munitissimus Vrbis, à quo facilime possit hostis prohiberi. *Varro lib. 4. de Lingua Latina.* ἀκρόπολις. Hebr. *Missegab.* Altum præsidium, asylum, propter altitudinem non facilè superabilis, à verbo *Sagab*, protexit, muniuit altitudine, altior fuit quam vt quis transpolit. Hinc Græcorum *ἐρύκω*, tego, protego, & deriuata. …l. 9.10. & 18.3 & 46.8.12. & 59.1.17.18. & 62.3.7. & 144.2. …3 c.

…ro metaphoricè arcem, pro validissimo præsidio, refugio, …& causæ frequenter vsurpat. Et in orat. pro Cn. Plancio, …habiter arcem ex Cloaca facere dixit, pro hominem aut rem …mum laudare.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Francisc. Petrarch.

De perditis arcibus. Dial. lxxxii.

Dol.

…ibus arcibus spoliatus sum. R. Adhuc ergo tyrannidis super… …mina, quæ iam tandem amissis arcibus abiecisti. Non est sa… …ium stipitem præcidisse, ni radicem vulseris, qui arcibus fidit tyrannus esse non desijt. D. Montanâ arce priuatus sum. R. Vbique arces sunt compedes libertatis. At in montibus nimbi etiam quidam sunt quodammodo, vnde vestra superbia in subiectos tonet, ac fulminet his priuari non modo non flebile, sed optandum est. Sunt enim aliqua ex his etiam, quæ bona vulgus appellat, quibus boni quoque modestique animi teneantur atque ad illicitum vrgeantur, quibus motibus si obstare virtutis ope non valeas, quidni optanda sit amissio earum rerum, quæ hos pariunt motus. D. Arcem fortissimam amisi. R. Tu fortissimam dicis, fragilem probat euentus. Amisisti potius rem vsu ineptam, difficilemque custodia, rem inutilem tibi, vicinis omnibus odiosam, iam dormire noctibus incipies, & dormire alios sines. D. Tutissima mihi arx diruta est. R. Quomodo esset tuta quæ perijt, ipse tecum cogita. Ego autem tibi ostendam munitissimam tutissimamque arcem sine muris, sine turribus, sine vllo prorsus operoso rerum apparatu. Si vis turò viuere, benè viue, nil virtute securius. Benè autem viuere non hoc dico superbè, laute, pompatice, sed iustè, sed sobriè, sed modestè. Nullis opus est arcibus, quæ non tutum te præstiterint, sed sollicitum, formidabilem, ac molestum. Quæ est autem hæc voluptas metui nec amari? An illud Laberij notissimum non audisti? Necesse est multos timeat, quem multi timent: hoc ille dixit in Iulium Cæsarem, quanto id in alios, illo & minores, & formidabiliores rectius dici potest? nescio quidem cur tam multi cupiant timeri. Nemo enim gratis metuitur: vna & metuit, & periculosius vni est multos metuere quàm multis vnum. Nonne satius multo est, quod nullus te metuat, & tu nullum: quàm quod te multi metuant & tu multos? Segregari enim ista nequeunt, semperque metu metus quæritur. Poteis huius dicti causam? Illa profectò est, quam Ouidius Naso ait. Quia quam metuit quisque perire cupit: dictum prius est ab Ennio. Quem metuunt, inquit, oderunt, quem quisque odit, perisse experit. Eras in tua arce metuendus, sed & metuens, & quos inquies metuebam? Imò verò quis non omnes metuet qui metui cœperit? sed illos imprimis a quibus ipse metuitur. Nam Cicero Ennium secutus: qui se, inquit, metui volent à quibus metuentur, eosdem metuant ipsi necesse est. Sæpè idem repeto, quia ita se res habet, nec aduertitis in hoc cæci, vt in reliquis, dum supra omnes esse nitimini, infra omnes estis. quid est timore depressius? sic conatus omnis vester in aduersum desinit. D. Arcem mihi charissimam amisi. R. Fac tibi chariorem aliam, quam non perdes. Circumualla animum pijs intentionibus, honestis vitam actibus, prudentiam, ac fortitudinem ante fores loca, iustitiam, atq; modestiam in propugnaculis, humanitatem, ac mansuetudinem vndiq; in muris, spem, fidem, charitatem, arcis in medio, prouidentiam, supremæ turris in vertice, bonam famam in circuitu, Deiatque hominum adsit amor, absit metus, dignos cole, cæteros præteri, neque cultos, neque offensos. Ita nec te alius, nec tu alium contemnes, & in domo humili tutius viues, quàm in arce vixisti, hanc tibi arcem nemo vsquam inuadet, hanc tibi nemo poterit aut volet eripere. hac malos in stuporem, bonos in amorem mutandique studium excitabis. O quam facile erit tranquillam serenamq; vitam agere, ni vos eam inquietam, ac turbidam fecissetis: Omnia fermè vestram & proximorum in perniciem conquirentes, ad quid enim arces istæ, nisi ad vestram simul alienamque molestiam? vt neque vos vnquam scilicet quiescatis, & instar aranearum muscas captantium prætereuntibus insultetis. Atque cunctis animantibus lustra sufficiunt, ac nidi, solus homuncio arces quærit, quo nullum animal superbius, nullumq; timidius.

Ascensio Christi in cœlos.

Ea describitur ab Euangelistis, Marc. 16.19. Luc. 42.51. & Actor. 1. 9.10.11.

¶ Sententiæ Patrum.

Christus tribus diebus à mortuis est restitutus, restituente eum suo patre cœlesti, ad quem cum quadraginta dies esset cum Apostolis conuersatus, assumptus est in sedem paternæ dexteræ: vbi tamdiu permanet donec aduersarij subijciantur pedibus suis. *Ignatius epist. 2. ad Trall. & epist. 7.*

Quod autem Christum à mortuis excitatum, Deus pater omnium esset in cœlum abducturus, ibiq; detenturus, donec dæmones ipsius hostes percusserit, audite verba ista Prophetæ Dauidis: dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. *Iustin. martyr. apol. 2.*

Ascendit in altum efferens & commendans Deo patri eum hominem qui erat inuentus primitias resurrectionis hominis in seipso faciens, vt quemadmodum caput resurrexit à mortuis, sic & reliquum corpus omnis hominis, qui inuenitur in vita resurgat. *Irenæus lib 3. c. 21.*

Quemadmodum nobis pignus & arrhabonem spiritus reliquit,

quit, ita à nobis arrhabonem carnis accepit, & vexit in cœlum, pignus totius summæ illuc quandoque redigendæ. Securi igitur esto te caro & sanguis, vsurpastis & cœlum & regnum in Christo. Aut si negent vos in Christo, negent & in cœlo Christum qui vobis cœlum negauerint. *Tertull. de resurr. carnis.*

In cœlum circumfusa nube sublatus est Christus, vt hominem quem dilexit, quem à morte protexit, ad partem victor imponeret. *Cyprian. in sext. Symb.*

Nullus ambigit cùm ad cœlos Christus ascenderit, quamuis virtute spiritus adfuerit, præsentia carnis tamen absfuisse.

Item. Credere oportet fideles, quamuis corpore suo absit Christus, virtute tamen sua omnia & nos gubernare, semperque adesse omnibus qui eum diligunt.

Item. Etsi corpore absens sit Christus, Patri pro nobis apparens, ad dexteram ipsius sedens: habitat tamen in Sanctis per Spiritum, nec patitur eos orphanos esse. In cœlum ascendens per spiritum immisit: non enim carne cum Apostolis conuersari poterat, cum ad patrem ascenderit. *Cyril. in Ioannem & in dialog.*

Præbeat vobis omnibus credere in resurgentem, susscipere ascendentem & rursus venturum: venturum autem non de terra, certus sis, homo, propter multos seductores qui venturi sunt. *Cyril. Hierosol. in Cath.*

Vbi & quomodo in cœlo sit corpus dominicum, curiosissimum & superuacaneum est quærere: tantummodo in cœlo esse credendum est. Non enim fragilitatis nostræ est secreta cœlorum discutere, sed est nostræ fidei de domini corporis dignitate sublimia & honesta sapere. *Aug. l. 1. de fide & Symbolo.*

Secundum hominem in terra erat & non in cœlo, vbi nunc est, quando dicebat, Nemo ascendit cœlum, nisi filius hominis, qui est in cœlo: quamuis secundum id quod filius Dei erat, esset in cœlo: secundum id verò quod erat filius hominis, adhuc esset in terra, nondumque in cœlum ascendisset. Noli itaque dubitare, ibi nunc esse hominem Christum vnde venturus est, secundum Christianam confessionem: Resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Patris, nec aliunde est venturus, in eadem carnis forma & substantia.

Item. Ascendit ante vos, sic venturus, vt eum vidistis abeuntem. Tollitur corpus ab oculis vestris, sed non separatur Deus à cordibus vestris. Videte ascendentem, credite in absentem, sperate venientem, sed tamen per misericordiam occultam sentite præsentem. Ille qui ascendit in cœlum, vt tolleretur ab oculis vestris, promisit vobis, dicens, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Meritò & Apostolus sic nos alloquitur: Dominus in proximo est, sedens super cœlos Christus, & longe sunt cœli, & ipse qui ibi sedet, prope est.

Item. Donec seculum finiatur, sursum est dominus: sed tamen hic etiam nobiscum est veritas. Dominus enim in quo resurrexit, in vno loco esse oportet: veritas autem eius vbiq; diffusa est.

Item. Prorsus hic est Dominus noster Iesus Christus. Imò hic erat secundum carnem, modo hic est secundum diuinitatem: ascendit in cœlum, ibi sedet ad dexteram Patris: audiant, & teneant. Respondeat aliquis, Quomodo tenebo absentem? quomodo in cœlum manum mittam, vt ibi sedentem teneam? fidem mitte, & tenuisti. Parentes tui tenuerunt carne: tu tene corde. & præsens & absens est Christus, nisi enim præsens esset, à nobis teneri non posset: & abijt, & hic est. Corpus suum intulit cœlo, maiestatem non abstulit mundo.

Item. Secundum corporis præsentiam, & carnem, quam verbum assumpsit, ascendit in cœlum, non est hic. Ibi sedet ad dexteram Patris, & hic est: Non enim recessit præsentia maiestatis.

Item. Semper quidem nobiscum est diuinitate sua: sed nisi corporaliter à nobis abiret Christus, semper corpus ipsius videremus, & nunquam spiritualiter crederemus.

Item. Ideo absentauit se Dominus corpore suo ab omni Ecclesia, & in cœlum ascendit, vt fides ædificetur.

Item. Gloriam corpori dedit: naturam non abstulit. *Idem epist. ad Dardan. tract. 16. 30. 106. 11. in Ioan. de fide ad Pet. c. 2. serm. 140.*

Quorum sepulchra in passione Domini sunt patefacta, horum corpora Christo resurgente de puluere sunt suscitata. Decebat enim, vt ille prius resurgeret, deinde illi, sicut dixit Apostolus Paulus, Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. Et sicut cum Domino surrexerunt, ita cum eo ascendente etiam ipsi ascendisse creduntur. *Idem in serm. de resurrect.*

Raptus est Dei filius ab humanitate ad diuinitatem, in transfiguratione: à passibilitate ad immortalitatem, in Resurrectione: à minoritate ad patris æqualitatem in Ascensione: quia quantus fuit descensus à sinu patris ad patibulum crucis, tantus fuit ascensus à patibulo crucis vsque ad dexteram patris. *Idem in Apoc.*

Quum audis eleuatum, agnosce militiæ cœlestis obsequium, non auxilium: seruitium, non subsidium: ministerium, non adiutorium. *Idem in act.*

Dominus noster Iesus Christus, dum naturam humanam syderibus importauit, credentibus cœlum patere posse monstrauit: dum vincentem in cœlestibus eleuauit, victorem mortis, quo sequamur, ostendit. *Ibidem.*

Ascensio Dei, catholicæ fidei confirmatio fuit, vt secrum crederemus, & miraculi illius donum, cuius etiam perciperemus effectum. *Idem in serm. de Ascens.*

Nos Christi mors viuificauit: nos resurrectio erexit: ascensio conseruauit. *ibid.*

Resurrectio Domini spes nostra est, ascensio glorificatio. Si ergo rectè, si fideliter, si deuotè ascensionem Domini mus, ascendamus cum illo, & sursum corda habeamus.

Virtutes ministræ præcedentes Christum in ascensione virtutes clamant, vt viam Domino venienti aperiant, erant. Referate (inquiunt) cœlestes aditus, veniens Dominalis ingressus pateat, aperiantur ætheræ ianuæ & dium valuæ. & introibit rex gloriæ in cœlum, vt ad dexterpellet pro nobis. Ipsæ enim virtutes angelicæ carne induti stupefactæ, quærunt cum admiratione, rex gloriæ? quibus respondent aliæ, Dominus virtutum enim multi scirent ipsum esse hominem: non tamen manam naturam supra se exaltandam. *Hieronymus Attollite portas.*

Vultis eius saltus cognoscere? de cœlo venit in vterro venit in præsepium, de præsepio in crucem, de crucepulchrum, de sepulchro redijt in cœlum. *Gregoriae homil. Euang.*

Saluator noster, qui cum in ea carne quam assumpsecœlum, peregrè profectus est: quia locus carnis propriquæ quasi ad peregrina loca deducitur, quum in cœlo *ibid.*

Illo reuertebatur Christus, vbi erat, & inderedibit: qui cum per humanitatem ascenderet in cœlum, pesuam, & terram pariter continebat, & cœlum. *ibid.*

Oportet, fratres charissimi, vt illuc sequamur corde vbcredimus corpore ascendisse, & si adhuc tenemur inporis, sequamur tamen eum passibus amoris, quia ascendit, terribilis redibit. *ibid.*

In hac solennitate deletum est chirographum nostrnis, mutata est sententia nostræ corruptionis. Illa dictum est: terra es, & in terram ibis, hodie in cœlum *no, 26.*

Ascendimus duobus modis, meditatione & oratione. quidem quid desit, docet: oratio, ne desit, obtinet. *Ber. Ascensionis.*

Ascensionis quatuor dicimus esse gradus, primus in corde: tertia de corde: quarta super cor. In primo minus: in secunda auditur consiliarius: in tertia desilius: in quarta videtur Deus. *Sup. Cant.*

Domino meo datum est singulariter sedere à dexgloria coæquali, in essentia consubstantiali, progenemili, maiestate non dispari, æternitate non posteriori. *mum 110.*

Natura, cuius causa paradisus à Cherubim custodiesuper Cherubim cum summo honore suscepta est: ectum est, Terra es, & in terram reuerteris, hodie in cæsine termino super cœlos regnat. *Chrysostomus in homil. sione.*

Fit caro verbum, id est, homo Deus, & qui homo est, & qui Deus est, de cœlis est, ascendit descendens: non descendens. est qui erat, & quod est, non erat. *Hilar. tate.*

Non solum hodie cœli possessores firmati sumus, cœlorum in Christo penetrauimus, ampliora receptiineffabilem gloriam, quam per Diaboli perdideramus, quia quos Diabolus de primi habitaculi felicitate eiecit, lius sibi incorporatos ad patris dexteram collocauit. *serm. Ascensio.*

Non otioso inter resurrectionem & ascensionem discursu, sed magna confirmata sunt sacramenta, mysteria. In eis diræ mortis aufertur metus, verè similmortalitas declaratur. In his insufflatio spiritus sanctin his beato Petro præter cæteros ouibis dominici cura *Idem ibid.*

Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. ergo in cœlum ascendere desiderat, ei qui de cœlo descvt in cœlo se vera fidei & dilectionis virtute cõmutet. telliget, quod nullo alio ordine, nisi per eum, qui de cœdit, in cœlum ascendere possit. *Beda sup. Ioann.*

Refræna iram, expue malitiam, expugna luxuriam, & virtutibus fecisti gradum, qui ducit in cœlum. *Cyr. Symbol.*

Vnus idemque homo Localis ex homine, qui est Dei sus ex Patre, vnus idemque secundum substantiam humsens cœlo quum esset in terra, & derelinquens terram, dit in cœlum: secundum diuinam verò immensitatiam, nec cœlum dimittens, quum de cœlo descendit, deserens, quum ad cœlum ascendit. *Fulgentius libro Thrasim.*

Asperitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

ASPERITAS, Græcè τραχύτης, σκληρότης, ἡ, & σκληρὸς, ὁ, ἡ, asper autem est, est autem asperum id, in quo hæc pars quidem supereminet, alia verò est inferior. *secundum Aristot. lib. 1 de cælo & mundo.*

Asperum est, cuius vna pars supereminet alteri, *secundum B. Thom. 2. de anima. Lib. 17. principio.*

Hebr. Qasoth, Durities, asperitas, pertinacia, Deuter. 9. v. antep.

Hebr. Calah, durus, difficilis, pertinax, asper, crispus seu perplexus.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Ouid. lib. 2. de Art.

Dextera præcipuè capit indulgentia mentes:
Asperitas odium sæuaq; bella mouet.
Odium accipitrem, quia sæuit semper in armis:
Expauidum soltos in pecus ire lupos.
Arcuit insidijs hominum, quia mitis hirundo est,
Quæq; colat turres Chaonis ales habet.

¶ ADAGIA.

Intractabilis.

Intractabilem & præfractum suoq; relinquendum ingenio, & cuius operam nihil mor amur; appositè torquebitur illud

Ἀλλ' ἀτρεκέως μὲν τάδε μαντεύεσθαι ἀμήχανον ἦεν ἑκάστῳ.

Hom. Odyss.

Id est.

Quin magis ipsius hunc animo, ingeniòq; sinamus,
Hunc venire velit, sine hic remanere.

Ærus, Æneus.

Ærea atque ahenea dicuntur, quæ solida firmaq; significamus.

Agelius Artemon. ὁ σιδηρόφρων Ἀγήσιλαος.

Vide hoc solutum de his, quorum gratia vehementer decertarunt.

Agenoria.

Neque enim cornea fibra. Cornea, & durissima sunt, & Virg. Vnde qui carent humanis affectibus, robur, adamantem ferrum, cornu in pectore gestare dicuntur.

Agrestis oratio. Σκυθρωπὸς.

Quicquid agreste, quicquid barbarum ac sæuum intelligi Scythicum appellabant. Lucianus.

Alcestis sententias. Παντὸς ἀλαστίας γνώμας.

Pandeletum sententiam, appellat in deterioribus Cratinus, morosam ac molestam. A Pandeleto quopiam Sycophanta.

Implacabilis.

Rectum impendio rigidum, & implacabilem rectè torquebis

Homer. Odiss. ν.

Οὐδέ τις εὐθὺς ἐὼν ἀκάμας νόος ἔσσεται.

Id est.

Ac tibi non vnquam placidum in pectore mens est.

Inexorabilis.

Plutarchus docet, homines præfractos, & asperis moribus & Plin. lib. 2. natur. hist. cap. 7. vocari solitos.

Inhumanus, malus. Σκυθρὸς κακός.

Inhumanitas barbaries, & immanitas Scythica gentis, vt ipsa etiam prouerbium, quemadmodum hodie crudelem hominem Agamemnonem Turcam: & immane facinus Turcicum.

Inhumanus & durus.

Inhumanum & inexorabilem competet illud ex Odyss. ϕ.

Ἦ μάλα τοι σέ γε σιδήρεον ἦτορ ἔθηκε.

Id est.

Ac tibi perpetuo cor saxo durius omni est.

Iracundus. Μηνιθμὸς.

Plutarchus ad matrem.

Iracundiam vestitantes, Θυμοφθόρους.

Iracundi dicebantur, vel qui tutius ac liberius vitam agerent: Plin. Echinus asper. ἄπλους ἔχιδνα τραχύς

Iracundus & inuicundis moribus quadrat.

Iracundus & loquax. ἀτηρὸς ἀνθρώπου προσηγορικὸν.

Lima aptè ad aquam tractando molle fit. Competet igitur in hominem inexorabilem.

Iracundus & inuidus. ἀτηρὸς.

Inexorabilem, & insuauibus moribus dictum. Plin.

Corinthus & collibus surgit, & vallibus deprimitur. Κόρινθος ὀφρυώδης τε καὶ κολπώδης.

Adagium, Sobinam posse esse vsui, non satis video, nisi quis detorqueat ad hominem intractabilem, & aspero præditum ingenio:

Etiam quercus bacchatur. καὶ ὁ δρῦς μαίνεσθ' ἐνθάδε.

Deijs quæ vix delinuntur. Ab Orphei fabula quercus sua cithara demulcentis. Menades sunt mulieres afflatæ Baccho.

Agamemnonis hostia. Ἀγαμεμνόνιος θυσία.

Quondam in duros, ac persuasu difficiles dicebatur. Videtur & hæc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam immolauit, sed admodum inuitus.

Vide Crudelitas, Inhumanitas, & horum Contraria.

Assentatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

ASSENTATIO, Heb numero plurali *Calak, Lakkoth*, efferunt, Psal. 35. 6. Ierem. 23. 12. Dan. 11. 2. 1. 34. 1. Lubricitates, blanditiæ. In singulari *Chelkach*, & plural. *Calakkoth*. Psalm. 12. 3. & Psal. 73. 18. Esai. 30. 10. Dan. 11. 32. Lubricus enim est politus, blandus est assentatorum sermo. à verbo P. *Calak*, Distribuit blandas partes, partitus est blande. Inde Græcis κολακία, ας, ἡ, & κολακεύω, assentor dicitur. Sunt autem assentatores, qui in vita, atq; omni vsu verborum, & actuum placendi studio omnia laudant, nec aliquain re aduersantur, putantes oportere minimè molestos se cuiquam esse, *secund. Arist. l. 4. Ethicor.* Dicitur q; assentator ab assentor quod est adulor, & quasi in omnibus consensum præsto, vt est illud Terentianum: Ait quis, aio: negat quis, nego. Differunt autem hæc tria, assentor, adulor, blandior, quod assentiri proprie est voce, vel laudando, vel assentiendo captare. Adulari quoquo modo vel voce, vel gestu fauorem quærere. Blandiri proprie tactu: verum ad alios quoque sensus transfertur. Assentire ab assentio, quod & assentior dicitur in actiua significatione, Græcè ὁμολογέω dicitur, est actus intellectus. Consentire autem est actus voluntatis *secund. B. Thom. pri. 2. q. 15. art. 1 & 3 Sent. dist.* Lepidissima porro est vocum Colacis & Coracis apud Græcos, allusio. Quid enim assentator aliud est quàm coruus præda inhians?

Assentator est, qui plura quàm sit par, adfinit; que cuipiam arrogat. *Arist. mag. moral. l. c. 29.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHORVM.

Assentationem autem recte quis turpe colloquium & obsequium quoddam assentatoris, vtilitatis gratia institutum esse arbitretur, Assentator verò, qui dum tecum vna proficiscitur, animaduertis, dicat, vt ne in te ora hominum atq; oculi conjecti sint? quod prætereà te nemini ciuibus euenit. Item: heri in porticu maximè collaudatus es, cum enim plus quàm triginta homines eo sedentes conuenissent, ac de te sermo incidisset, qui finam cæteris maximè virtute virtute præstaret, à te ipsius nomen ferebatur, nunquque alia his similia dicere consueuit, & à pallio. si quid siue pili, siue puluueris, seu hili fuerit; excutere atq; amouere, & si paleatum quippiam in crinem ventus abiecerit, ad paleas & fœnum sermonem transferre, atque arridendo dicere: Vides vt duobus diebus, quibus à te abfui, canitiem barba contraxit, etsi mihi præ cæteris, qui hoc ætatis sunt, capillo nigro esse videre: & quum ille aliquid loquitur, cæteris silentium imperet, nolentem etiam & inuitum efficiat laudibus, & orationem finienti annuat, & salibus vtenti, vehementer arrideat, vestemque in os adigat, quippe qui risum nequeat continere: ac si quis obuiam venerit, cum iubet consistere, quoad ille prætereat pueris eius mala ac pyrapietio comparata deferens, eo spectante tradit, eosque osculatus: O præclaram, ait, optimi patris sobolem: calceos ementi adest, atque pedem longè melius formatum calceis esse dicit. Quumque is examicis aliquem adeat, cursit assentator præuolet, eique, qui aditur, ad te proficiscitur, amicus, ait: & antequam aderit, reuersus affirmat se nuntiasse. Illa verò, quæ muliebris cœtus sunt, adhiberi potest absq; negotio, vt si quando in conuiuio versetur, primus omnium vina probet, quumq; is intercessit, qui conuiuium statuit, quàm molliter ait, & laute cœnas: quum aliquid ex mensa tollit, statim affirmat esse peroptimum: rogat deinde, nunquid frigore sit affectus, ac nunquid amplius induti, & vestibus abs se amiciri velit? atque hæc omnia quum dicit, infusurat in eius aurem. Tum in illum adspiciens, ad alios adstantes atq; audientes loquitur. In theatro verò puluinos ministro ereptos ipse substernit: domum artificiosissimè ædificatam, agrum optimè excultum, & plantis consitum esse confirmat, imaginem perite exilius figuræ imitatione simulatam atque expressam. Et ne omnia complectar, assentatorem intueri licet, ad eius, cui gratificari se arbitretur, nutum ac voluntatem omnia sua & dicta, & facta referentem. *Theophrasti Characteres*, de adulatore seu assentatore. vide etiam Characteres blandientis apud eundem, & Stob. serm. 15.

¶ APOPHTHEGMATA.

Diogenes in assentatione, inquiebat, velut sepulchro quopiam, solum amicitiæ nomen insertum est. *Stob. ser.* 14.

Socra-

Socrates, Lupi cum sint canibus similes, assentatores amicis, diuersa tamen studia sequuntur. *Stob. ibid.*

Theophrastus, assentationem rectè quis turpe colloquium, & obsequium quoddam assentatorum vtilitatis gratia institutum esse arbitretur. *Stob. ibid.*

¶ Sententiæ Poeticæ.

Aures superbas atque credulas vafer
Titillat assentator. Huic amor sui
Velis ministrat, suggeritq; audaciam
Impunè quiduis mentiendi splendidè.
Sic pectus impos, nescium, q; vtilia
Virtutis, auras dum volucres aucupat,
Famamq; inanem, laude veraci cadit.

Sapientiæ moralis & ciuilis præcept. lib. 4.

Est genus hominum, qui esse se primos omnium rerum volunt,
Nec sunt: hos consector, hisce ego non paro me vt rideant,
Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror simul.
Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque.
Negat quis? nego: ait? aio. Postremo imperaui egomet mihi
Omnia assentari: is quæstus nunc est multo vberrimus.

Terentius assentatorem & parasitum ita graphicè depingit in Eunucho, Act. 2. sc. 2.

¶ Adagium.

Ad solarium versari.

Dicitur in assentatores, & parasitos, qui curiosè solent vmbram solarij obseruare & tempus cœnæ inde discere. Cic.

¶ Apologi.

De Coruo & Vulpe.

Sustulerat coruus alicunde caseum, & cum illo in altam arborem subuolârat: Vulpecula, quæ caseum concupisset, ita illum adorta callidè fertur, cum primum formam & nitorem pennarum, & laudes augurij collaudasset: Planè, inquit, te summi Iouis volucrem esse dicam, si audiero etiam vocem & cantum dignum reliquis virtutibus tuis. Coruus laudibus vulpis inflatus, clamorem edere quam maximum posset. Ita de aperto rostro delapso caseo potita vulpes, irridens illum. Nihil, inquit, tibi deest corue, præter cor.

Fabula docet, assentatores & deridendos & comedendos alijs, vt Terentius ait, exponere eos, qui illis delectentur. *Ioach. Camer. libr. Fabul. p. 157.*

Ægrotus & Medicus.

Ægrotus quidam à medico suo interrogatus, quo pacto præteritam noctem peregisset? respondit se admodum sudasse. Hoc, inquit medicus, bonum est. Postridie reuersus, & similiter percunctatus ægrotantem, audiuit, horrore fuisse ipsum vehementi concussum. Hoc medicus, bonum, inquit, & ipsum est. Tertiò scisciatus, quomodo haberet, cognouit intercutem effusam affligere hominem. Sed & hoc bonum esse dixit. Digresso medico, accessit ex amicis vnus ægrotum, & quid fit, inquit, & quo in loco sunt res tuæ? Optimo, inquit ægrotus: Nam multitudine bonorum extinguor.

Fabula indicat, non alijs homines magis succensere, quàm iijs, quos in suam gratiam mentiri, & à quibus assentationibus se falli animaduerterint. *Ioachim. Camer. lib. Fabul. p. 98.*

Vide Adulatio.

Asiduitas.

¶ Definitio et etymolog.

Assiduitas, Græcè περιλιπαρία, & assiduus, περιλιπαρής. Et est, qui rei cuipiam indefessè adhæret, & quasi affixus est. Quantum autem possit assiduitas, ostendit Hebr. *Tamid.* Continuus, iugis, frequens, sempiternus, & aduerb. semper. Hinc θαλίζω, frequento: θαμὰ, θαμινὰ, frequenter, θάμεινος, frequens.

¶ Sententiæ Poeticæ.

Hesiodus.

Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
καὶ θᾶσσα τὸ θᾶσσον ἑοῖσι, τάχ' ἂν μέγα καὶτὸ γένοιτο.
Siquidem enim & paruum paruo addideris,
Et frequenter istud feceris, mox quidem magnum & hoc euaserit.

Ouid. lib. 1. de Arte amandi.

Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci,
Tempore lenta pati frena docentur equi.
Ferreus assiduo consumitur annulus vsu,
Interit assiduæ vomer aduncus humo.
Quid magis est durum saxo, quid mollius vnda?
Dura tamen molli saxa cauantur aqua.

Sophocles.

Eamus quàm celerrimè. Non potest enim
Iusta diligentia vnquam reprehendi.
Si quis otiosus resipexerit alterum
Locupletem, is festinabit & arabit, plantabit,
Et rem domesticam ritè disponat, æmulatur enim
Ditescentem: est autem hæc æmulatio mortalibus
Operando viri pernicioси fiunt & diuites.
Atque laborans multo magis amatur à dijs.
Non est autem dedecori laborare, sed otiari.
Quod si labores, statim & otiosus aliquis æmulabitur
Ditescentem: diuitias sero, virtus & gloria sequuntur.
Pecunia non rapta, sed diuinitus data, plurimum prodest.
Virtus autem per labores incedit.
Boni viri subire labores
Audent, & nusquam vlla in re sunt timidi.
Plures studio boni sunt, quam natura.
Bona per labores augentur hominibus.

Virg. in Georg.

Labor improbus omnia vincit.

Euripides.

Haud potens felix absque labore degere.
Et iuuenem laborare nolle turpis res est.

Sophocles.

Nulla res magna sine labore venit.

Euripides.

Nemo sibi laudem comparauit ex voluptatibus,
Nullus enim socors, celebris vir est.
Sed labores generositatem parunt.

Sophocles.

Nulla enim ratio præteriti laboris habetur.
Labores cum iam abiere dulces sunt.

Euripides.

Quæ pulchra sunt, insuetis laboribus comparare.
Nulla in re oportet
Rectè facientem omnino desperare.

Menander

Comprehendi possunt industria & labore omnia.
Omnia quæ inquiruntur,
Indigere curæ dicunt sapientes.

Sophocles.

Quod quæritur, comprehendi potest: effugit aut euitat

Antiphan.

Omnia diligentiæ subijciuntur,

Democritus.

Plures fiunt exercitatione boni, quàm natura.

¶ Apophthegmata.

Menander, Si vel modicum modico coniunxeris, ... ter feceris, statim fiet hoc quoque magnum. Omnia ... tate conficiuntur negotia. *Stob. serm. 29.*

Democritus, vt assiduitatem in opere persequendo ... ret, dicebat perpetuam cunctationem reddere actu... ctas: & laborem continuum consuetudine fieri leue. *Stob. ibid.*

¶ Similitvdines.

Vt qui paulum addit paulo, idque frequenter facit, ... eerum accumulat: ita assiduitas ad bonam mentem ... plurimum valet. *Plut.*

Vt stilla cauat assiduitate saxum, vt ferrum conteritur: ita assiduitas etiam durissima vincit. *Plut.*

Gallus Phrygiæ fluuius, si modicè bibas, medetur ... modicè, lympharum animum agit: Ita si philosophiæ dicè attingas, profunt, sin totum tè illi addixeris studio ... mentis auferunt & inanis gloriæ furore quodam præ... *Eras. Plin.*

¶ Adagia.

Minutula pluuia imbrem parit. Ψιχὰ ψιχὴ συμμυεῖ γονάτια.

Quoties res initio pusilla creuerit in maius. Quare ... gilandum, ne paulatim incidamus in maxima incommo...

Assidua stilla saxum excauat. *Quia vis vna ... duum, quod non efficiat assiduitas.*

Admonet, nihil esse tam durum, quod non emolliat ...

Dicendo discere discunt. Ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν παῖς ...

Quadrat ad cuiusuis rei peritiam, quam potissimum ... ditat, optimus omnium rerum magister. Prouide ... mnes erunt id genus. Fabricando fabricam: Cantando ... Scribendo scribere discimus.

Noctesque diesque. Νύκτας τε καὶ ἡμέρας.

Qua figura assidua & infatigabilis diligentia ... tur. Horatius.

Nocturna versare manu, versare diurna.

Multis ictibus deijcitur quercus. Πολλαῖς πληγαῖς ... μάξεται.

De re factu quidem ardua, quæ tamen assidua ... catur.

Labori potest omnia, κατὰ πάντα δυνατὸς.
Nihil autem nihil esse tam arduum, quod diligentia curaque
vincat. Virg. in Georg.
Labor omnia vincit
Improbus & durè urgens in rebus egestas.
Vide Diligentia, Labor.

Assuetudo.

¶ Sententiae Poeticae.

Ouid. 3. Pont. 7.

Dicitque Naso feres: etenim maiora tulisti:
Iam tibi sentirs sarcina nulla potest.
Quàm ab armento taurus detrectat aratrum,
Subrahit & duro colla nouella iugo.
Sic quibus assuuit fatum crudeliter uti,
Ad mala iam pridem non sumus illa rudes.

3. Trist.

Quique fugax rerum, securaque in otia natus.
Mollis & impatiens ante laboris eram:
Vilima nunc patior, nec me mare portubus orbum
Perdere, diuersa nec potuere uia.
Sed quoque malis animus, num corpus ab illo
Durior ires, uixque ferenda tulit?

3. Trist 2.

Protenetum, galeo: corpusque quod ante laborum
Impatiens nobis inualidumque fuit.
Duruit, atque ipso sexatum induruit usu.
Ah magis infirmo non sacat esse mihi?

Idem 2. Art.

Nihil assuetudine maius.

Ibidem.

Quod male fers, assuesce, feres bene, multa vetustas
Leuat.

Sen. Thyest.

Iam tempus illi fecit arumnas leues.

Idem Oct.

Funde lachrymis, verbis festo
Luque die.
Non hoc primum
Pectus uulnus meu senserunt:
Grauiora tuli.

Val. Flaccus 5.

Acidem Sthenelo ipse satus, tamen aspera Regum
Imperia tuga, nec melior parere recuso.

Prop. 2. 3.

Ac tulati primo taurus detrectat aratra,
Postremo assueto mollis ad arua iugo.

Claud. 2. Ruf.

Iam nullis flebile damnum,
Vrbi sum solennis erat, campusque furoris
Expositum sensumque mali detraxerat usu.

¶ Apophthegmata.

Diogenes rogatus, Quæ disciplina cum primis esset necessaria, respondit, Dedisce mala: Id enim non modo primum est, vt mala quæ nobis infixa abiiciamus penitus; verum est longe etiam difficillimum. *Laer. l. 6. c. 1.*

Xenocrates puer quidam apud Platonem educatus, quum ad patrios lares rediisset, eumque vidisset effusius ridentem, admonuit: Se tale nihil vnquam apud Platonem vidisse. Tanta esse debere studia honestis virtuti assuescere. *Eras. lib. 6. apoph.*

Hippocrates Sophista, quum laboraret morbo articulari, Pergami in Mysia, cui apparuit Æsculapius iubens vt à frigido potu abstineret: ad quem Polemon: Præclare, inquit, quid autem si bonum vinum subindicans, iam diu assuetum duris, frustra vocari ad mollia? *Philostr. in Sophistis.*

Socrates adolescentem, quod lusisset alea, grauiter increpuit, qui respondit: Sic obiurgas ob rem paruam? At parum non est, inquit, assuescere. *Laer. lib. 2.*

Dionysius Sophista, quum subinde à Proteo Cynico conuiciis appeteretur, Conuenimus, inquit, tu maledicendo, ego vero male audiendo. Quo dicto ostendere voluit, immedicabile malum esse, quod iam diu assueuerat. *Philostrat. in Soph.*

Socrates Alcibiadi admiranti, quod Xantippen, supra modum rixosam, domi ferret: Ego, inquit, etiam pridem sic assueui, vt non magis offendam quam si rotæ, quæ aquam educit, stridorem audiam. Alcibiades: Stridor molestissimus est insuetis: eundem qui quotidie audiunt, haud molestè non ferre, vt se audire nesciat. *Laert. in vita eius.*

¶ Similitvdines.

Porci lauti rundunt, etiam si purgentur, tamen odorem in multos annos retinent: Ita animus diu diuersatus in honestis negotiis, diu seruabit iucundam memoriam, quæ fretus contemnet eos, qui vitam vt miseram deplorant. *Plut.*

Qui diu in vinculis fuerunt, cum soluuntur, tamen claudicant adhuc, nec ingredi possunt: Ita diu vitiis assueti etiam cum ea deserunt, quædam retinent vestigia. *Plut.*

Vt mendum quod induruit, ac diutius inhæsit, difficile tollitur: Ita vitia inueterata non facile corriguntur. *Plut.*

Vt liber post lituras, iterum infectus non facile emaculatur, quod altius imbiberit atramentum: Ita animus læpe in eadem relapsus vitia. *Plut.*

Iumenta, quorum in aspero indurata est vngula, quamlibet patiuntur viam, in palustri pascuo saginata cito iubeteruntur: sic animus duris rebus assuetus, minus offenditur. *Sen.*

Vt caro quæ callo obduruit, non aduertit vibices plagarum: Ità animus à consuetudine peccandi non commouetur correptione licet acri. *Eras.*

Gypsum etiam si induruit, tamen tundi rursum, & in farinam resolui potest: simul atque semel induruit ingenium adolescentis, ætate vitiisque, non potest refingi. *Eras.*

Vt Mithridati quotidie sumenti venenum consuetudine factum est innoxium: Ita mala quibus assueueris non offendunt. *Eras.*

In nassam facilis illapsus est, sed exitus difficilis, sic declinet in vitia, reditus ad meliorem frugem non perinde facilis. *Eras.*

¶ Historica Exempla.

Lacedæmonij & Cretenses moribus erudiebantur, non verbis, Athenienses verò, & pene omnes alij Græci, quæ quidem oportet agi, præcipiebant suis legibus, assuescere vero ad hæc non valuere. *Ioseph. l. 2. contra Appionem.*

Apud Germanos plus bonos mores, quam apud alios bonas valere leges, *Tacitus* prædicat.

Thelestas Thebanus cum assueuisset optimis veterum Lyricorum *Chromatibus*: senex iam magno licet studio Timothei & Philoxeni musicam assequi non potuit. *Plut. de musica.*

Apud Romanos munus capere viro ab vxore, aut vxori à viro vetitum fuit: ne muneribus capiendis assuetæ, etiam alienos admitterent. *Plut. in quæst. Rom.*

Cretenses cum acerbissima execratione aduersus eos, quos vehementer oderunt, vt volunt: vt mala consuetudine delectentur, optant: modestoque voti genere efficacissimum vitionis euentum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiscere & in eo perseueranter morari, exitio ea dulcedo vicina est. *Val. l. 7. c. 2.*

Claudius Imp. ludis gladiatoriis impense delectabatur: eorumq; consuetudine sanguini & cædibus assuefactus, crudeliter in quosuis leui de causa sæuit, Messalina instigante. *Zonaras.*

Lycurgus legem tulit, vt Peregrini finibus arcerentur; ne aduenæ alicuius noxæ ciuibus doctores existerent. *Plut.*

Vide Mos, Consuetudo.

Astrologia.

¶ Definitiones et etymol.

Astrologia est scientia de astris, & dicitur ἄστρον, ου, τὸ, quod sidus est, & λόγος ου, ὁ, sermo. Diciturque astronomia ab ἄστρον, quod est sidus, & νόμος, ου, ὁ, lex & norma. Hæc primum inuenta dicitur ab Atlante rege Mauritaniæ, *teste Plin. l. 7. Naturalis hist.*

Astrorum seu stellarum mentio fit variis scripturæ locis: Astrorum (vt vulgata editio legit) *Deuter.* 4. 19. & 10. 22. & 28. 62. *Iob* 38. 7. *Isai.* 14. 13. Astrologorum (qui cœlorum obseruatores seu speculatores *Hebr. Schamaim*, nec non contemplatores stellarum, *Hacozim Coccabim*, eleganter appellantur) meminit Isaias *cap.* 47. v. 13. Contemplantur Astronomi stellas, non vt Astrologi iudiciarij & Chaldæi à propheta damnati, sed vt ex situ earum dierum, mensium, annorum stata tempora, solis, & lunæ deliquia, aliaque scitu dignissima & vitæ humanæ vtilissima nobis designent. Astrologiæ iudiciariæ vanitatem, sapientes innumeri olim nostroque seculo improbarunt. Vide quid de iis pronunciet Deus per Mosem, *Deuteron.* 18. 10.

¶ Sententiae Biblicae.

Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos, & luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. *Gen.* 1.

Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, hyems & æstas, nox & dies non requiescent. *Gen.* 8.

Ne forte eleuatis oculis ad cœlum videas solem & lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ Dominus

minus Deus tuus creauit in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt. *Deut.*4.

Qui fecit luminaria magna, solem in potestatem diei, & lunam in potestatem noctis. *Psal.*135.

Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum à sole? A Domini scientia separati sunt facto sole, & præceptum custodiente per Dei sapientiam diuiduntur. *Eccles.*33. & 34.

Dicebat autem ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, nimbus venit, & ita fit, & cum austrum flantem, dicitis, quia æstus erit, & fit. *Luc.*12.

Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cælos, solus stabiliens terram, & nullus mecum, irrita faciens signa diuinorum & ariolos in furorem conuertens. Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam stultam faciens. *Esa.*44.

Defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Stent & saluent te augures cœli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis comburit eos: Non liberabunt animam suam de manu flammæ. *ibidem.*47.

Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. *Ier.*10.

¶ Philosophicae Sententiae.

Astrologia speculatur substantiam sempiternam sensibilem, quæ est cœlum: aliæ scientiæ mathematicæ de nulla substantia, vt arithmetica, & geometria. *Arist.*12.*meta.c.*4.

Astrologiæ nobilitas est amplior merito suæ naturæ circa quam versatur, demonstrationes imbecilliores sunt aliquanto quam geometriæ. *Theon.pri.de anim.c.*1.

Astrologia differit de stellarum natura, sed ipsarum motus progressusque ac regressus contemplatur. *Alex. Aphro.*5.*meta.vel.*6.

Astrologia circa syderum motum ac conuersiones versatur *Amm.in por.c.*2. Astrologia versatur circa quantitatem communitam quæ semper mouetur, quæ est cælum. *Idem ibid.*

Astrologia est notitia eorum quæ fiunt in cœlo communis, hæc est definitio Astrologiæ naturalis & mathematicæ. *Io.Gram.pri.post. cap.*10.

Astrologia multis obseruationibus constat. *Magn.in prior.c.*50.

Astrologi non dantur ad iudicandum res futuras, nisi quia existimant scire de corporibus cœlestibus causas proprias generationi cuiuslibet indiuidui, modorum, specierum. *Auerr.de som.cap.*202.

Astrologiæ subiecta licet sint mota, scilicet corpora cœlestia, tamen non de eis considerat Astrologus vt sunt mota, sed de figuris & situbus eorum secundum motuum quantitatem & secundum velocitatem & tarditatem & quantitatem eorum: naturalis vero eorum naturas considerat, vt mobilia sunt & quis motus est possibilis, & quis non *Idem.pri.metaph.*

Astronomia vtilis est non solum agriculturæ & arti nauticæ, sed etiam militari, cum circa tempora, menses & annos versatur, circa hæc subtiliore sensu prædictum est, facit. *Plut.de repub.dial.*7. Astronomia aliter perdiscenda est, quam nunc discant, vt has in cælo varietates. quandoquidem in loco qui videtur expressæ sunt, optime & exactissime se habere putant, à veris vero multum absunt quibus circumuolutionibus, velocitas quæ est, & tarditas quæ est in vero numero & omnibus veris figuris inter se feruntur, & quæ in ipsis sunt ferunt, quæ sane ratione & cogitatione comprehendi possunt, visu vero minime. *Idem ibid.*

Astronomiæ peritissimus omnium fuit Iulius Cæsar, de qua præclare libros edidit, fatumque suum præscire & potuit, non autem cauere. *Franc.Pat.de regno.l.*2.*c.*16.

¶ Apophthegmata.

Bion aiebat maximè ridiculos esse Astronomos, vt quum non videant pisces iuxta se nantes in littore, illos qui in cælo sunt se videre dicant. *Stob.serm.*78.

Diogenes, Astrologus quidam in foro stellas in tabella quadam depictas cum demonstraret, atque diceret, En tibi hic stellas errantes: audiens hoc Diogenes, Ne mentiaris, inquit, bone vir: stellæ enim non errant, sed illi ostensis qui assidebant. *Stob.serm.*78.

Anonyma: Thaletem, dum cœlum contemplatur, in fossam illapsum, ancilla eius, iure id eum pati dixit, qui cum iuxta pedes posita ignoraret, cœlestia intueretur. *Stob. ibid.*

Ariston dicebat, eorum quæ philosophi scrutantur, alia ad nos pertinere, alia nihil, quædam supra nos esse. Sensit autem disciplinam morum spectare ad nos, Sophisticam nihil ad nos pertinere: eo quod ad vitæ emendationem non tantum non profit, sed rixas etiam & contentiones progeneret. Astronomiam autem, Astrologiam. &c. supra nos esse omnino. *Stob.serm.*78.

Pindarus naturæ speculationibus vacantes imperfectum sapientiæ fructum capere dicebat. *Stob.ibid.*

Anaxagoras quum cœlum intueretur, astrorumque mirabilem cursum admiraretur, cuidam scisciranti, cur ita libenter ferret subdiualia peruigilia: respondit, vt cœli aspectu fruar, cursus & recursus siderum in orbem redeuntes subindicans. *Phil.Iud.in libro. Quod mundus sit incorruptibilis.*

Phauorinus scitò dilemmate astrologos iudiciarios [illegible] solitus est. Aut aduersa, inquit, euentura dicunt aut [illegible] cunt prospera, & fallunt, miser fies, frustra expectando dicunt, & mentiuntur: miser fies, frustra timendo. [illegible] dent, eaque sunt non prospera: iam inde ex animo [illegible] quam è fato fias. Si felicia promittunt, caq; euentura [illegible] ne duo erunt incommoda: & expectatio te ipse [illegible] & futurum gaudij fructum spes tibi iam defloruerit. [illegible] pacto vtendum est istiusmodi hominibus res futuri[illegible] bus. *A. Gellius l.*14.*cap.*1.

Accius poeta nihil inquit, credo auguribus, qui aurum [illegible] tant alienas, suas vt auro locupletent domos. *A. Gellius.*

Anonymus: inter nonnullos quæsitum est, quinam [illegible] num genus Alphonsus liberalem ac munificum scie[illegible] solos astrologos præterierit: neque enim huius scientiæ [illegible] sicut aliarum disciplinarum magistri, in eius curia vi[illegible] qui magis scire videbatur. Sidera, inquit, stultos reg[illegible] que, sapientes astris imperant. Stultos ergo principes [illegible] logos consequens est, non sapientes: inter quos nom[illegible] phonsus obtinet. *Aeneas Sylvius l.*4. *comment.rerum gestis Alphonsi.*

¶ Hieroglyphica.

Per *maculosam hinnuli pellem* Aegyptij Astrologiam hieroglyphice significabant. *Pier.Valer.l.*38.*pag.*369.*A.*

¶ Emblemata.

Andreæ Alciat.
Emblema CIII.

Icare, per superos qui raptus & aera, donec
In mare præcipitem cera liquata daret,
Nunc te cera eadem seruensque resuscitat ignis,
Exemplo vt doceas dogmata certa tuo.
Astrologos caueat quicquam prædicere: præceps
Nam cadet impostor dum super astra volat.

Scyphus Nestoris.
Emblema C.I.

Nestoreum geminis cratera hunc accipe fundis,
Quod grauis argenti massa profundit opus.
Clauiculi ex auro, stant circum quatuor ansæ.
Vnamquamque super fulua columba sedet.
Solus eum potuit longæuus tollere Nestor.
Mauortæ doceas quid sibi Musa velit?
Est cælum, scyphus ipse: colorque argenteus illi,
Aurea sunt cœli sidera clauiculi.
Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas:
Vnde nouo gemini magna miracque fera est.
Hæc Nestor longo sapiens intelligit vsu:
Bella gerunt fortes: callidus astra tenet.

¶ Scriptores.

Astrologia iudiciaria seu diuinatoria cum [illegible] denda: causas reddunt, *Epiphanius disputans aduersus Manichæos. Basilius Hexameri hom.*1. & 6. *Chrysostomus hom.*5. & 6. *in Matthæum hom.*6. Certe Augustinus [illegible] logiæ operam nauauit, *confession.l.*4.*c.*3. *l.*5.*cap.*3. & *doctrina Christiana, l.*2.*c.* 21. 22. 23. & 24. *Decuriat. Sysque ad cap.*8. *contra Academ. l.*1.*c.*7. modo quidem [illegible] retur se deceptum, qui arti illi aliquid tribuisset: modo [illegible] cuiusq; professores acerrime inuehitur. *Pontificum on[illegible] non semel est prohibita. Concilii Toletani prima Canon.* [illegible] *sis cap.*9.10. & 26. *quæstione* 2.3.4. Defenditur hæc [illegible] obiectiones præcipue refutantur. *T.*2. *Arg.* & *ibid. doctr.Christ. cap. Christoph. Pezelii c.de Scribus & [illegible] pag.*43. *impress. Neostad. apud Matthæum Harnisch. [illegible]*

De excellentia Astronomiæ *Plin.l.*7.*cap.*57. Astronomatio *Cœlii Rhodig. l.*20.*cap.* 7. Astrologiæ siue Astronomiæ res. *Polydorus Virg.l.*3.*cap.*17. De Astronomiæ vtilitate [illegible] *Vulturius l.*3.*cap.*1. Astronomiæ inuentio. *Cœlius Rhod.* [illegible] 54. De veritate & vtilitate Astronomiæ *Ioan.Dauidis* [illegible] fensio Astronomiæ *per Gabrielem Pireuanum*, in Astro[illegible] thologia Græcorum *Epigram.l.*1.*sect.*6. Quæ quis [illegible] seruatione cælesti *Plin. l.* 2.*c.*12. Quantum Astronom[illegible] tantum Astrologi mentiuntur. *Marsil.Fic.l.*4.*c.*5.

Vide Mathematica.

Astutia.

¶ Definitiones et etymo[illegible]

Astvtia, Græce *πανουργία, ας*: & *πανοῦργος*, [illegible] dicitur, Estque processus ad aliquid comm[illegible]

...apparentibus viis seu mediis. *secundum B. Thom. secun-*
...*q.* 55. *art.* 5.
...mentis est, qua rebus industriis cautum captatur consi-
...ere dispicitur atque iudicatur, quid bonum, quid ma-
...vtile, quid incommodum sit. Versutiæ nomen assumit,
...malum sese contulerit.
...tus, vt nonnulli volunt, a Græca voce ἄσυ, quod Latinis op-
...loco deriuatur. Nam oppidani agrestibus & rusticanis ho-
...ppe plurimum callidiores esse solent. Astutos (inquit Ser-
...ppe malitiosos vocamus. & Cicero, 3. lib. de Officiis astu-
...bonum malitiosum, aperto, simplici, ingenio opponit. Astu-
...Hormah, in bonam & malam partem sumitur.
...*l.* 2. *c.* 6. *lob.* 5. 13. A verbo *haram*, i. Callidè & concinnè compo-
...uit, vel nonnulli volunt, a Græca voce ἅρσω, quod Latinis op-
...ruauit decenter, aptè coagmentauit, vt solent homines
...ti cati, magno cum iudicio & astu quodam componere
...ones. Hinc ἁρμόζω, ἁρμοστὸς, coapto, compono con-
...*gruus*, &c.

¶ Poeticae Sententiae.

Plaut. Capt.

Qui cauet ne decipiatur, sic cauet cum etiam cauet,
Etiam cauisse ratus est, sæpe is cautor captus est.

Terent. And.

Fallacia alia aliam trudit.
Aperum fallere difficile est.

Sen. Troad.

Simulata remoue, non facile est tibi
Decipere Vlyssem.

¶ Apophthegmata.

...*Gnidius*, quum probro ei daretur, quod pleraque astutia, dolo
...fraude gereret, non palam virtute conficeret, hac parte Her-
...cogenis authore indignus: ridens dixit: Vbi quod vellet non as-
...ri leonis exuuium, ibi vulpinum applicandum esse sen-
...quod honestis rationibus non posset effici, id fraude dolisque
...dum. *Plut. in Lac. Brus. l.* 2. *c.* 9.
...*Comenes Anaxander f.* septem dierum inducias cum hoste pa-
...ctis opportunitate, tertia nocte dormientes inuadit, multos
...alios in seruitutem redigit. Obiurgatus vero, quod fœde-
...non seruasset. Ad iusiurandum, ait, noctes non additas fuis-
...tandem furiosus factus, a talis se vsque ad virilia membra
...desque & lætabundus animum exhalauit. *Brus. l.* 3 *c.* 29.

¶ Exempla Biblica.

...& fraudulentæ calliditatis exempla: Satan. *Genes.* 3. 1. 2.
...13. Palæstini, *Genes.* 26. *vers.* 14. 15. Rebecca, *Genes.* 27. 15. La-
...Rachel, 31. *vers.* 14. 35. Filij Iacobi, 34. *vers.* 13. 14. 15. 18. 24. 25.
...Iuda, *Genes.* 38. 11. Thamar, *vers.* 14. vxor Putipharis, 39. 14.
...*Exod.* 1. *v.* 9. 10. 11. & 5. 6. Gibeonitæ, *Ios.* 9. 4. Balach, *Num.* 22.
...Balaam, 24. 14. Filij Moabitarum, 25. *Ver.* 1. 2. & 31. 6. Saul, 1.
...*v.* 17. 21. 25. Dauid, 2. *Sam.* 11. *v.* 6. 8. 13. 14. 15. Ionadab, 12. 5. Abía-
...*cap.* 14. & 16. *vers.* 2. 3. Siba, 16. *v.* 1. 2. Meretrix. 1. *Reg.* 3. *vers.* 19.
...Salomon, 1. *Reg.* 11. *vers.* 26. 27. 28. Mulier Thecuitis, 2. *Sam.* 14.
...Sapientia, 21. *vers.* 7. 9. 10. Giezi, 2. *Reg.* 5. 20. Iehu, 10. 19. Athalia,
...*cap.* 11. *v.* 7. 8. 9. Rabsaces, 18. 28. *Esa.* 36. 13. Ieroboam, 2. *Paral.*
...Iuda, 1. *Esd.* 4. 2. Sanaballat, & eius contuberniones, *Ne-*
...Aman, *Esth.* 3. *ver.* 8. 9. Satrapæ Darij, *Dan.* 6. *v.* 5. 6. 7. Hero-
...2. 8. Scribæ & Pharisæi, 15. 5. Discipuli Pharisæorum, & He-
...Matth. 22. 17. *Marc.* 12. 14. Principes Sacerdotum. *Mat.* 26. 5.
...*Marc.* 14. 2. Ananias & Sapphira, *Act.* 5. *v.* 1. 2. 3. 4. 5. Si-
...*cap.* 8. *v.* 9. 10. 11. Iudæi 16. 21. Festus. 25. 9. Pseudoapostoli, *Rom.*
...Falsi Doctores, 2. *Cor.* 11. 15. *Gal.* 6. 12. *Eph.* 6. 12. *Phil* 3. 19. 1. *Pet.* 2.
...Astutæ prudētis & singularis exempla: Iacob, *Gen.* 35. *v.* 32. 37.
...*cap.* 44. 2. Iosua, *Ios.* 8. 4. Gabaonitæ, 9. *v.* 3. 4. 5. 6. Gedeon, *Iud.*
...Philistæi, 1. *Sam.* 23. 19. Ioab, 2. *Sam.* 14. *v.* 1. 2. Mulier The-
...*cap.* 14. *vers.* 4. 5. Salomon, 1. *Reg.* 3. 25. Ieroboam, 2. *Paral.* 13.
...Luc. 16. *vers.* 4. 5. 6. Paulus, *Act.* 26. *vers.* 6. 7.

¶ Historica Exempla.

...præsertim vero Alexandrinos astutos esse & fallaces,
...tationibus probat *Celsus l.* 16. *A. L. c.* 3 Ἀλεξανδρέων dice-
...tutos & impostores, *Theocritus in* σφακτριάσαις; sicuti pollent
...& vafritia. Propterea Maternus eos acutos vocat: & Apu-
...trilingues. Vnde Siciliſitare verbum Plautinum, est astu-
...Rantsum.
...Populi in Epheso notæ frandulentiæ, qui conati sunt, ipsi
...imponere. Hinc adagium, Cercopum cœtus: de impro-
...conuentu.
...Corinthiorum rex, ob astutiam in prouerbium abiit, de
...Sisyphus.

Σίσυφος ἀνὴρ ἐγένετο πάντων ἐχυρώτατος καὶ ἀνοσιώτατος.
Id est.
Sisyphus in terris quo non astutior alter.

Rursus Iliad. ζ.

Εὐδάλου οἷον φῶτα θεοὶ τεκέειν, ὃς ἀμύμων ἔσκε καὶ ἀνοσίῃσιν.

Numa Pompilius, vt populum Romanum sacris obligaret, dicebat: Sibi cum Dea Ægeria congressus esse nocturnos, eiusque instinctu, & monitu se, quæ accepta diis immortalibus essent, instituere, *Liuius, lib.* 1. *Dec.* 1. *Plut. in Numa. Cicer l.* 1. *de leg. Ouid. l.* 3. *Fasto, & l.* 15. *Metamorph. Lactant l.* 1. *c.* 22. *Plinius cap.* 3. *Val. Max l.* 1. *c.* 3.

Tiberius, contra Libonem per seruorum quæstiones vt inquireret, fraudem legi fecit, quod illos emancipari, & deinde per tormenta inquiri iussit, *Alex. lib.* 3. *cap.* 20.

¶ Hieroglyphica.

Astutiæ prauæ hieroglyphicum est *perdix*, quod desumptum est ex fabula Mythologorum, qui fingunt Dædali nepotem, ob inuenta artis suæ arma quædam admodum vtilia, per inuidiam, ab Athenarum arce summa præcipitem datum, qui terra vix tacta mutatus sit in perdicem; cuius figmenti talis fertur interpretatio. Impuri homines cum a sapientiæ arce deciderint, a rectis honestisque studiis alieni facti, tametsi astutia freti aliqua suis in rebus excellere videantur, hisque tractandis super alios attolli, sordidis tamen & improbis negotiationibus impliciti, sublime nihil sapiunt, sed humi volitantes, dolisque & fraudibus omnibus freti, rem quocunque modo facere tantum student, libidinum & cupiditatum suarum laqueis & retibus impliciti obuolutique: eo *Perdice* deteriores, quod illis vaferrima est ars ad elabendum, capturamque declinandum, quod Græci dicunt ἐκφεύγειν: hi neque capi fugam moliuntur, neque si euadere possint, studium adhibent vllum, vt salui fiant. *Pier. Valer. l.* 24. *pag.* 228.

¶ Apologvs.

De Apollonis tentatore.

Tentatus Apollinem, Deorum quidam contemtor & callidus, per sacerdotem fatidicam illius in templum venit Dei, vbi omnia pro ritu superstitionis illius apparata essent, occultatum manu sua passerculum continens, cumque ante cortinam, quem τρίποδα Græci vocarunt, astitisset, sciscitatus est: Viueret ne an mortuum esset, quicquid in manu teneret, ratus se facile in vtramque partem datum responsum refutaturum esse. Tum vates de numinis instinctu hæc ferrum cecinisse.

Quicquid id est tectum, tua quod nunc dextera celat,
Vel viuit vel iam moritur, nostrique videbunt
Alterutrum in prolato oculi, sed te penes huius
Arbitrium facti est, & ad hoc mens nostra recurrit.

Discendum hoc est: In rebus diuinis maxime, sed & erga sapientes non fere quicquam valere fraudes & astutias improborum.

Attentio.

¶ Poeticae Sententiae.

Vir. 5. Aen.

Accipite hæc animis, lætasque aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Idem, 10. Aen.

Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.

Idem. 11. Aen.

Nunc adeo quæ sit dubiæ sententia menti,
Expediam, & paucis, animos adhibete, docebo.

Idem. in Aethua.

Tu modo subtiles animo duce percipe curas,
Occultamque fidem manifestis adstrue rebus, &c.
Mille sub exiguo ponent tibi tempore veras
Res, oculique docent: res ipsa credere cogunt.

Ouid. 1 Fast.

Disce metu posito Vates operose dierum,
Quod petis, & voces percipe mente meas.

Plaut. Capt.

Nunc hoc animaduertite, vt ea quæ sentio, pariter sciatis.

Terent. Eun.

Date operam, & cum silentio animaduertite.

Silius 15.

Mente fauete pari, atque aures aduertite vestras.

Manil. 9.

Hùc ades ô quicunque meis aduertere cæptis
Aurem oculosque potes, veras & percipe voces.
Non adiuratos Reges, Troiamque cadentem
Impendas animum, nec dulcia carmina quæras,
Ornari res ipsa negat, contenta doceri,

Proper. 3. cap. 4.

Nunc mihi, si qua tenes ab origine dicere prima
Incipe: suspensus auribus ista bibam.

¶ Apophthegmata.

Cleanthes differens, adolescenti cuidam, quem videbat parum attentum, rogauit, Sentiretne? Illo affirmante, se sentire. Cur igitur ego, inquit, non sentio te sentire: Solent enim qui intelligunt, oculis ac gestu, interdum & verbis significare, se quæ dicuntur intelligere. *Laert. l. 7. c. 2.*

Zeno Citticus, iis quæ recte dicerentur, negabat esse relinquendum locum, velut præclaris artificibus, ad spectandum. Contra auditores dicebat adeo debere esse attentos ad ea, quæ disseruntur, vt non vacet dare signum approbationis. Dum enim applauditur & acclamatur, perit aliquis audiendi fructus. *Laert. lib. 7. cap. 1.*

Aristoteles, quendam vana loquacitate præter modum garrientem quum aliquandiu audiuisset, demum aliud cogitans, eodem mansit loco. Verum finita oratione, cum is qui perorarat, eum interrogasset, num hæc placuissent quæ dixisset? Hercule, inquit, tibi animum non intendi. *Brus. lib. 3. cap. 25.*

M. Antonij. Alexander sophista legatione fungens pro Seleucia apud M. Antonium, vidensque illum minus attentum, clariore voce dixit: Auiscula me Cæsar, Antonius autem aeerbitate confidentiaque vocis exalperatus: Auiscolo, inquit, intelligoque te. Tu enim es ille qui colis comam, qui dentes candidas, qui polis vngues, qui semper oles vnguentum. *Philost.*

Cicero: quum orante Marco Tullio, quidam creditus Afer genere, diceret, Non audio: hoc sermone negans se probare quod dicebatur: Atqui, inquit Cicero, autem habes perforatam. Solebat enim ea gens habere perforatas aures, vt inde suspenderet annulos ac gemmas, quæ nunc collo digitisque gestamus. *Plut. in Rom. apoph.*

¶ Adagia.

A purgatis auribus.

Pro attentis & vacuis auribus. Sordes enim in auribus collecta, auditum hebetant: exempta autem, sensum eum reddunt acriorem. Er hat dinne Ohren.

Mens peregrina. Νοῦν τὸν ξένον.

Dicitur de iis, qui cogitabundi assident, nec satis ob id attenti ad ea, quæ coram agantur. In hos eosdem & illud quadrat:

Præsens absens. παρὼν ἀπὸ δημοῦ. *Aristoph.* Er ist mit seinen gedancken in dem Gerstenfeldt.

Auribus arrectis. ὠσὶν ἐστῶσιν.

In eos, qui sitienter & auidè auscultant ea quæ dicuntur: aut expectant, quid dicendum sit.

Erecti. ὀρθοὶ ἀνεστήκασιν. *Athenæus.*

Visus, *Vbi significabimus aliquem toto pectore attendere quampiam.*

Auscultа & perpende. ἄλλο δὲ τοι ἐρέω, τὸ δέ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλευ.

Imo aliud quoddam (tu mente recondite) dicam, quod pertineat, quodque ratum certumque futurum sit.

Vtemur, significaturi nos aliud quiddam dicturos.

Consulendum & Consiliis parendum.

Accommodum erit Vbi significabimus, Sicissim reddendum & dandum & accipiendum: aut rem diligenter considerandam, alienamue sententiam attentis auribus audiendam. Ἀλλὰ ἄναξ ἀυτὸς δ' εὖ μάλα κεν πύθοιο τ' ἄλλα. *Ceram auribus obdis.* κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφεις. *Vsurpabitur in eos, qui recusant audire vel aegre.*

Hoc age.

Iubentes aliquem esse attentum, dicimus: Hoc age, hoc.

Auaritia.

¶ Definitiones et etymo.

Auaritia φιλαργυρία, ας, ἡ, & φιλάργυρος, ου, ὁ, a nimia est quarumlibet rerum insatiabilis & inhonesta cupiditas. *Augustinum lib. 3. de Lib. arbit. & Theol. in dum Augustinum lib. 3. de Lib. arbit. & Theol. in 22. præsertim B. Thom. secunda Secundæ quæst. 118. art. tum Magnum in Compendio Theologiæ l. 3. c. 19.*

Auaritia generaliter est inordinatus amor habendi. *Thom. prima parte, quæst. 63 art. 2.*


Auaritia est opinio vehemens de re non expetenda valde expetenda lit, inhærens, & penitus insita. *secundum Tusc. q. 4.*

Auaritia superabundat in amando, acquirendo, & minus deficit in dando.

Auaritia, inquit, est animæ auiditas, ob quam omnium gerendarum opum etescit appetitus. *Arist.*

Auaritia Græcis φιλαργυρία, est opinio vehemens de re inhærens, & penitus insita. Ab ære nomen sortita est. *Leuues lib. 3. de Anima.*

¶ Divisio.



Inordinatus amor habendi, de quo dicit B. Gregor. in hom. Auaritia est non solum pecunia, sed etiam scientiæ & ultionis, cum supra modum ambitur sublimitas. Et B. Augustin. lib. 3. de Libero arbitrio sic dicit: Auaritia, quæ Græce philargyria dicitur, non in solo argento & nummis, sed in omnibus rebus, quæ immoderate appetuntur. Et sic est generale peccatum, & non unum de septem.

Tres species auaritiæ.

Auaritia est, qua retinentur animi pecuniarum auiditate, vt qui Auaritia est, qua retinentur animi pecuniarum auiditate, vt qui

Auaritia quæ Græce φιλαργυρία dicitur, non in solo argento, vnde nomen duxisse resonat, sed in omnibus rebus quæ immoderate cupiuntur, intelligenda est. Vbicunque omnino plus vult quisque quam satis, hæc autem auaritia cupiditas est, cupiditas vero improba voluntas est; ergo propterea voluntas omnium malorum causa est. *l.3. de libero arbitrio.*

Auarus veluti infernus omnia deuorans, vellet nullum hominem esse, vt omnia solus possideret. *In quodam serm.*

Quum auaritia alicui dominatur, subiectus malis omnibus demonstratur, quia de auaritia omnia mala oriuntur, & peccatorum omnium spinæ producuntur. *de libero arbitrio.*

Auaritia non vitium auari, sed animæ peruersæ amantis aurum, derelicta iustitia, quæ debuit anteponi auro. *lib.12. de Ciuit. Dei.*

Minus voluptatibus stimulatur, qui non est vbi frequentia voluptatum: & minus auaritiæ molestias patitur, qui diuitias non videt. *de Symg. Cler.*

Cupiditas & auaritia tantum vnum malum sunt, vt nec auaritia sine cupiditate, nec cupiditas sine auaritia possit inueniri. *Idem ad quendam.*

Non est in carendo difficultas, nisi cum fuerit in possidendo cupiditas. *Idem lib. Conf.*

Non minoris est criminis habenti tollere, quam cum possis & habes, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum, quod tu includis: miserorum redemptio & absolutio pecunia, quam tu in terra fodis: tantorum scias te inuadere bona, quantis possis præstare, & nolis. Non sunt bona hominis, quæ secum ferre non potest. Sola misericordia comes est defunctorum. *Ambr. in quodam serm.*

Modum non habet auaritia, nec capiendo expletur, sed incitatur, hoc egentior, quo plura quæsiuit. *de interpellatione Iob.*

Venit auaritia, & dicit: Argentum & aurum quod habes, seruitutis tuæ pretium est. Possessio quam tenes, iuris tui emptio est, *sup. Psalm.48.*

Indammatur lucro auaritia, & non extinguitur. Quasi gradus quosdam cupiditatis habet, & quo plures adiecerit, eo altiora festinat, vnde fit grauis ruina lapsuro. *de Naboth Iezraelita.*

Pauperiorem se iudicat omnis abundans: quia non deesse arbitratur, quicquid ab aliis possidetur: toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditatem: ei autem qui fidelis est, totus mundus diuitiarum est, toto mundo fruit, qui considerans conscientiam suam timet deprehendi. *ibid.*

Auaro tam deest quod habet, quam quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est, infidelis autem obolo indiget. *Hieronym. ad Paulinum.*

Nos ardemus auaritia, & contra pecunias disputantes, auro sinum expandimus, & illud quod de Megarensibus dicitur, nobis miseris aptari potest. Ædificant quasi semper victuri: Viuunt quasi altera die morituri. *ad Rusticum.*

Cum cætera vitia senescente homine senescant, sola auaritia iuuenescit: *In quodam serm.*

Auaro tam deest quod habet, quam quod non habet, quia aut non habita concupiscit, vt habeat, aut habita metuit, ne amittat, & dum in aduersis sperat prospera, in prosperis formidat aduersa. *Ibidem.*

Nihil aliud est auarus, quam bursa principum, cellarium latronum, rixa parentum, sibilus hominum. *Ibid.*

Multis nomen pauperum auaritiæ occasio est. *Idem ibid.*

Auaritia latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in operatione. *Greg. 20. moral.*

Peccatum auaritiæ, mentem quam infecerit, ita grauem reddit, vt ad appetenda sublimia attolli non possit. *lib.14.*

Auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur, nam more ignis cum ligna, quæ consumit, acceperit, excrescit: & vnde videtur ad momentum flamma comprimi, inde paulo post cernitur dilatari. *lib.15.*

Auarus prius anhelat concupita congregare, & quum quasi in quodam ventre auaritiæ multa congesserit, satiatus arctatur, quia dum anxiatur, qualiter acquisita custodiat, ipsa eum sua satietas angustat. Mens auari, quod prius exabundantia requiem quæsierat, postea ad custodiam grauius laborat. *Idem ibid.*

Omnis auarus ex potu sitim multiplicat: quia quum ea, quæ appetit, adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat. *in Hom.*

Dæmonum habitaculum sit quisque in hoc sæculo, qui propter diuitias & honores laborat: quas postquam secutus est, tradit se luxuriæ, vt quæ auaritia congregauit, luxuria consumat. *Idem ibid.*

Auarus hic ardet æstu concupiscentiæ, ac multiplici cura custodiæ, & post modum ardebit igne gehennæ. Si potentiorem videt, timet raptorem: si inferiorem, suspicatur furem. Infelix tanta patitur, quanta pati timet. *ibid.*

Magna est securitas cordis, nil habere concupiscentiæ sæcularis. Nam si ad terrena adipiscenda cor inhiat, securum tranquillumque esse nullatenus potest, quia aut non habita concupiscit, vt habeat, aut adepta metuit, ne amittat, & dum in aduersis sperat prospera, in prosperis formidat aduersa, huc illucque quasi quibusdam fluctibus voluitur, ac per modos varios rerum alternantium mutabilitate versatur. Si vero semel in appetitione supernæ patriæ forti stabilitate animus fingitur, minus temporalium rerum per[cussio] xatur, *lib.22. mor.*

Cursum suum quisque consideret, & cognoscat [quan]ua quæ habet: sed fortasse metuit ne in huius vitæ [tran]desit. Longa nostra desideria increpat vita breuis. [Sic] portantur, quum iuxta est, quo pergitur. *In ho.33. super*

Diuitiarum amor insatiabilis longe amplius torq[uet] quam refrigeret vsu suo, quarum acquisito quidem [gau]sio timoris, amissio plena doloris inuenitur. *Ber. in quod*

Quod sine miserabili gemitu dicendum non est, Chr[ist]bria, iputa, flagella, clauos, lanceam, crucem & mortem [Ch]in fornace auaritiæ conflant, & profligant in accusa[tio]quæstus, & pretium vniuersitatis suis marsupiis includ[unt]hoc sane à Iuda Iscariote differentes, quod ille horum [or]mentum denariorum numero compentauit, isti vero [ad]lucrorum infinitas exigunt pecunias. *sup. Cant.*

Auarus terrena esurit, vt mendicus: fideles contemn[it]nus. Ille possidendo mendicat, iste contemnendo ditat. [Ne]quouis eorum, qui insatiabili corde lucris temporalib[us]quidnam de his sentiant, qui sua vendentes & pauperib[us]gnum cœlorum pro terrena mercantur substantia; [ipse]nec ne? procul dubio respondent, sapienter. Quæ interro[gat]approbat ipse non tacit? Non possum inquit. Quæ [ipse]domina auaritia non permittit: qua liber non est, qua [ad]quæ possidere videtur, sed nec ipse sui iuris est. Si vere [ap]pende ad lucra, & pro terrenis cœlestia commuta. [Si]scias te pecuniæ non dominum esse, sed seruum: custodem [pe]tessorem. *ibid. ser.20.*

Auaritia ro[ta] vehitur quatuor vitiorum, quæ sunt [cu]tas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis oblitio. Pon[ti]trahentia, tenacitas, & rapacitas, & his vnus auriga ambo[s]der, habendi ardor. Sola quidem auaritia, quia conducere [ca]patitur, vno contenta est seruitore. *ibidem. serm.39.*

Ne miremi[ni] si pecuniæ milites superauerunt, quæ quod [ne]tantam offenderunt virtutem. Nihil enim clausum [est]auro argentoque non pateat: nihil occultum, quod non [pe]dagante inuenit cognitum. *Chrys. sup. Matth.28.*

Quatuor tunc in rebus possessis obseruanda, scilicet [ut]iuste quæramus, aut iniuste acquisitis, illicite perfruamur, [ut]quamuis licite, possideamus, ne licita illicite defendamus, [ne]nim acquirere, aut male vti acquisitis, de licito facit illicitum, [ne]sibi possidere propinquum est cupiditati. Et fit quando[que]nimium diligitur, male defenditur. *Hugo. lib. de Clau.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Boethius de Consl. lib.1. met.2.

Si quantas rapidis fluctibus incitus
Pontus versat harenas,
Aut quot stelliferis edita noctibus,
Cælo sidera fulgent:
Tantas fundat opes nec retrahat manum,
Plena copia cornu.
Humanum miseras haud ideo genus
Cesset flere querelas.

Boethius lib.2. consol. met.5.

Sæuior ignibus Ætna.
Feruens amor ardet habendi.

Idem lib.3. met.3.

Quamuis fluentre dines auri gurgite
Non explesti vis cogat auarus opes.
Oneretque baccis colla rubri littoris,
Karaque centeno scindat opima bono:
Nec cura mordax deserit superstitem.
Defunctumque leues non comitantur opes.

Iuuenal. Sat.14.

Lucri bonus est odor ex re
Qualibet illa tuo sententia semper in ore
Verjetur, Diis atque ipsis Ioue digna poeta.

Iuuenal. Sat.14.

Falsus erit testis vendet periuria summa
Exigua, Cereris tangens aramq; pedemq;.

Ibidem.

Tantis parta malis, cura maiore, metuq;
Seruantur, misera est magni custodia census.

Ibidem.

Mensura tamen qua
Sufficiat census si quis me consulat, edam,
In quantum sitis, atque fames, & frigora poscunt.

Iuuenal. Sat.1.

Quid enim saluis infamia nummis?

Ibidem.

Et quanto vberior vitiorum copia? quanto
Maior auaritiæ patuit sinus?

Ibidem.

Inter nos sanctissima diuitiarum
Maiestas, & si funesta pecunia templo
Non dum habitas, nullas nummorum ereximus aras.

Idem Sat. 3.

Frustrà ad censum, de moribus vltima fiet
Quæstio, quot passa seruos, quod possideat agri
Iugera, quam multa, magnaq; paropside cœnet,
Quantum quisque sua nummorum seruet in arca,
Tantum habet & fidei.

Idem Sat. 8.

Modumq;
Pro & auaritia, miserere inopum sociorum.

Idem Sat. 12.

Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio caci propter patrimonia viuunt.

Ibidem.

Ianue & Ventis animam committe dolato
Confisus ligno digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem si sit latissima tabula.

Idem Sat. 14.

Sed qua reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor est vnquam properantis auari?

Ibidem.

Nonne tamen iuuenes imitantur cætera, solam
Inuisi quoque auaritiam exercere iubentur.
Talle enim vitium specie virtutis & vmbra,
Cum sit triste habitu vultuq; & veste severum,
Nec labi tanquam frugi laudatur auarus,
Tanquam parcus homo & rerum tutela suarum.

Ibidem.

Et pater ergo animi felicis credit auaros.
Qui mirantur opes, qui nulla exempla beati
Pauperis esse putant, iuuenes hortantur vt illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere sectæ.

Ibidem.

Sed quo diuitias hæc per tormenta coactas?
Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis,
Vt locuples moriatur, egenti viuere fato?
Interea pleno cum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,
Et minus hunc optat qui non habet.

Ibidem.

Curatoris eget, qui nauem mercibus implet,
Ad summum latus, & tabula distinguitur vnda.

Ouid. Amorum lib. 1. Eleg. 10.

Non habet euentus sordida præda bonos.

Idem Amorum lib. 2. Elegia 10.

Quærat auarus opes, & quæ lassarit eundo
Æquora pertuso naufragus ore bibat.

Idem Amorum lib. 3. Elegia 7.

Iupiter admonitus nihil esse potentius auro,
Corrupta pretium virginis ipse fuit.
Dum merces aberat durus pater, ipsa seuera,
Aerati postes, ferrea turris erat.
Sed postquam sapiens in munera venit adulter,
Prebuit ipsa sinus, & dare iussa dedit.

Ouid. 1. Fast.

Viuebo Saturno quenquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore crescit amor, qui nunc est summus habendi,
Vix vltra quo iam progrediatur habet.
Crescunt & opes, & opum furiosa libido,
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Quærere vt absumant, absumpta requirere certant:
Ac ipse vitij sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.
In pretio pecunia nunc est, dat census honores,
Census amicitias: pauper vbique iacet.

Seneca tragœdia quarta.

Rupere fœdus, impiæ lucri furor,
Et ira præcepit, quæ succensa agit
Libido mentes.

Seneca tragœdia septima.

Audax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit,
Terræq; suas post tergа videns,
Animam leuibus credidit auris,
Dubioq; secans æquora cursu,
Vicit tenui fidere ligno,
Inter vitam mortemq; viæ,
Nimium gracilis limite ducto.

Horatius serm. lib. 2. Sat. 3.

Qui nummos aurumque recondit: nescius vti
Compositus, metuensq; velut contingere sacrum?

Ibidem.

Nimirum insanus paucis videatur, eo quod
Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.

Horat. epist. lib. 1. epist. 1.

Virtus est vitium fugere, & Sapientia prima,
Stultitia caruisse. Vides quæ maxima credis.
Esse mala, exiguum censum turpemq; repulsam,
Quanto dentes animi capitisq; labore.
Impiger extremos curris mercator ad Indos:
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Ibidem.

Pars hominum gestit conducere publica: sunt qui
Frustis & pomis viduas venentur auaras,
Excipiantq; senes quos in vigilia mittant.
Multis occulto crescit res fœnore.

Idem epist. lib. 1. epist. 2.

Semper auarus eget, certum voto pete finem.

Idem epist. 9.

Ne te semper inops agitet vexetq; cupido,
Ne pavor, & rerum mediocriter vtilium spes,
Virtutem doctrina parat.

Horat. carm. lib. 3. Ode 16.

Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumq; fames.
Multa petentibus
Desunt multa. Bene est cui Deus obtulit.
Parca, quod satis est, manus.

Horat. ser. lib. 1. Sat. 1.

Paruula (nam exemplo est) magni formica laboris
Ore trahit quodcunq; potest, atque addit aceruo,
Quem struit haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ, simul inuersam contristat aquarius annum,
Non vsquam prorepit, & illis vtitur ante
Quæsitis parcens, cum te neq; feruidus æstus,
Dimouent lucro nec hyemis ignis, mare, ferrum,
Nil obstet tibi, dum ne sit te ditior alter.

Ibidem.

At bona pars hominum decepta cupidine falso,
Nil satis est, inquit, quia tanti quantum habeas, sis.

Ibidem.

Quidam memoratur Athenis
Sordidus ac diues, populi contemnere voces
Sic solitus, populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi simul ac nummos contemplor in arca.

Ibidem.

Non vxor saluum te vult, non filius omnes
Vicini oderunt, noti pueri, atque puellæ.
Miraris: cum tu argento post omnia ponas,
Si nemo præstet quem non mercearis, amorem?

Horat. serm. lib. 2. Sat. 2.

Ego vectigalia magna
Diuitiasq; habeo tribus amplas regibus, ergo
Quod superat non est melius quo iaxumere possis?
Cur eget indignus qui quam te diuite? quare
Templa ruunt antiqua Deum: cur improbe cauta
Non aliquid patriæ tanto emetiris acerno?
Vnus nimirum recte tibi semper erunt res?

Horat. epist. 16. lib. 1.

Quo melior seruo, quo liberior sit auarus,
In triuiis fixum cum se dimisit ob assem,
Non video. Nam qui cupiet, metuet quoque porro.
Qui metuens vsuet, liber mihi non erit vnquam.
Per didit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat & obrutitur re.

Horat. lib. 1. Sat. 1.

Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri
Furis defessa timidum deponere terra?
Quod si communem, velim redigatur ad assem,
Aut si id sit quid habet pulchri constructus acerno?
Millia frumenti tua triuerit area centum,
Non tuus hoc capiet venter plus quam meus.

Manil. 4. Astron.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?
Torquemurq; metu cæcaq; cupidine rerum?
Æterno q; senes curis dum quærimus auum
Perdimus, vt nullo vitæ fine beati.

Manil. lib. 4. Astron.

Vt veniant gemmæ, totus transibitur orbis.
Nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit.

Euripidis quatuor senarij aurei.

εἰ εὐτυχῶν τις βίου κεκτημένος,
μηδὲν ὁμοίως τῶν καλῶν πεπρώσεται,
ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν αὐτὸν ὀλβιον καλῶ,
φύλακα δ' ἐμαλλον χρημάτων νιν αἰρουμαι.

Id est,

Si quis vitam in fortunis duxerit,
Neque pulchrum aliquid domi tenuerit:
Ego hunc diuitem aut beatum nullo modo

Sed custodem pecuniæ dixero.

Sophocles.

Φιλάργυρον μὴν τὸ τῶν βαρβάρων γένος. Id est,
Auarum omne genus Barbarorum.

Hesiodus.

Χρήματα δ' ἐχ' ἁρπακτὰ, θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω. i.
Non raptæ, sed diuinitus concessæ pecuniæ præstant.

Idem.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἴσον ἄχησι. Id est,
Turpe lucrum fugias: damni namque instar habetur.

Ausonius.

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum,
Thesauriq; loco deposuit laqueum.
At qui considerat postquam non repperit aurum,
Aptauit collo, quem reperit laqueum.

Ausonius.

Quis diues? qui nil cupiat. Quis pauper? auarus.

Petron. Arbit. in Sat.

Nec minor in campo furor est, empticq; Quirites
Ad prædam strepitumq; lucri suffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia patrum.
Est fauor in pretio, cunctis quoque, libera virtus
Excidera[t], sparsisque opibus conuersa potestas,
Ipsaq; maiestas auro corrupta iacebat.
Vsque adeo soli[s] ferrum mortemq; timere.

Diphilus.

Ἆρ' ἔστιν αἰσχρότερον, αἰσχροκερδὲς εἶναι,
πρὸς τῶν λαβόντων γ' ἢ σὺ νῦν, τ' ἀλλ' ἐχ' ἐρῶ.
An non turpissima res est turpilucrum?
Nam quærit animus occasiones arripiendi quippiam, hallucinatur ad alia.

Phocylides.

Πλούτου μὴ φείδ[ε]ο, μίμνησο' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις.
Οὐκ ἔνεσ[τ]' ἀδὴν ἄλλοσ' ἔχειν. κεῖ χεημαδ' ἄνισθεϛ. id est,
Diuitias ne parce, recordare quod mortalis es.
Non licet in inferno diuitias habere, & pecunias afferre.

Ex Mænandro.

Πλεονεξία μείζονα θράσους κακόν.
Οἱ γὰρ θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πόλας,
Ἀποτυγχάνουσι πολλάκις πικρῶσπου.
Τὰ δ' ἴδια προσ[ε]ίσασι τοῖς ἀλλοτρίοις.
Cupido habendi aliena, maximum malum.
Aliena namque qui student adsciscere:
Sæpe excidentes spe sua, contra bonis
Alijs addunt ipsimet tandem sua.
Ἀλλὰ σχεδόν τι τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν
Εἰρήκασ· ἡ φιλαργυρία γὰρ πάντ' ἴσι.
Id nempe dicis omnium quod est caput
Malorum auaritiam mihi quum nominas.

¶ Philosophicae Sententiae.

Auarus in accipiendo nimius est: in dando parcus. *l. 2. Eth. c. 7.*

Illiberalis prodigo contrarius is est, qui in quibus opus est, quantumcunque ac quando decuerit, non expendit. *l. 1. Magn. Mor. c. 23.*

Auaritia malum insanabile. Nam senectus omnique imbecillitas auaros efficit. Eademque magis tributa est à natura hominibus, quam prodigalitas. *l. 4. Ethic. c. 1.*

Auaritia in duabus rebus cernitur: vt si minus largiare; quam deceat: & si modum accipiendo transeas. *Idem ibid.*

Qui magna, & à quibus nefas est accipiunt, quales sunt tyranni, qui ciuitates oppugnant, fana diripiunt: ij non auari, sed sceleſti potius, impij & iniqui sunt habendi. *ibid.*

Aleatores, & fures, & latrones omnes auari putandi sunt, quod in turpi quæstu sunt occupati. *ibid.*

Iure liberalitati auaritia opposita est: quod maius est malum quam prodigalitas: fæpiusque ea peccatur, quam illa eadem effusione. *ibid.*

Insatiabilis est hominum improbitas, quibus primum satis sunt duo oboli: cum autem eos consecuti sunt, tum semper plus expetunt, dum infinitas opes congesserint. Nunquam enim expletur, nunquam satiatur cupiditatis sitis: quum tamen vt expleant pleriq; viuunt. *libr 2. de Repub. c. 5.*

Est munus rei alicuius donatio ac honoris signũ, quapropter tam æris auidi, quam ambitiosi donare cupiunt: cum id donatio habeat quod vtriq; appetunt. Nam & res est, quam auari desiderant, & honorem affert, quem ambitiosi expetunt. *l. 5. Rhetor. ad Theodect. c. 5.*

Qui his nominibus appellantur, paci tenaces, aridi omnes deficiunt & desunt dando: sed alienum nec appetunt, nec volunt accipere: quorum alij id faciunt bonitate quadam rerumque turpium fuga. In his cum infector, & si quis talis: qui omnes ex singulari quadam auaritia nominati sunt. Alij autem metu ab alieno manus abstinent quod non sit facile qui ab alijs accipiat, eius res ab aliis non vicissim accipi. *lib. 4. Ethic. c. 1.*

Auaritia parum largitur illa quidem: sed accipiendo nisi in paruis, vltra modum progreditur. *ibid.*

Duæ res sunt, quæ maxime homines ad malefic[ia] luxuries & auaritia. *2. ad Heren. Cic.*

Corrupti sunt, deprauatique mores admiratione [di]*offic.*

Nihil est tam sanctum, quod non violari: nihil tam quod non expugnari pecunia possit. *2. Act. in Verrem.*

Nullum est officium tam sanctum, atque solemne, quod auaritia comminuere, atque violare soleat. *Pro Quintio.*

Nemo tam firmum habuit præsidium, quod auaritia rit, atque debilitauerit. *In Vatin.*

Auaritia est opinio vehemens de pecunia. *4. Tusc.*

Illi morbo qui permanat in venas, & inhæret in vi[s]ceratus euelli potest, nomen est auaritia. *4. Tusc.*

Magno malo est hominibus auaritia, idcirco quod [in]gnis & multis incommodis conflictantur propter [im]niæ cupiditatem. *2. ad Heren.*

In quibusdam neque pecuniæ modus est, neque [ter]quos nulla præda vnquam improbe parta minuit, [sed] atque inflammat. *1. de Fin.*

Nunquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis: [ne]quæ habent, libidine augendi cruciantur, sed etiam [ti]tu. *Parad. 1.*

Auaritia insatiabilis, immensa & incredibilia potest. [Ita]minum mentes obstrictas tenet, vt eas nullo tempore [re]mittat. *In Vatin.*

Nullum est vitium tetrius, quam auaritia, præsertim [in] bus, & Remp. gubernantibus: habere enim quæstui Rem[pu]do turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. *2. Offic.*

Qui fœdius auaritia. *1. de leg.*

Auaritia senilis vituperanda est maxime. Potest enim esse absurdius, quam quo minus viæ restat, eo plus viatici *Cato Maior.*

Pecuniæ imperiique libido, sunt quasi materies omnium. Namque auaritia fidem, probitatem, cæteraque [bo]subuertit: proque his superbiam, crudelitatem, Deorum [con]nia venalia habere, edocuit. *Sallust. in Catilinaria.*

Auaritia studium pecuniæ habet, quod nemo sapiens. Ea quasi venenis malis imbuta corpus animumq; efficit[ur] per infinita & insatiabilis est, neque copia, neque in[opia] *idem.*

Natura mortalium auida est imperij, & præceps ad [om]animi cupiditatem. *Idem in Iugurtha.*

Animus æger auaritia facile conuertitur. *Idem.*

Magnitudo pecuniæ à bono & honesto in prauum [tra]*idem.*

Qui multas possidet diuitias, ac cum tristitia degit[ur] mihi, & prælentium & futurorum infelicissimus est. *Ter[en].*

Auaritia gloriæ, & insatiabilis cupido famæ, nihil [ma]remotum videri sinit. Auidi milites sunt & pecuniæ & glo[riæ] *Ex nono lib. Q. Curtii.*

Difficile est nos contentos esse eo, quod offert occasio: [ar]fordent prima quæque, cum maiora sperantur. *Quintus Cur[tius] gestis Alexandri.*

Diuitiæ non melius in fundis & in fœnore, quam in [ani]nis æstimantur animo. Qui si est auaritia egenus, & ad omn[ia] inexplebilis, nec montibus auri, satiatur, sed semper atque parta vt augeat, mendicabit, quæ quidem vera est confessio tatis.

Omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiæ [ve]refert quam magnum sit, quod tibi minus est. *Lucius Ann[æus] Magia lib. 1.*

Francisc. Petrarchæ *De auaritia* Dial. ct.

Dol. Auaritiæ stimulis vrgeor. Ratio. Bene[ad]Nam & quærendarum opum cupiditates stimuli quidam [sa]tæ opes spinæ sunt. Ita enim illas vocat, qui metum nec[op]vero diuitiæ, quæ & quærendæ torqueant, & quæsitæ. [Ar]culum, si naturam, si vitæ respicias breuitatem, videbi[tur] superuacuis curis angi, & paucorum egentem multa de[si]superque dum quærendis inhias, parta non cernere, atque dammodo quærenda perdere, quo nihil est stultius. Dol. quærendi vrgeor appetitu. Ratio. Nec aduertis, quæ quærendum tempus & vita, cui illa quærebantur, elabitur. perplexitas incidit, dum vita abundare videmur, diuitias dumque indigentia illa præterit, superuenit altera & [in]bundantes, indigetis vita. Non hoc ignorabat ille sapiens, [cu]tur de eo parente, qui dicit: Inueniam requiem mihi, & [ec]nunc de bonis meis solus: & nescit, quod tempus præterit linquet omnia aliis, & morietur. Et idem alibi: Quærens ste, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. [Ve]le dictum, sed commune quotidieque ie oculis ingerens. [Ne] circo proficiens in animis auarorum. Idem rursum. Auaro nihil est sceleſtius: & nihil est iniquius, quam amare pecuniam vt scias, quoniam vero omnia consonant, vtar Aristotele vt Ecclesiastico sapienti consonat sæcularis. Fecunæ (impu ro) fugienda cupiditas. Nihil est enim tam anguſtum animo parui, quam amare diuitias.

Petrarchæ. *De Remed. fort.* DIAL. XXVI.

GAVD.

præfulgida est suppellex. R. Pro captu oculorum, seu rum. Vere autem onerosa rerum colluuies, ac turbi- nihil vnquam ieiunius, nihilque miserius, cuius fa- da exstant, & quæsita non sapiunt, dum quæ sperata scissa sordescunt. Itaque sæpe diuitias dum quæsisse ditinem & nauseam quæsiuisti. Hæ nunc tibi charæ: e alia offenderint, vel stuporem affiduitas dempse- sto autem charæ sint, & maneat stupor, nonne etiam que difficilis atque perpetuus? siquidem quærendi fuit, seruandi labor est multiplex. Nunquam decrit quod numeres, quod complices, quod excutias, quod oculos simul & mulceat, & iuxta offendat. G. Supel- R. O hominem, qui impedimentorum magnitudi- Demus iam tandem scribamus, quæ fomentum auiditatis est, ad omne scelus calcar. Ab animis enim, in quos semel amicitiam honorisque desiderium pellit. Ac nunquam quin potius cum annis crescit: & quamuis senio sub- quoniam vires decrescant, habendi cupiditas tempore ipso Ergo minus ad viuendum spatij superest, tanto plus stru- opibus laborat, cum neminem amet, à nullo etiam amatur: auro postponat, quanto plus auri possidet, tanto plus Veluti hydropicus, qui bibendo semper magis aqua perfusum plenumque corpus habeat. Quæres nomen, (auaritiæ enim comes semper est miseria) aua- auros esse dicamus. *Baptista Fulgosius in suis exemplis,*

¶ APOPHTHEGMATA.

auritiam dicebat omnis improbitatis esse metropolim.

Cæsare sordidos dicebat ita facultatum suarum curam ha- essent propriæ: rursus, ex iisdem nihil capere vtilitatis, alienæ. *Laert. lib. 4. c. 7.*

diutem quendam sordidum ita loquutus est: Hic facul- possidet, sed ipsum possident facultates. *Laert. l. 4. c. 7.*

deridendos putabat, qui eius generis diuitiis præter ludent, quas fortuna largitur, illiberalitas seruat, benigni- *Max. ser. 12.*

dicere solebat, hominum bonitatem ita auro probari, dum aurum Lydio lapide. Offendens permultos, qui a- refutierint, opum auiditate pertæpe à virtute deduci. Et opes constans fuerit, eum de cæteris vitiis facilius vi- portaturum. *Fulg. lib. 7. c. 2.*

aurus quidam & prædiues quum paupertatem ei ex- Mihi, inquit, paupertas nihil mali videndum præbebit, diuitiæ per fas nefasque paratæ turbas non paucas. *Max.*

quum rogasset quendam, quanta esset spissitudo na- spondit, Quatuor digitorum. Tantillum, ait Anacharsis, à qui auaritia & lucri cupiditate irritati, pernauigant ma- reditu. *Laert. lib. 1. c. 9.*

à Dionysio pecunia donatus, Plato libris: atque ob id reprehensus, quasi ad rem attentior esset quam Plato: inquit mihi pecuniis erat opus, Platoni libris: sentiens, cudum. *Laer. lib. 2.*

Platonem obiurganti, quod multos pisces emisset, respondit, emisi obolo, quumq; Plato dixisset, Tanti & ipse emptus vilis, inquit, igitur o Plato, me non esse obsoniorum aui- pecuniæ amantem. *Laert. lib. 2. c. 8.*

interrogatus, cur in extrema senectute auarus esset? respondit: malim defunctus opes inimicis relinquere, amicis egere. *Stob. ser. 10.*

dicebat, diuitum multos esse procuratores, non au- dominos. Auarus enim non suas possidet diuitias, à diuitiis: quarum non tantum seruus, sed mancipium potest. *Max. ser. 12.*

dicebat cupiditas mortalium extimulat animos, vt o- quantur. Atqui videmus, isdem congestis, discruciari nihil- gitationes. Tum illis amissis, relinqui tristitiam, luctum- quum. *Stob.*

cupitas plurium, inquit, amittit præsentia, sicut Aesopi- nus. *Stob. serm. 10.*

interrogatus quid esset in vita optimum? Libertas, in- virtute liber non est qui seruit vitiis: nec liber esse potest qui eget: plurimis autem eget auarus ambitiosus, ac deliciis de- *Laert. lib. 6.*

interrogatus, quænam essent feræ pessimæ? respondit, in vrbi & leones, in ciuitatibus autem publicani & sycо- *Auson. Mosell. par. 1. ser. 34. Max. serm. 22.*

videbat aliquid ab homine auaro, quem vbi videret, contantem, ac negaturo similem, ô homo, inquit, ad cibum te po- stulo, non ad cyppum: vt, qua licet, Græcarum vocum affinitatem reddam. Græcis enim τροφὴ cibus est, & ταφὴ sepultura. *Laert. lib. 6.*

Idem Anaximenis seruos conspicatus multa vasa ferentes, cuius ea essent interrogauit. Quum autem illi Anaximenis esse, respon- dissent: An non pudet eum, inquit, tam multa habere, seipsum non habens? Voluit autem indicare, hominem auarum esse extra seipsum. *Max. ser. 12.*

Idem intuens quendam opulentas anus amare simulantem: Hac ratione, inquit, non oculum, sed dentes amisit. *Stob. eod. ser.*

Idem auaros hydropicis comparabat. Illos enim argento plenos, hos autem refertos aqua, amplius desiderare, idque vtrosque in ma- gnam sui perniciem dicebat. Affectus enim ipsorum eo magis in- tenduntur, quo largius desiderata consequuntur. *Stob. serm. 10. Ead. similit. Stitur Polyb. hist. lib. 13.*

Archelaus rex. Timotheus musicus, quum ab Archelao minus quam sperarat accepisset, canens subtaxabat Archelai auaritiam, tu argentum terræ gemum laudas. Succinuit ille Archelaus, Tu vero, inquit, postulas. *Brus. lib. 1. c. 1. ex Plut.*

Socrates interrogatus, quinam essent auari? Respondit, qui tur- pia lucra venantur, & necessarios aut amicos negligunt. *Stob. ser. 10. Max. ser. 18.*

Plato ad quempiam accumulandæ pecuniæ semper incumben- tem, ô improbe, dixit, ne possessioni augendæ studeas, sed minuen- dæ cupiditati. *Stob. ser. 10.*

Timon Demosthenes cum animaduertisset, auarum quendam ad sepulchrum efferri: Iste, inquit, cum vitam non vitalem vixerit, aliis vitam reliquit. Bios autem Græcis & vitam & victum significat. *Max. ser. 12. Stob.*

Idem. quibusdam arbitrantibus Demadem iam desiisse malum esse: at enim, inquit Demosthenes, saturum videtis, veluti leones. E- rat pecuniarum auidus Demades, leones autem mitiores sunt saturi. *Eras. lib. 4. apophth.*

Timon ille cognomento Misanthropos, id est, hominum exosor, elementa malorum esse dixit Auaritiam & Ambitionem: quemad- modum enim ex primis illis & secundis principiis generantur natu- raliter omnia, sic ex auaritia & ambitione omnia vitia progenerantur alia. *Stob. serm. 8. & Eras. lib. 6. apophth.*

Hadriano Sophistæ miserat quidam pisces in disco argenteo: at ille delectatus vasculo, non remisit, tantum ei qui miserat, respon- dit, Bene facis, quod etiam pisces: quasi discus esset dono missus, pisces tantum nouitatis gratia additi. Quidam autem dicunt loco factum, vt castigaret discipuli vitium, qui sordidior esse dicebatur: nam eo admonito, discum reddidit. Quum esset apud Colo- niam Agrippinam, senatus honoris gratia misit vinum in cantharis testaceis, nec eos repeti mos est. Id admiratus, rogauit cautam. Re- sponsum est, olim vinum solere mitti cantharis argenteis: hoc ho- noris quum esset habitum cuidam ex eorum numero qui magnam nobilitatis partem existimant rapto viuere, postridie mane profe- ctus est cum argenteis cantharis. Re comperta, misit ad illum sena- tus, qui cantharos reposceret. At ille: Vltro, inquit, dono dedistis, & ego gratias egi. Hoc casu admoniti, mutarunt consuetudine. *Verba sunt Eras. in apoph.*

Cleomenes Alexand. F. dicente quodam illi, delicatus es: At me- lius est, inquit, quam iniustum esse. Tu vero pecuniam sortitus mul- tam, nondum contentus es: sed subinde cogitas, qua ratione cumu- lo adiicias. *Brus. l. 1. c. 1.*

Hieron vituperatus, quod cum multos thetoricari docuisset, ipse egeret: Atqui, inquit, non docui eos ditescere, neque studere pecu- niæ. *Max. ser. 12.*

Antigonus in extorquendis pecuniis acer erat ac rigidus. Cuidam itaque dicenti, At non talis fuit Alexander: Merito, inquit, nam ille metebat Asiam, ego culmos lego. Sentiens, opulentissimam Asiam potius ab illo spoliatam, sibi à spoliatis corradendum quod posset. *Plut. in apoph.*

C. Fabricius. P. Cornelium, hominem (vt putabatur) auarum & furacem, sed egregie fortem ac bonum imperatorem, suo suffragio fecerat consulem: Huic quum Cornelius ex more gratias ageret, quod immemor simultatis, ipsum fecisset consulem, bello præsertim magno & graui: Nihil est, inquit, quod mihi gratias agas, si malui compilari quam venire. Compilamur furto, venunt bello capti. Proinde inimico fauit, cuius dexteritate sperabat fore, ne Romani venirent in manus hostium. *Eras. l. 6. apoph.*

Scæuola Septimelio Anagnino (quem Plutarchus & Plinius Septi- mulcium vocant) cui pro C. Gracchi capite erat aurum repensum, roganti, vt se in Asiam præfectum duceret: Quid tibi vis, infane? tan- ta maiorum est multitudo ciuium, vt tibi hoc confirmem, si Romæ manieris, te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum. *Cic. lib. 2. de Orat.*

Deiotarus, M. Crassus ad Parthicum bellum proficiscens, quum in itinere Deiotarum Galatarum regem, extremo iam senio con- fectum, nouam vrbem ædificantem offendisset: O rex, inquit, quidnam negotij hoc est? Quid, quum iam duodecima diei hora tibi adsit, nouam vrbem condere incipis? Ad hæc subridens Deio- tarus, Crassique auaritiam subcarpens, Tu vero, inquit, impe- rator

rator, quum sis haud quaquam (vt videre video) matutinus (erat enim sexagenarius) in Parthos cum exercitu festinas, prædam amplissimam rapturus. *Bruſ. lib. 1. ex Plat.*

Cicero quum apud Damasippum cœnaret, & ille mediocri vino appositio diceret, Bibe falernum hoc annorum quadraginta: subtaxans Cicero hominis auaritiam, Bene ætatem fert, mi Damasippe, ait: Veniamque dedit vino, vnde gloriam Damasippus aucupabatur. *Bruſ. lib. 1.*

Idem Crasso dicente, Stoicorum esse dogma virum bonum esse diuitem: Vide, inquit Cicero, ne magis hoc sentiant, sapientis esse omnia: recte notans Crassi auaritiam, cui nihil esset satis. *Eraſ. 4. apoph.*

Vespasianus instituerat vectigal è lotio. Super hoc à filio monitus dissimulauit, donec prima pensio esset soluta. Eam pecuniam admouit ad filij nares, sciscitans, num odore offenderetur, Negante illo: Atqui hæc, inquit, è lotio est. *Suet. & Bruſ. lib. 1. c. 1.*

Idem legatis nunciantibus, decretam illi publice non mediocris summæ statuam, iussit vt eam continuo ponerent, & cauam ostendens manum. Ecce (inquit) parata basis. Significans, vt eam pecuniam, quam in statuam decreuissent impendere mortuo, viuo darent in manum. *Sueto. in Veſpaſia.*

Idem in itinere quodam multo desiliit, quasi calceaturus mulas: sed re vera, vt adeundi litigatori spatium moramque præberet. At Cæsar dolum suspicatus, interrogauit mullonem, quanti calceasset? pactusque est lucri partem. Hoc si fecit vt suos corrigeret, ciuilitas fuit: sin vt eo emolumento fieret ditior, sordidum erat. *Sueto. in Veſpaſ.*

Idem, quidam è charis ipsius ministris apud ipsum pro quodam, quem fratrem suum esse simulabat, intercedebat, vt illi procuratio committeretur. Id sentiens Cæsar candidatum solum ad se vocauit, exegitque pecuniam quam ille suffragatori suo pepigerat: ea accepta, mox ordinauit. Huius rei ignarus minister, rursus interpellauit pro fratre, cui Vespasianus. Alium, inquit, tibi fratrem quære: hic quem tuum putas, meus est. *Suet. in Veſpaſ.*

Anonymus: rusticus quidam, quoniam gratuitam libertatem supplicitur petens à Cæsare Vespasiano, repulsus esset, non est veritus clare dicere: Vulpes pilos mutat, non mores: exprobrans illi naturæ rapacitatem: quasi mercede data concessurus fuisset, quod græuito negabat. *Suet. & Bruſ. lib. 1. c. 1.*

Alexander Seuerus, Vetronium Thurinum, familiarem, quod his, qui petebant aliquid à Cæsare, vendidisset suum patrocinium, mentiens interim multa, conuincendum curauit, & conuictum damnatumque ad stipitem alligari iussit, supposito igne ex humida materia, præcone clamante: Fumo punitur, qui fumos vendidit. *Ælius Lampridius.*

Iugurtha cum pecunia Romanos exagitasset, iussusque tandem esset à senatu paucis diebus Italia decedere: Postquam Roma egressus est, fertur sæpe tacitus respexisse, & postremo dixisse, O vrbem venalem, & mox perituram, si emptorem inuenerit. Quod paulo post euenit. Romani quippe, antea cum inuicti essent, sola auaritia victi sunt, & antiquum nominis decus plane amiserunt. *Bruſ. lib. 1. cap. 1. ex Saluſt.*

Nero nunquam cuiquam munus publicum delegauit, quin hæc adiiceret: scis quibus mihi est opus: &, hoc agamus, ne quis quid habeat. Vox prædone quam principe dignior. *Suet. & Dion.*

¶ Similitvdines.

Salomonis. sicut nudi egressi sunt ex vtero matris: Ita nudi eo reuertentur, vnde prodierunt, neque vlli quicquam eorum hinc secum asportabunt, quæ tantis molestiis conquisierunt. *Eccl. 5.*

Chryſoſtomi: vesana diuitiarum cupiditas est morbus insanabilis, fornax quæ nusquam extinguitur, tyrannis per orbem longe diffusa. Diuitiæ ingratæ sunt, fugitiuæ, homicidæ, crudeles & implacabiles, bestiæ incurabiles, præcipitium vndequaque præruptum, scopulus assiduis plenus fluctibus, mare innumeris ventis agitatum, tyranni acerbe imperantes, nunc quouis barbaro sæuiores, inimicæ, irreconciliabiles, hostes implacabiles, quæque nunquam erga eos à quibus possidentur, remittunt simultatem. *Hom. 5. de Auaritia.*

Sicut beſtia fiet sæua, more leonum, more pardorum, more vrsorum: qui dum includuntur, coercenturque in tenebris, eriguntur animos, acuuntque iras: Itidem & diuitiæ dum includuntur, & refodiuntur, acrius rugiunt quam leones, perturbantque omnia. Quod si eas è tenebris eduxeris, & in egenorum ventres disseminaueris ex feris bestiis fiunt oues, quæ fuerant insidiosæ duces: pro scopulis fient portus, pro naufragio tranquillitas. Quandoquidem & hoc in nauigiis videre licet, si quando onus est iusto grauius, demergitque cymbam: rursum cum est moderatum, prospero fertur cursu. Idem vsu venit in nostris ædibus. Quum vltra quam vsus postulat, congeris pecunias, exigui venti procella & quiuis rerum inexpectatarum incursus demergit cymbam: at si tantum reponas, quantum postulat necessitas etiam si vehemens turbo ingruat, facile percurris vndas, ne totum amittas. Noli quæ superant vsum congregare, ne perdas etiam necessaria. *Homil. 3. de Auaritia.*

Sicut qui metallorum operi traditi sunt, nullum inde emolumentum, nullas opes consequuntur, sed perieulo que detrimento suo, aliis laborant, nihil prorsus de re, & morte, quam plerunque obeunt, ad fruendum conuertentes; Ita & illi, qui non sibi, sed alius diuitias imo & his multo miseriores sunt, quoniam mori illis, his quos gehenna expectat, veræ afflictionis *Homil. 50.*

Sicut igitur eunuchus virginem amplexus ingemiscit, qui diuitiis inhiant. *Homil. 84.*

Amor pecuniæ vt fera quædam & crudelis corda possidet, & tyrannica dominatione deuincit. rus, ferueat crudeliter vt tyrannus, debacchetur meretrix, nusquam miseretur, nusquam pudet. Ei sis, leonibus ferocius sæuiat, suauis tamen videri amabilis, melle, imo & fauo ipso dulcior. Cum desiderant, exoptant, gladios acuat, quotidie fodiat eis. Volutari in cœno eius tanquam sues desiderant, thari stercus eius euoluere. Tales quodam modo ritiæ huic manus dederunt, infeliciores & turpiores immundissimis animalibus. *Homil. 30. Quod nemo ſeipſo.*

Auarus cæcus est. Amor namque pecuniarum tis tuæ quasi quidam malignus humor influxit, nebulam prorsus operatus est: sed & disrumpi atque nebulam facile est, si scilicet radium doctrinæ exhortantem admittere, dicentem: Nolite thesaurizare *Homil. 21. in Matth.*

Quomodo luxuria corruptus atque petulans, quia poris formam hiscit, à dæmoniaco differt? non videre lare: sed corporeis quidem vestibus amictus est, veruntamen priuatus, non lapidibus seipsum cædit, sed sceleribus duriora asperioraq; sunt. Quis hunc iuuare potest, quam sit in seipso, sed in sepulchris versetur. Sepulchrum diuersoria, cum multo fœtore, multa putredine. Nō minæ, non exhortationes ipsum ligare poterunt cula spernit. Sic auarus. *Hom. 29. in Matth.*

Aeris quidem auidi benevolos, nisi vtiles sibi sunt: & liberum hominem si possent, libenter in ser redigerent. Dæmoniaci vero nihil huiusmodi facunt li suo malo laborant: & illi quidem multas domos menque Dei propter ipsos blasphematur. Communitatum atque orbis totus. Dæmonibus autem chrymas nobis ita mouent, vt eorum facile misereamur non sentiunt plerumque quod agunt: illi præmeliuntur, mediis vrbibus bacchantes, ac nouam insaniam Quando enim omnes simul dæmoniaci tantum immittent, quantum ludas solus commisit? Quid quitatem turpi pecuniarum ardore deuectus est: patrum qui illius auaritiam imitantur, quasi feræ bestiæ cunctos homines nullo resistente perturbant ac lacerant quidem etiam his vndique conjecta sunt, iudicium ror, multorum odia, cæteraq; huiusmodi: sed his nequaquam turbant: quod si quis hos nexus omnino ab eis auferres peiora hos dæmone, quam dæmoniacos, ac furiosos *30. in Matth.*

Quemadmodum sine fluctibus mare nunquam animos diuitum auarorum absque sollicitudine, tempestate, curis, periculis nunquam reperies, sed antequam pernat, alia inuaserunt. *Hom 39. in Matth.*

Nullum inter aues solicitos collectores, & cœnarios operarios discrimen est. Nam vt tunc Pharao, atrocissimus rannus, flagellis ad colligendas paleas compellebat filios iam nunc diabolus ad officium laterum, flagellis cupidos incendit: Quid autem aliud aurum, quam cœnum quam palea? Sicut ergo palea ignem: Sic pecuniæ cupiditas flammam incendit, & quasi cœnum coinquinat pectora *40. in Matth.*

Quemadmodum si quis febricitans, plenum frigida qua rapuerit ab aliquo, & eam pestiferam bibendo pleuerit, ac morti seipsum tradiderit, non cum vnde sed eum qui raptum accusamus, & sibi ipsi inuram Sic certo de auaris atque rapacibus cogitare debemus. que febri isti laborantes, alienarum rerum rapina, ditate, inflammantur. Si quis etiam furore concitus, cuiuspiam rapto, seipsum occiderit: nonne qui rapuit riam intulit, cum is à quo ensis raptus sit, nulla fit Hoc ipsum quoque in pecuniarum rapina fieri videmus *in Matth.*

Quemadmodum si quis in limpidum fontem fœtum immundum reddit: Ita si diuitias auaritia attigerit tore suo corrumpit. *Hom. 72. in Matth.*

Vt in morbis & fistulis, nisi quis prius fluentem vulnus sistat, quæcunque imposuerit medicamenta morbi causa, omnia frustra contendet. Ita & nos auaritia, & malum hunc amorem cohibuerimus,

…ſtam incaſſum laboramus. *Homil. 81. in Ioan.*

…ſue regis violaret vxorem, ſiue pauperis, ſiue ſerui, …adulter eſt, cum peccatum non perſonarum diſcerē… …voluntate improba, id ſcelus admittentis iudicetur: …illum magis adulterum dixerim, qui quamlibet ex …qui ipſam reginam violauerit. Illic enim plurima irri… …pura opes, elegantia, forma, & eiuſmodi, quorum hic …Eadem profecta ratione illum magis ebrium dixe… …vino, quam qui optimo inebriatur. Ita & cupidum …cenſeo, qui ne minima quidem rapere omittit. …minima fortaſſe contemnet. Fur igitur magis hic …*In 1. ad Tim. Hom. 3.*

…aduerſi quidam, ac furentes venti ſi in mare pla… …ſunditus vertunt, adeo vt harena profundi ſū… …vndis: Ita & pecuniæ cupidi omnia penitus mi… …qui huiuſmodi eſt, amicum nouit. *In 1. ad Tim.*

…vehemens, vbi in ſyluam incidit, peruertit om… …Ita & iſta orbem deſtruxit vniuerſum. *In 1. ad Tim.*

…ſaturati rapinam relinquunt: Auaris autem nulla ſa… *Apud Ant. Meliſſ. Ser. 12. part. 1.*

…deterior eſt auaritia. Siquidem idololatræ Dei crea… …& venerantur, coluntque creaturam præter creato… …autem ſuum ipſius opus adorant. Deus quippe auari… …ſed inſatiabilis & immodica hominum cupiditas …

…Famulus ſecuram vitam ducens, quocunque de… …dulci ſomno reficitur. At qui pecuniis ſeruit, he… …importunum, qui dormire eum non ſinit, curam ſcilicet …anxietatibus plenam. *Eccl. 5.*

…quemadmodum ſi quis in theatro ſedilia occupet, ac …ſuperuenientes excludat, ſibi proprium vendicans, quod o… …poſſit: Ad eum modum ſe diuites gerunt. Cum enim …nunc eſt, priores inuaſerint, ex præoccupatione id pro… …faciunt. *In Lucam.*

…monachi: vita auarorum hominum ſimilis eſt mortui …omnia enim cum habeat, qui delectetur neminem habet.

…dum qui intercutis morbo laborant, quo magis bi… …magis ſitiunt: Sic auarus quo magis habet, eo magis etiam …deſiderat. *Ibid.*

…dum à mortuo nullum colloquium: Sic nec ab aua… …beneficium quærendum eſt. *Ibid.*

…monachi: potu reſtinguitur appetitus bibendi, & cibus …ubi medetur. Auaritiam verò non aurum, nec argentum …*In Meliſſa part. 1. ſer. 34. ex Plut.*

…aurus vir inferno ſimilis eſt. Infernus enim quan… …deuorauerit: nunquam dicit, Satis eſt: Sic etſi omnes …confluxerint in auarum, nunquam ſatiabitur. *Ad Ioan.*

…Socrates auaros comparabat auibus, quarum alia deglu… …inuenerit, & quandoque ſuffocatur: aliæ verò ſequun… …habet, ei extorquerant: & ipſæ quoque aliæ poſt alias ſuf… *Apud Ant. in Meliſſ. par. 1. ſer. 35.*

…auaritiæ, vt ſol poſt occaſum, neminem mortalium …*In Meliſſ. Ant. par ſer. 34.*

…quemadmodum hydropici quo magis bibunt, eo ma… …auarus quo magis habet, eo magis habere cupit. *Apud …De iniuſtitia.*

…dum arbores & vites in locis inuiis & præruptis na… …hominibus, ſed coruis & aliis animalibus fructus adfe… …Sic auaritiæ ſi ab homine auaro poſſidentur, in vſum aliorum …nequaquam cedunt, ſed adulatoribus & aſſentatoribus …*Apud Stob. ſerm. 90.*

…: quemadmodum inter vlcera peſſimus eſt affectus …: Ita in pecuniis animus non contentus, & ſibi inæqua… …*Stob. ſer. 90.*

…: quemadmodum Cæcias ventus (quem Plinius media …hominem & exortum regione flare ſcribit) contra aliorum …malium ventorum naturam nubes non pellit, ſed magis …: Ita auarus opes ac diuitias.

…quemadmodum hydropicorum deſideria nunquam ex… …more adhibito ſaturantur aut tolluntur, niſi interna corpo… …malo curetur: Sic concupiſcentia illa plura habendi nun… …minuitur, niſi vitium quod in animo eſt, ratione aliqua …*Lib. 13. hiſtoriarum a principio.*

…: vt Chius ille vina optima vendebat aliis, ipſe vappam …: Sic qui omnia ſua deprauant, nec ſuis ipſorum bonis …Huius ſeruus interrogatus quid ageret dominus: Cum …inquit, bona quærit mala. *In Moral.*

…dum adulteri alienas vxores adamant, ſuas contem… …ſic quidam aliorum bonis magis delectantur, ſua eleuant, aut …negligunt. *In Moral.*

…quos dolentes ſopor occuparit, triſtia ſomniant: Ita qui inui… …cupitione, auaritia laborant. *In Moral.*

Vt membrum ſcabioſum ſemper opus habet fricatu; Ita cupiditas animi nunquam ſatiatur. In Moral.

Quemadmodum apes ad mellis: Ita auari ad lucri odorem confluunt. *In Moral. Meminit eius etiam Maximus Ser. 12.*

Ariſtonymi. Hominis auari vita ſilicernio, hoc eſt, funebri conuiuio ſimilis eſt. Cum enim habeat omnia cærera, exhilaraturum non habet. *Apud Stob. ſerm. 8. de iniuſtitia, & Antonium in Meliſſa ſerm 34.*

Stobæi, quemadmodum is qui bonum habet equum, imperitus autem equitandi eo nequaquam delectatur: Sic homines prædiuites colligunt quidem opes, horum autem vſum cum neſciant, non voluptatem vllam ex his capiunt. *Serm. 90.*

Ciceronis, vt quidam morbo aliquo, & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt: Sic auari & facinoroſi, veræ laudis guſtum non ſentiunt. *Philippica 2.*

¶ Adagia.

A mortuo tributum exigere. ἀπὸ νεκρῶ φορολογεῖν. *Ariſt.*

Dicebantur qui per fas neſasq; diuitias undiquaq; congerunt.

Dici ſolitum in eos, qui turpiter undecunque lucrum aucuparentur è rebus minutis ac ſordidis. Er gebe einem Todten miche ſo viel Erdrichs vmb ſonſt/da er möch: hin begräben werden.

Vndecunque lucrum captant.

Apte dicetur in malos cauſidicos, propolas, caupones, calumniatores, malos medicos, &c. qui captant undecunque, ſi quis incidat in caſſes, quem poſſint expilare.

Fabarum arroſor. κυαμοτρώξ. *Suidas.*

Dicebatur, qui in creandis Magiſtratibus vendebat ſua ſuffragia, eoque quæſtus gratia ſedule verſabatur in comitiis. Vnde fabis dicebantur ſuffitare, quibus hinc quæſtus erat.

Feles tarteſſia. γαλῆ ταρτησσία.

Non inepte dicetur de rapacibus. Huic confine eſt illud Luciani; ἁρπακτικώτεροι τῶν γαλῶν, id eſt, *rapaciores felibus.*

Lacunam explere.

Pro ſarcire damnum. Cicero: Vide ne qua lacuna ſit in auro, hoc eſt, ne quid deſit.

Nullam corporis partem habet otioſam, ne eam quidem qua vocem promit. οὐδὲν ἀπραγμον ἔχει μέρος τὸ σῶμα ἡμῶν, οὐδ' ὅσον τὴν φωνὴν προίεται.

Torquetur in hominem non manibus tantum, ſed toto corpore rapacem.

Exigit à ſtatuis farinas. αἰτεῖ γε καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα.

In eum dicendum qui nullius miſertus, undecunque quod poteſt, auellit, vel ab ipſis mortuorum ſtatuis. Er nimt es auch wol Todten von den Füſſen herweg.

Lucri bonus eſt odor ex re qualibet.

Lucri bonus eſt odor ex re qualibet. Iuuenalis.

Vnde habeas, curat nemo ſed oportet habere. Ennius:

Es gilt ein geſtolner Pfenning nicht weniger als ein anderer. Ein Baſardt bringt eben ſo ein groß Pfenningörot / als ein Ehelindt.

Lucrum pudori præſtat. κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον. *Item*, τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν εἰπεῖν.

Dulce eſt lucrum, profectum & à mendaciis. Sententia bono viro indigna.

Charybdis. Barathrum.

Hominem auarum & immodum edacem, bibacem, aut rapacem, helluonem, Charybdin, aut Barathrum vocamus. Horat. de luxurioſo quodam.

Ingluuies & intemperias, Barathrumq; macelli.

Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere. *Sueton.*

Hodie vulgo celebratum durat, vbi quis eſt exactor durior atque inſtantior. Quid? Num & pellem tu? Quaſi conuenias lana contentum eſſe. Germani eadem metaphora huiuſmodi exactores appellant, Die Bawrenſchinder. Schaaff ſoll man ſcheren / nit ſchinden.

Lauerniones.

Dicuntur homines furaces, quod fures ſub tutela Lauernæ Deæ eſſent, in cuius loco obſcuro atque abdito, ſolita ſunt furto ſublata, prædamq; defodere.

Nutricum more male. ὥσπερ αἱ τίτθαι γὰρ σπίζειν κακῶς.

Conuenit in eos, qui de lucro paulum aliquid impertiunt ſocio. Er hat Säugammen art / was das Kindt nit mag / das mag die Ammie.

Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præterea nihil:

Ἡ φιλοχρηματία Σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν.

Vna fames auri Spartam capiet ſubigetq;

Præterea nihil.

De iis, qui ſola pecunia poſſunt expugnari, aliogui inuicti.

Inexplebile dolium. ἄπληστος πίθος.

Plautus: In pertuſum ingerimus dolium, Operam ludimus. In hoc mines præter modum profuſos. Congruit etiam in auaros, quorum cupiditatibus nihil eſt ſatis. Ein Faß ohn Boden.

Larus hians. Λάρος κεχηνώς. (da. voracior.

Dicebatur, vbi quis auidius inhiaret prædæ. Eſt enim Larus auis.

Serpens, niſi edat ſerpentem, draco non fiet. ὄφις εἰ μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται.

Potentes

Potentes aliorum damnis crescunt, & optimatum fortunæ in tantum non augerentur, nisi essent quos exugerent.

Nouit hæc pilæa & Tyttygias, οἰδ' τε πυλαῖα τοῦτα κοὐ Τυτλιγίας,

Hoc velut ænigmate veteres innuebant, opes malis artibus quæsitas, facium item huc locutiones istæ prouerbiales. κπαρὸν μισῶ τὸν ἐπιζῶν' ὀντίμωνος τὰ λάχανα.

Id est,

Olitorem odi qui radicitus herbas excidat.

Item:

Malum lucro coniunctum, non est malum. Et:

Non sacrificata rupere. Et:

Communis tanquam Sisapo, &c.

Bona Porsenæ.

Bona Porsenæ dicebantur quæ velut ab hostibus erepta paruo venerunt. Non inepte dicetur in rem, quæ dono cuipiam aut fortunæ commoditate citra nostram operam contingit. Es ist Raubgut, Es ist gefunden Gut.

Vulturis vmbra. γυπὸς σκιὰ.

Quadrare videtur in harediperas, aut alioqui rapaces, inhiantesque præda.

Edax currus. ὰδηφάγον ἅρμα. *Aristoph.*

Ingulones & voraces dicebatur. Venustius reddetur, si deflexeris ad animi vitia, vel significaueris, cupiditates inexplebiles esse, quum natura vsus perpauca postulet.

Laudant vt pueri pauonem.

Iuuenalis scripsit in auaros, qui carmina laudant duntaxat, nihil autem largiuntur poetæ.

Didicit laudator auarus
Tantum admirari, tantum laudare disertos,
Vt pueri Iunonis auem.

Atticus moriens, porrigit manum. Ἀττικὸς ὑπτίαζει τὴν χεῖρα ἀποθνήσκων. *Diogen.*

Huic adagio locum fecit Atheniensium in muneribus captandis & aucupandis lucris insatiata cupiditas. Er nemt sich zu Todt. Item/Lamb/Lamb/ist deß Wolffs Vesperglock.

Pamphili furtum. Παμφίλου φίσμος.

Conueniet in peculatores, qui è publico suffurantur.

Non curat numerum lupus.

Virgilius.

Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas.

Recte dicetur in hominem impudenter furacem.

Argiui fures. Ἀργεῖοι φῶρες.

De pala improbis. Nam Argiui furacitatis infamia laborabant.

¶ Exempla Biblica.

Auaritiæ & tenacitatis exempla: Pastores Abraham & Loth, *Gen.* 13. ℣. 7. Laban, 31. 41. Fratres Ioseph. 37. 28. Balaam, *Num.* 22 ℣. 7 8. 2. *Pet.* 2. 15. *Iudæ*, ℣. 11. Achan filius Charmi. *Ios.* 7. ℣. 11. Dalila. *Iud.* 16. *v.* 5. 6. Filij Samuelis, 1 *Sam.* 8. 3. Saul, 15. 19. Naual, 25. 11. Semei, 1. *Reg.* 2. 40. Achab, 21. 2. Giezi, 2. *Reg.* 5. 20. Sennacherib, 18. 14. Benadad, 2. *Paral.* 16. *v.* 3. 4. Quidam Iudæorum diuites, *Nehem.* 5. *Vers.* 15. Quidam Milites, 2. *Machab.* 12. 40. Exercitus Iudæ, 1. *Machab.* 4. 17. 18: Principes Israelis, *Esa.* 1. 23. Pastores Israelis, 56. 11. Iudæi, *Ierem.* 6. 13. Ioachin, *Ierem.* 22. *Ver.* 17. Principes Israel, *Ezech.* 22. 12. Populus Iudaicus, 33. 31. Ammonitæ, *Amos* 1. ℣. 13. Scribæ & Pharisæi, *Matth.* 15. *v.* 5 & 23. ℣. 16. 23. *Mar.* 7. 11. *Luc* 11. *v.* 42. & 16. *v.* 14. Quidam adolescens, *Mar.* 10. 22. *Luc.* 18. 23. Sacerdotes, *Matt.* 21. *v.* 12. *Ioan.* 2. *v.* 15. Iudas proditor, *Matth.* 26. 15. *Ioan.* 12 *v.* 6. Custodes sepulchri, *Matt.* 28. ℣. 12. 15. Quidam de turba, *Luc.* 12. 13. Diues quidam, 12. *Vers.* 16. 17. Diues nequam. 16. ℣. 21. 22. Ananias & Sapphira, *Act.* 5. 2. Simon Magus, 8. ℣. 19. 20. Domini puellæ Pythonissæ, 16. *Ver.* 19. Demetrius, 19. 27. Felix, 24. ℣. 25. Quæstionarij, 1. *Tim.* 6. *v.* 5. Falsi Doctores, 2. *Pet.* 2. ℣. 3. 14. Auarorum crudelium exempla: Pharisæi, *Matth.* 15. ℣. 5. 6. *Marc.* 7. ℣. 11. 12. Agricolæ, *Matt.* 21. ℣. 34. 35. *Marc.* 12, *v.* 2. 5. 5. *Luc.* 20. ℣. 10. Pseudopastores, *Act.* 20. *v.* 29. 2. *Pet.* 2. ℣. 15.

¶ Profana Exempla.

Voces: quas auari homines, ac minuti animi, infusurrare filiis solerent, retulit Horatius in Satyra prima ad Mecœnatem, qua vitium illud accusauit, & quanta maxima diligentia potuit, exagitauit: *At bona pars hominum, decepta cupidine falso, &c. Victorius lib. 23. Var. lect. c. 10.*

Nero nunquam cuiquam officium delegauit, nisi hæc adjiceret: scis quibus mihi est opus? &c. hoc agamus, ne quis quid habeat. Vox prædone, quam principe dignior. *Sueton. & Dion.*

Hispanus olim, vt scribit Philarchus, micrologia propria fuit: qui res vel minimas plurimi faciebant, & auaritiæ studio semel tantum die cibum capiunt. Sunt, inquit, & hydropotæ, & in tam auido ingenio, vestibus tamen amiciuntur vel preciosissimis. *Thea. Zuing. fol.* 2390.

Vespasianus cum rapacissimum quemque promoueret, vt mox ditatos condemnaret: vulgo dictus est: officiarios suos habere pro spongiis: quod veluti spongias & siccos madefaceret, & humentes exprimeret. Candidatis honores reisque tam innoxiis quam nocentibus absolutiones venditasse dicitur. *Suetonium & Dion.*

Pertinax, qui Commodo successit, auaritiæ sus[pic]ion non caruit. nam & sordide se gessit in prouinciis [re]gendis: & cum paternum patrimonium peruxiguum [fa]ctus est diues. *Cuspi.*

Phocas Imp. parricida auarissimè tributa exegit. [Ha]cum suis aulicis secreta tractabat, qui magistratus & [ho]nores bant. *Cuspin.*

Negotiatorum genus nihil habet sacrum, propter [quæ]lucrum: cui se totos, ceu Deo consecrarunt. Hoc pudet citiam, hoc honestum, hoc famam, hoc diuina patere omnia metiuntur: reliqua nugæ. *Eras. in Adag.*

Simonides sis, qui auaritiam ei obiiciebant, respo[nde]luptatibus ob senectutem orbum, ab vna, ætatem [in]stuaria. *Plut.*

Numidij auaritiam describit Horatius *l.* 1. *Sem.*

Numidius quidam (non longæ est fabula) dimi[sit]

Semiramis Carum regina, quæ Babylonem con[di]monumento, quod sibi pararat, inscripsit. Quisquis [pe]guerit, aperto monumento, quantum voluerit, capiat. [Ne]tus ea ciuitate, titulo credens, saxum ingens, quo clau[sum]numentum, vix amolitus, nihil quidem inuenit pecu[niæ]altero saxi latere hoc inscriptum repetit: Ni vir mal[us]nia inexplebilis, haudquaquam mortuorum locu[pes]Quanquam hoc aptius inter stratagemata, siue inter [pro]morandum erat.

Notatur Simonides Poeta, vt author Ælianus de [Ve]Is enim rogatus à quodam, vt encomium ei scriberet, [pe]loco muneris habiturum. Respondit, Duas se habere [Ch]gratiarum, alteram argenti: hanc cum aperiret co[m]namque, illam vero vacuam solamque reperit. Idem cur auarus esset, interrogatus, Quoniam, inquit, mal[o]linquere moriens, quam amicos viuens frustra rogare [ne]rimorum infidas amicitias.

Dum Brennus dux Gallorum Senonum obsideret [Ro]go quædam nomine Dæmonica solicitata spe Barbari [cu]git, se Ephesum prodituram mercede monilium, [quæ]bant. Cuius facti fidem Brennus præstitit, iubens omn[es]congeri, ita vt viua vsque supprimeretur.

Sergium Galbam, qui Domitio successit Augusto, [pro]lieni non appetentem, iure tamen ætas plurimum [ce]quidem pecuniæ parcus cum esset, publicæ etiam au[ge]que enim aut sæcula illa, dignitasque senatoria, aut opu[len]bæ patrimonium eam parcendi, ac conseruandi diligen[tiam]rea fella tantam è publico auaritiam patiebatur: *fune[sta]ralitate.*

Didii Iuliani maximi & potentissimi viri fordes quæ [ad]Porcellum Leporemve dono ad se missum in triduan[um]cœnas. Sæpe etiam, cum nulla religio, aut abstinendi [ca]leguminibus oleribusque solis contentus, cœnaret.

Quo vt non minus sordidus, sic fortassis magis acti[us]nax Augustus, qui inter priuatum, & Imperatorem [ni]putauerat, dimidiatas lactucas, carduos etiam dimidiat[os]conuiuiis solitus: ac si quando ad amicos de cœna mitte[re]tum offulas, paucula poma. Atque vbi opiparè magn[o]vellet, gallinaceos lumbos mitteret. Quid enim [pro]quam, vt qui tam late imperet animum tam angustum [et]lissimis rebus habeat?

Inter recentiora auaritiæ exempla, primo commem[o]Constantia, Constantini Maximi Augusti filia, & Gal[li]qui Orientem regebat, coniunx. Quanquam autem [in]plerunque aut prodigalitas insignis, aut tetra auaritia [so]leat: id tamen, quod ipsa patrauit, tam longæ [ab]discessit, vt fidem vir non inueniat. Quis enim facile [cre]sit, vt credat tam sublimis fortunæ fœminam insidi[as]Alexandrinum, virum innocentem indicta causa imm[o]hilominus res ita fuit. Gemmato enim monili corru[pit]matij socru, generi mortem ei vendidit, quem inulti[us]bebat: quia vir probus stupri ab ea interpellatus, tam[en]ne abstinuerat. Cuius rei quoties mentionem fieri com[pe]facile diiudicabitur, quid potentius existimari debeat, [an]Clematij socru libido, an Clematij honestas, aut rapacit[as]auaritia.

Constans tertius Phocæ imperatoris, ex Constantin[o]re maiore natu filio nepos, ex Græcia ad vrbem Roma[m]ctus, omnibus sacris profanisque locis spoliatis, quæ[que]in ea vrbe mansit, tantum statuarum ac reliquorum [or]torum inde abstulit, quantum antea ex magno numer[o]Barbari, qui vrbem Romam diripuerant, non abstul[e]eoque acerbe populos imperio parentes, atque nouos [ty]Siculos grauibus tributis pressit, vt multi filios vendi[de]tur. Adeo à primis principibus degenerauit, qui non [so]nare studebant vrbem Romam, verum etiam vrbis [in]populo, atque insuper pecuniam large prædabant, [ut]donationibus quærens, quod in rapiendo Constans [ha]fuerat: Cæterum cum in Sicilia à militibus suis [in]set: Saraceni, qui per id tempus in Sicilia Panormum [ur]

Aphricam omnes. Constantinis rapinas deuexerunt. quod plerunque auaris solet, vt opum, quas rapiunt, hi possessores fiant, quos minime arbitrabantur: eum auarumque infamia ac crimen maneat, cum alii ...dicio, rapinarum commodo ac voluptate perfruan-

...immensa iunctam auaritiæ, qua Romani milites (vt ...vsi sunt, dum exeunte ira Iudæis captiuis, deuora-...ram interfectis perquirunt: exercuerunt etiam Balduiniani Hierosolymorum regis milites in Turcas, quos deuicta ...urbe ceperunt. In eis enim immensa habendi cupiditas, ...cum vicit, qui iure in eo bello seruandus erat, ...gnonis titulo, & non plura habendi cupiditate Balduiu-

...pro re iindignitate appellare poterimus id, quod ...Catholicensis rex, aduersus Maomadam Granatæ regem ...cum ad eum, opis petendæ gratia, aduersus alios ...esset. Omne enim aurum, quod secum attulerat, ra-...Perrus ademit: & cum palam iaculari cum suis iussisset, qui eum manu sua iaculo peteret. Hunc ne a-...fuit, qui eum manu sua iaculo peteret. Hunc ne a-...dem, aut ignauum nuncupabimus? aut eo solo con-...quod infelix Maurus rex tunc coram ei obiecit; ...regem turpem nimis triumphum ducere de rege, qui ...gratia in eius fidem se recepisset: violato natu-...que omni humano more neglecto, spoliato atque oc-

...(Lycurgus scilicet) res mobiles diuidere, quo inæ-...omnem & excellentiam tolleret, quoniam intuebatur ...ferre manifestam ablationem, alia vsus via è medio su-...ἀνωφελῶν, desit, plus habendi cupiditatem. Nam vbi ...nummum omnem aureum & argenteum irritum red-...solum vtendum imperauit. Fecitque vt ex vasto ...magnitudine valeret parum, ita vt minarum instar, & ...penu indigeret, iumentisque ad agendum. Hoc au-...plurima iniuriarum genera è Lacedæmone sunt eie-...enim aut furari voluisset, aut corrumpere muneribus, ...priuare & rapere, quod neque occultare poterat, ne-...uolunitate possidere, neque etiam vtiliter incidere. ...vt fertur, igniti ferri aciem extinguens, abstulit ad a-...lium & vim, quoniam infirmum & inutile reddere.

...uero regnante, influxit Spartam nummus primum: post ...uero insatiabilis cupiditas, diuitiarumq; desiderium per ...incessit atque per Lysandrum potius: qui, cum ipse pe-...insuperabilis, retersit patriam, & diuitiarum studiis & ...enim & aurum & argentum ex bello intulit & Lycurgi le-...uit.

...in Timone, multis verbis eleganter auarorum depin-...sed quia locus est prolixior, satis fuerit hic indicas-

...ost immensas profusiones (deliciis etiam animum ...) ad auaritiam atque rapinas conuersus (id quod ...quibus expendendi nullus est modus) testatores, vt ...eidem scriberent, cogebat, quos postea, si superuixis-...uellebat. Ridendos ducens, quod condito testamen-...uerent. Superante demum cupiditate atque auaritia ...mariumque lupanar in palatio condidit, ac misit, ...rsum cursitantes obuios, vt fructuosum vectigal princi-...inuitarent. Coacta igitur ex eo vectigali ingenti pe-...in ea se nudum prouolueret, auri auiditatem explere ...bat. O ingentem, inexplebilemque auaritiam, quæ in ...pene tantum Principem excæcatum in eam vtilitatem ab-...que deduxisti, vt neque dedecus suum, neque imperii i-...agnosceret, cum se veneficum atque lenonem præ-...nemo, neobscuro quidem loco ortus, quamuis ino-...vix, quin erubesceret, in occulto agere posset. Tu san-...honorem, tu vitam, tu Deum auro parem, quibus ...par esse potest, duxisti. A quo si necessarium expen-...demeris, nulla magis quam è saxo vtilitas sentitur, ...habendi insatiabilis auiditas prouenit, & eius amittendi ...timor, cui odium atque inuidia comes nunquam desinit

...Imperator omnium auarissimus alienæ mortis facul-...tibus facile pecunia permisit, omniumque aliorum ...impunitatem auro condonauit, palam litium capitali-...iudicia vendidit, haud secus, quam si publicis nun-...dandæ merces essent.

...rex Tyri, Sichæum, sororis suæ, Didonis nempe, ma-...potiretur auro, interfecit.

...Galba adequam imperaret, Hispaniarum proconsulatum sub ...gerens, cum ei Tarraconensis ciuitas dono coronam aureã ...quam ponderis quindecim librarum dixerunt esse, statim ad-...uerterit pondus inspicit: & cum inuenisset tribus libris minus ...rictum fuerat, pondus esse: munere tanquam deberetur, in ...nem conuerso, postposito pudore à Tarraconensibus tres ...que coronæ deerant, exegit.

Aurum inexplebiliter ac scelerate nimis sitire se ostendit Romanus exercitus, cum Hierosolymas Titus obsideret. Iudæos enim, qui ab vrbe fame compulsi profugiebant, deuorata aurea moneta, vt ita eam ab hoste incolumem seruarent, medios ferro diuidebant, vt in intestinis aurum, quod deuorauerant, inquirerent. Cum pusillam moram, qua ventrem exonerantes inter stercora aurum effunderent, præ nimia cupiditate ferre non possent biduo enim duo Iudæorum millia per hunc modum milites interemerunt: pluresque occidissent, nisi Titus graui proposita pœna eam rem interdixisset.

Argyraspidæ post Magni Alexandri mortem ab Eumene Cardiano conducti, qui vnus Alexandri successorum fuit, cum eo aduersus Antigonum bellum gerebant, qui vt impedimenta recuperarent, paulo ante ab Antigono adempta, nulla fidei atq; honoris habita ratione, Eumenem captum Antigono prodiderunt: Sed vt pro perfidia atque auaritia parem gratiam, vt digni erant, acciperent, iterum ipsis impedimentis spoliati omnium egeni, nisi perfidiæ infamia remanserunt. Atque in tanto Antigoni, cui eam operam nauauerant, atque eius militum odio, post id factum fuerunt, vt eorum nullus in patriam viuus redierit.

¶ Hieroglyphica.

Sunt qui per *munus & brachia* hieroglyphice auaritiam designent, atque interpretamentum huiusmodi ex carmine Theocritiano mutuentur: νίνικται δ' ὑπὸ κερδέων, πᾶς ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχων. Neque desunt, qui manum tantum sinistram digitis compressis protenacitate & auaritia pingant. Nam & coniectores læuam lueri, & augendæ rei signum ponunt: quippe quæ ad custodiendum magis idonea sit, vtpote segnior, & tenacitati accommodatior. *Pier. Val. lib. 35. p. 335.*

¶ Emblemata.

Andreæ Alciati.

In auaros.

Emblema Lxxxv.

Septitius populos inter ditissimus omnes.
Arua senex nullus quo magis ampla tenet:
Defraudans genium que suum, mensasq; parcus,
Nil præter betas duraque rapa sorbat.
Cui similem dicam hunc, inopem quem copia reddit?
Anne asino? sic est: instar hic eius habet.
Namq; asinus dorso pretiosa obsonia gestat,
Sed rubo aut dura carice pauper alit.

Auaritia.

Emblema Lxxxiv.

Heu miser in mediis sitiens stat Tantalus undis,
Et poma esuriens proxima habere nequit.
Nomine mutato de te id dicetur auare,
Qui quasi non habeas, non fueris quod habes.

In auaros, vel quibus melior conditio ab extraneis offertur.

Emblema Lxxxix.

Delphini insidens vada cærula sulcat Arion.
Hoc que aures mulcet frenat & ora sono.
Quam sit auari hominis, non tam mens dira ferarum est:
Quique viris rapimur, piscimus eripimur.

¶ Apologi.

Dives.

Cum essent diuiti cuidam filiæ duæ, deque his altera mortem obijsset, conduxit ille mulieres quæ in funeris pompa deflerent mortuam, quas Latini præficas dixere. Quarum miserabiles planctus conspicata superstes soror: Quanta est hæc, inquit, infelicitas id facere posse alienas, vt tam vehementer plorent atque eiulent, cum id nos, quarum luctus est proprius, nequeamus? Cui mater, Desine, inquit, mirari filia mea, tantopere istas mœrere: hoc enim pecunia accepta faciunt.

Fabula ostendit inueniri quosdam tam auaros, qui non vereantur quæstui habere alienas calamitates. *Ioach. Cammer. lib. Fabul. p.137.*

Viator.

Itinere quidam longo fatigatus votum fecit, dimidium eius, quod reperisset, se Mercurio consecraturum, cum autem incidisset in sacculum, refertum palmis & amygdalis, illo sublato fructus quidem comedit, nucleos autem palmarum & amygdalorum testas in aram imposuit, quod se soluere votum diceret, atque inuenta cum Mercurio partiri, de quibus extima & intima illi offerret.

Castigantur hac fabula auari, qui etiam diuini numinis respectum postponunt cupiditatibus suis. *Ioachimus Camm. l. Fab. p.100.*

Inuidus.

Volens explorare sensus hominum Iupiter, misit Apollinem in terras, qui voluntates humanas cognosceret. Hic primum incidit in auarum vnum, & alterum inuidum. Quibus collocutus, copiam illis facit petendi quod vellent. Id enim quod vterque petiisset, ratum se habiturum, sed ea lege, vt quod sibi alter petiisset, alteri præstaretur duplum. Nullo igitur pacto induci potuit auarus, quicquam sibi vt peteret, at inuidus eiui vnum oculum sibi petiit, vt auarus ambo amitteret.

Describitur hac Fabula auaritiæ & invidiæ pessimum & teterrimum vitium, *Ioach. Cammer. Fab. p. 209.*

Cerui dimicantes & Vulpes.

Orta inter duos ceruos pugna iam eo vsque processerat, vt sauciis sanguis in terram flueret. Viderat hoc Vulpecula, & cupida lingendi illius surrepit dimicantibus, & incautius auiditate liguriendi subiens, à ceruis attrita conquassatis costis, semiuiua in sanguine relinquitur.

Fabula docet, auaros quærendi infinito studio vrgere ipsos exitium suum. *Ioah. Cammer. lib. Fabul. p. 281.*

Vide paulo post, tit. de Auro.

Audacia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

AVDACIA, Græce τολμα, ης, ἡ, & τόλμης, ου, ὁ, audax dicitur: & est fiducia seu confidentia dicens motum irascibilis inæstimatum, non excedere facultatem & est circa mala. Nam circa bona est spes. *ex B. Thom. 2. Sent. dist. 26. q. 1. art. 3.*

Audax nonnullis sapere videtur, quod originis Græcanicæ, αὐθάδη enim Græci vocant audacem & temerarium: αὐθαδεία audaciam. Festus ab auide, id est, cupide agendi deflectit. Heb. Audacia *Bétac*, à verbo *Batac*, confisus est, fiduciam habuit. In bonam & malam partem sumitur. Audax autem quum suis viribus nitatur, Deo relicto, impie procedit. *Battukoth*, confidentiæ, securitates. Iob. 12. 6.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Stat. 10. Theb.

Ille monet, nec frena animo permitte calenti
Da spatium, tenuemque moram: mala cuncta ministrat
Impetus: hoc ore munus concede parenti.

Idem 10. Theb.

Adde malem sceleri; & metiri quod audes.

Ouid. 10. Met.

In audaces non est audacia tuta.

Virg. 6. Æn.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

Tibullus 1. 2.

Audendum est fortes adiuuat ipsa Venus.

Virg. 10. Æn.

Audentes fortuna iuuat.

Claud. ad Probinum.

Fors iuuat audentes prisci sententia vatis.

Ouid. 10. Met.

Audentes Deus ipse iuuat.
Audebimus vltima, dixit.

Ex Comicis Græcis.

Εὔτολμος ἔνια κρίνει, τολμηρὸς δὲ μή.
Audens ita esto sit procul vt audacia.
Τὸ πολλὰ τολμᾶν πολλὰ διαμαρτάνειν ποιεῖ.
Audere multa, multa nos fallere facit.
Ἐστὶν τὸ τολμᾶν, ἀφίλ' ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.
Audacia aliena sapiente est a vitio.
Προπέτεια πολλοῖς ἐστιν αἰτία κακῶν.
Ex temeritate multa nascuntur mala.

Phocylides.

Τόλμα κακῶν ὀλοὴ μίζ' ὀφέλλει δ' ἰσθλὰ πονεῦντας. id est.
Audacia malorum pernicioſa, multum auget sero bona laborantes.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Qui nullum timet omnino periculum, sed adit omnia: is audax existit. *l. 2. Ethic. 2. Arist.*

Qui confidentia impulsus modum egreditur: audax appellatur. *l. 2. Ethic. c. 7.*

Audaces temeritate proiecti, ante cupiunt adire pericula, quam instant: cum adsunt, ea defugiunt. *l. 3. Ethic. c. 7.*

Audacia nulli rei vulgari est vsui, nec nisi bello prodest. *lib. 2. de Rep ubl. c. 7.*

Qui nimis confidit iis rebus quæ terrorem afferunt: audax nominatur. *Ethic. l. 3. c. 7.*

Duo sunt quæ victoriã pariunt: aduersus hostes quidem, audacia: aduersus amicos vero, turpis infamiæ timor. *Plat. 1. Dial. de Leg.*

Fortes enim non modo fortuna adiuuat, vt est in veteri prouerbio, sed multo magis ratio. *Cic. Tusc. 2.*

Periculosa est audacia, si vires non suppetant spiritibus. *Erasm. in apopht.*

Expensio periculi reuocat hominem ab audacia. *Idem.*

Assiduitate nimia facilitas magis quam facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur. *Idem.*

Bona est timiditas, quæ deterret à turpibus, & reddit hominem circumspectum. *Idem.*

Audacia principium actionis est: fortuna vero dominatur fini. *Democritus.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Chilo dicere solebat, Non esse tentanda quæ [illegible]. Quædam honesta sunt ac magnifica: sed [illegible] tentantur: si nequeas perficere. Atque hæc est [illegible] consultoris, despicere non solum quid per se optimum, pro temporum ratione possit obtineri.

Isocrates inter amicos dicere solitus est, se quidem [illegible] minis: cæterum qui ipsum docuisset audaciam, [illegible] rum decem millia. Nam animi timiditas reddebat [illegible] dicendum inutilem. *Erasm Roter. l. 8. apopht.*

Epaminondas, imminente aduersus Lacedæmonios [illegible] sella, in qua sedebat, succubuisset, videretque milites [illegible] exturbatos: Imo, inquit, sedere prohibemur, milites [illegible] restituit. *Plut.*

Leonidas obiurgatus à quodam, quod paucis [illegible] cum multis pugnare tentaret: audacter respondit, [illegible] stat victoria, non tota sufficeret Græcia: si in audacia [illegible] rus sufficit. *Plut. in Lacon.*

Archidamus, conspiciens filium suum cum [illegible] militer ac temere congredientem: Ant viribus, inquit, [illegible] mis adime: docens, periculosam esse audaciam, si [illegible] tant spiritibus. *Plut. in Lacon. Stob. serm. 51. Brus. [illegible] te, 43.*

Agis Archidami F. audiens quosdam abhorrere [illegible] multitudine, ait, non percontandum esse quot [illegible] sint, vt audacter aggrediamur. *Plut in Lacon.*

Idem quum apud Mantineam pugnare cum hostibus [illegible] longe superioribus prohiberetur: Fortiter pugnare [illegible] cum multis enim pugnare necesse est, qui multorum [illegible] cupit. *Brus. l. 7. c. 2.*

Idem interrogatus quot haberet milites: Quot [illegible] ad fugandos hostes. *Plut. in Lacon.*

Agesilaus, ad Macedonum regem nuncios [illegible] rogans, vtrum per hostium solum irent, an amicorum: [illegible] reponsisset, se consulturum: Fiat, inquit, ignitur [illegible] tamen interim iter faciemus. Rex admiratus hominis [illegible] biquè metuens, satius esse censuit, illum vtam cum [illegible] *in Lacon. apophth.*

Idem admonitus à suis, ne cum Thebanis, qui [illegible] bant, manus consereret: respondit. Qui multis vult [illegible] debet multorum timere congressum *Plut.*

Padaretus: quum à quopiam audiret, magnum [illegible] ercitum, audacissime respondit: Eo maior erit & [illegible] victoria. *Plut. in Lacon.*

Cleomenes. Pirata quidam populabundus [illegible] Lacedæmoniorum. Is vt captus est, rogatus cur [illegible] niam inquit, decrat mihi commeatus, què militibus [illegible] eos veni, qui & habebant, nec sponte dabant, vi [illegible] Cleomenes: Compendiosa, inquit, malitia. Detestatus [illegible] farium scelus, probauit tamen orationis expeditam [illegible] *Plut. in Lacon. apophth.*

Epaminondas, Alexander Pheræus, hostis Thebanorum [illegible] nientibus a quibus in amicitiam societatemque [illegible] licerí se quum dixisset, eis carnes, quæ mina prius [illegible] miobolo præbituram, audiente Epaminonda, At nos [illegible] banis liberaliores erimus, quippe qui ligna ad has [illegible] das grauis exhibebimus, eorum enim agrum excindemus [illegible] 1. *cap. 6. ex Plut.*

Xenocrates. Lycurgus Rhetor forte fortuna obuium [illegible] crati, qui à Telone obtorto collo in carcerem [illegible] ens fuit em impegit in caput Telonæ, Xenocrates [illegible] & Telonem in carcerem coniecit. Quod Lycurgi [illegible] omnibus probaretur, Xenocrates post aliquot [illegible] Lycurgi filio: Retuli, inquit, gratiam patri tuo, qui [illegible] cinus merito ab omnibus laudatur. *Erasm.*

Aratus laudante quopiam virum desperatum & [illegible] circo in bellis eximium: Differre dixit magni facere [illegible] tam nihili facere, *Stob. serm. 51.*

Alexander audiens Darium, inuictissimum Persarum [illegible] multas parare militum myriades: respondit, Vnus [illegible] multas timet oues. *Anton. in Melissa serm. 37. part. [illegible] serm. 71.*

Iulius Cæs. facinora, quæ & periculo obnoxia sunt, [illegible] renda esse dicebat: de his non consultandum, quod [illegible] da plurimum habeat momenti celeritas: expensio vero [illegible] uocat hominum audaciam. *Plut.*

SIMILITVDINES.

Chrysost. inquiras, quanta potes diligentia, solarium [illegible] nem: non sanè poteris: neq; indignaris. neque tuam [illegible] mo imbecillitatem. Quid igitur in maioribus tam [illegible] rarius; *Hom. 5. in Ioan.*

Laurentij Iustiniani Patriarchæ, sicut in rebus [illegible] dacia fortitudinem: Sic in rebus cœlestibus audacia [illegible] parit, ac timor fortitudinem gignit, vinculaque [illegible]

similiter timor Dei vitium corrigit. *in libro de regno vi-*

¶ Adagia.

fortuna adiuuat.
quod id genus hominib. *fortuna quasi faueat, insensa*
audent experiri, sed veluti cochleæ perpetuo latent in-
Gemüß gewaget seyn / man sahe gar was man wölle.
darffen ist halb gefochten.
proprereæ quod timiditas vel à con-
stitia vbig. *stitia vbig. proprereæ quod timiditas vel à con-*
sibi animi parvitate videatur profi. scit. Huic sententiæ
Homericum illud ex Odyss. x.
ἀνὴρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμύμων
ἄλλοθεν γὰρ ἄνης ἐν πάσιν ἄλλοθεν ἄλλοι.
τολέεσσι μετέπρεπε καὶ πολὺ πᾶσιν ἄριστος.
Omnibus in rebus potior vir fortis & audax,
Vel longe hospes, & è longinquis venerit oris.
θυμὸς ἐπιφρίσσων. θυμὸς ἐπιφρίσσων.
fortis, & inuicto dictum.
ἀνὴρ ἀνὴρ πᾶς ἀμύμων.
Suidas admonent dici solitum de eo, qui nihil nego-
& quidlibet quod mandatum esset, effecturum sese
quippe vir, adeo promptus ad quid vis suscipiendum. Et
transfluentem ingredi grauaretur.
Ἀρίστου ἀνὴρ. *Aristoph.*
vocant, ad bella magnopere propensum.
ἄνης. ἄνης ἄλλος Ἡρακλῆς.
Hercules. De viro perstrenuo ac laborum tole-
drist.
animum.
quam esse etiamsi quidem rebus, spem aut consilium abij-
respicienda se vtcunque cogitat, apposite dicetur, quod de
Homerus Odyss. v.
ἀλλ' ὅτε δὴ ὀγδοάτη ἐπιβήσετο τεῖρομένοις περ.
Ac nec, si licet afflictus obliuio cepit
Manilij.
moueare verborum strepitu.
aliquem, ne fœuis verbis ac nimis deterreatur, quo
accommodabit illud Homeri x. Iliad. v. ab Apolli-
Æneæ.
Ἀλλ' ἴθι δῖε χαλκοκορυστὰ μηδ' ἴσο πάμπαν
ὑψηγανὸς ὑπίσσων ἀπατηλὰ τε πολλὰ ἰδυίης.
Quam rigida ferro magis obuius is, nec inquam
Te jam dictis deterreat ille, minis q.
apparet, qui vir.
difficilis, & eiusmodi, quæ virum cordatum ac
requirat, conueniat illud ex Iliad. v.
Οὐκ ἐθέλω δειδύμεν, τ' ἀκαχήμενος ἐξαπαφίθειν.
quippe vir inermis, qui strenuus, ipsa docet res.
malis.
admonebis, non oportere cedere vel aduersarijs, vel ad-
insultibus, aut non esse certandum cum fugitiuis, non
illud ex eodem libro.
Οὐκ ἀνὴρ ὃς τις πίσει βέλος ἐν νότῳ.
ἀλλοκότῳ ἐτέρωσε νηὸς ἀντιόωσα.
feriat iaculum cerui cervicem aut terga: sed ipsum
ventrem, aut pectus feriat aduersa sagitta.
multitudine duces, appellabimus non inuenuste Achilles.
argumentum.
& argumentum Achilleum vocabimus, quod sit insu-
insuperabile.
contemptu vitæ inuadunt.
gladiatorio, sicut ait Terentius, animo quempiam im-
aut perdant, aut pereant, conuenit illud ex Iliad. φ.
Ἀργαλέον δὲ μάχεσθαι ἐέλδεσσι.
Id est,
similes agrestibus apris.
enim Oratores, hos prouocatos rectà impetere prouocan-
cervicata.
nec motus timet neque fluctus.
libro Moral. Nicomachior. 3. docens eos, qui non habitu
humanitate quadam nihil omnino formidant, nequa
dando esse fortes sed ἀναισθησίᾳ καὶ ἀνωλγησίᾳ, hoc est, in-
sensu, expertes.

¶ Profana Exempla.

scribit ab amicis, qui ægrotantem curabant, Alexan-
magnum obiurgatum, quod in prima acie dimicaret: mili-
esse munus, non Imperatoris. Quæ verba moleste non
Alexander, quod & vera esse intelligeret, & merito se reprehen-
deret. Et tamen ob id impetum animi in prælijs, & gloriæ
cupidinem, & vt ij qui alia quapiam voluptate vincuntur, percu-
dolent. Suidas.
Varro, & C. Flamminius hic ad Thrasymenum, ille
Cannas dum Hannibalis artes despiciunt: dum æquales habe-
rent exercitus: denique dum se ipsos parum noscunt: nimirum vi-
bus suis fidunt, rem Romanam pene sunditus subuertere. Iust. l.
1. cap. 10.

Ser. Capio consul contra Cimbros in Italiam irruentes temere pugnans xxc. millia amisit. *Liuius l. 67.*

Gallia Rex Carolus IIX. tametsi neque manu neque consilio multum valeret: tamen amplissimis maximi atque opulenti regni viribus innixus: viginti trium annorum adolescens, & pacem in Italia euertit, & rem Gallicam armis atque ausu plurimum illustrauit. *Iouius lib. 1.*

Perdiccas Macedo Alexandrum secutus in bellis, in speluncam leænæ ingressus, leænam ipsam non deprehendit: sed catulos eius secum exportauit: & magnam hominum admirationem hoc facto meruit. *Aelianus l. 16.*

¶ Emblema.

Andr. Alciati.

In eos qui supra vires quicquam audent.

Emblema LVIII.

Dum dormit, dulces recreat dum corpora somno
Sub picea, & clauam cætera arma tenet,
Alcidem Lygnæa manus prosternere letho
Posse putat. Vires non bene docta suas.
Excitus ipse, velut pulices sic proterit hostem:
Et sani implicitum pelle leonis agit.

Auditor. Auditus.

¶ Definitio: et Etymolog.

Auditor, Discipulus, is qui audit, is apud quem agitur, *Schomeah*, à verbo *Schamach* audiuit, auscultauit, obediuit, ἀκροατής, auditor. Auditus *Mischmah*, ἀκοή, Sensus audiendi, vis illa qua soni percipiuntur.

¶ Sententiae Sacrae.

Discite ea & opere complete. *Deut. 5.*

Audientes discant & custodiant. *ibidem 31.*

Ponite corda vestra in omnia verba mea. *Deut. 32.*

Nonne auris verba diiudicat? *Iob. 12.*

Audiam quid loquatur in me Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos. *Psal. 84.*

Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. *Eccles. 32.*

Audite verba pacti huius, & discite illa. *Ier. 11.*

Factum est verbum Domini ad Ieremiam: Noli subtrahere verbum Dei, si forte audiant, & auertatur vnusquisque à via sua: & pœniteat me mali, quod cogito facere eis, propter malitiam studiorum eorum. *Ibid. 26.*

Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. *Ezech. 3.*

Audiunt sermones tuos & non faciunt. *Idem 13.*

Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. *Matth. 7.*

Qui habet aures audiendi, audiat. *Matth. 13.*

Vestri beati oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiunt. *Ibidem.*

Hi sunt, qui audiunt verbum, & faciunt. *Luc. 8.*

Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *ibid. 11.*

Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. *Ioan. 8.*

Cunctis sermonibus, qui dicuntur, non accommodes cor tuum, ne forte audias seruum maledicentem tibi. Scit enim conscientia quia tu crebro maledixisti aliis. *Eccl. 7.*

Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras auribus tuis. *Eccl. 28.*

Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 1. *Cor. 15.*

Athenienses autem omnes & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. *Act. 17.*

¶ Biblici Loci.

Auditores sunt gloria Doctorum suorum. 2. *Cor. 1. 14.*

Auris seruo perforanda, & quomodo *Exod. 21. 6. Deut. 15. 17.* in perpetuæ seruitutis signum *Psal. 40. 7.* auris insatiabilis. *Eccles. 1. 8.* Auris audiendi, *Deut. 29. 4. Matth. 13. 9. Marc 4. 23. Luc. 8. 8. Apoc. 2. v. 7. 11. 17. 29. & 3. v. 6. 13. 22.* in auribus aliquorum loqui, *Gen. 20. 8. & 40. 4. 18. Exod. 10. 2.* est audientibus aliquibus loqui.

¶ Sententiae Patrum.

Tutius auditur veritas, quam prædicatur: quoniam quum doctrina recipitur, humilitas custoditur. Quum disputatio vel prædicatio placet, vix est vt differentem non pulset, quantulacunq; iactantia. *Aug. de doctr. Christ.*

Vidit Apostolus in audiendo facillimum seruari humilitatem quæ difficilis est in docendo: quoniam necesse est, vt Doctor habeat superiorem locum, vbi laboriosum est obtinere, ne surrepat elatio. *Super Iac. 1.*

Quum verbi boni auditores esuriunt, pro reficiendis eis, maiora doctoribus intelligentiæ dona tribuuntur. Sæpe enim doctori verbum Dominus pro gratia tribuit auditoris: nonnunquam vero propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori. *Greg. in pastor.*

Nisi Spiritus sanctus auditorum corda repleat, ad aures corporum, vox doctorum incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterius possunt, sed hanc interius imprimere non valent. *lib. 27. Moral.*

Via Domini ad cor dirigitur, quum veritatis sermo humiliter auditur. *In hom.*

Multi legunt, & ab ipsa lectione ieiuni sunt. Multi vocem prædicationis audiunt: sed post vocem vacui recedunt: quorum etsi venter comedit, viscera non replentur, quia etsi mente intellectum sacri verbi percipiunt, obliuiscendo & non seruando quæ audierunt, hæc in cordis visceribus non reponunt. *in Ezech.*

Verba Dei, quæ aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo Dei: & quasi acceptus cibus in stomacho languente reficitur, quando auditus sermo in ventre memoriæ non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius profecto vita desperatur. Æternæ ergo mortis periculum formidate, si cibum quidem sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vitæ, id est, alimenta iustitiæ in memoria non tenetis. *super Matth. 13.*

Secundum capacitatem auditorum moderetur lingua doctorum *Lib. 12. Moral.*

Propter bonos auditores malis doctoribus sermo datur: & propter malos auditores bonis doctoribus sermo subtrahitur. *in Ezech.*

Auris bona est quæ libenter audit vtilia, prudenter discernit audita, obedienter operatur intellecta. *Bernhardus in quadam Epistola.*

Dele (inquit) literas magis quam scripturas, quas diabolus in tua impressit anima, & fer mihi cor à vitæ huius tumultibus liberum. *Chrys. super Matth.*

Frequenter ipsa eadem audire etiam scientibus prodest, quod enim nouimus, si sæpius audiamus, amplius compungimur. *In Epist. ad Hebr.*

Auditores benevoli alacras reddunt prædicatores. *idem.*

Prudens auditor omnes libenter audit, omnia legit, non personam, non scripturam, non doctrinam spernit, ab omnibus indifferenter quod sibi deest, & quod deesse videt, quærit, non quantum sciat, sed quantum ignoret, considerat. *Hugo de S. Vict. in suo Didascalic.*

¶ Poetarvm Dicta.

Horat. in arte Poet.

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Idem 1. epist. 18.

Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Plaut. in Trucul.

Non laudandus est qui plus credit quæ audit, quam
Quæ videt. non placet cum illi plus laudant quæ audiunt,
Quam quæ vident pluris oculatus testis unus, quam auriti
Decem. qui audiunt, audita dicunt, qui vident, plane sciunt.

¶ Philosophicae Sententiae.

Auditum animantibus natura dedit, vt aliquid sibi ipsa significent. *l. 3. de Anim. c. 13. T. 68. Arist.*

Videtur inanis esse aer, qui cum pulsus agitatus est, vnus atque continuatus facit, vt audiamus. *l. 2. de Anim. c. 8. T. 81.*

Eius quod audiendi vim habet functio, auditus vel auditio dicitur. *l. 3. de Anim. c. 2. T. 139.*

Auditus sonorum dissimilitudines solum declarat, paucis autem etiam vocis & orationis. *de sens. c. 1.*

Auditus aliena vi ad discendum & percipiendum maximum adfert adiumentum, *Ibidem.*

Oscitantes, aut spiritum reddentes, accipientesve, minus audiūt. *lib. 5. de gener. animal. c. 2.*

Quidam veniunt, vt audiant, non vt discant, sicut in theatrum voluptatis causa ad delectandas aures oratione, vel voce, vel fabulis ducimur, magnam hanc partem auditorum videbis, cui philosophi schola diuertorium otii sit. non id agunt, vt aliqua illo vitia deponant, vt aliquam legem vitæ accipiant, qua mores suos exigant: sed vt oblectamento aurium perfruantur. Aliqui etiam eum pugillaribus veniunt, non vt te accipiant, sed vt verba, quæ tam sine profectu alieno discunt, quam sine suo audiunt. *Sen. epist. 20.*

De auditu perdito. Dial. XCVII.

D. Perdidi auditum. R. Iter ecce aliud tædio præclusum est. Multa oculis, multa auribus hauriuntur tædia, multa vtroque calle fastidia in animum penetrant, quibus euitandis ex æquo pene optabiles videantur cæcitas surditasque, habent tamen hæ suas incommoditates, vt reliqua fere cuncta mortalium, amarumque aliquid, non nego, sed patientia mollius, ac virtuti impar. Vbi quæ-nam sit has inter proportio incommodorum haud facile dixerim, nisi quod illa periculosior, ista ridiculosior. Nam quos mentes videri solent, qui surdastri sunt, cæci vero magis dicantur. Itaque surdos risu, cæcos miseratione prosequens, vtrumque contemnit, nec quid alius videatur, nec quid sit. D. Auditum perdidi. R. Adulantium iam turba, tractantium iurgia euasisti, diuersimodum, sed pro re quod aliquanto virilius est iurgiis quam blanditiis. Illis namque medicamentum aliquando, his venenum. Illud ergo sæpe mordendo sanat, hoc mulcendo, ita peior est fallus amor vero odio. D. Amisi auditum. R. Ars Vlyssi præstitisse fertur, tibi vel natura præstitit vt si Sirenum cantus surda tutus aure pertranseas. Plus mas, quot inde pericula penetrare in animum potuissent olim inde mendacia, quot errores, quot demum mo... D. Auditum amisi. R. Philomelam credo, vel cithar... non audies, sed nec rudentes itidem asellos, nec gru... nec vlulantes lupos, nec latrantes canes, nec fœ... gientes audies leones, nec gementes pueros, nec ... las. Nec post remo his omnibus grauiores vndique ... toruum risus ineptissimos & inconditos fletus, & con... nullius vsquam sonus inamœnior. D. Auditu caren... bus ereptus es fraudibus. Nulla re crebrius fallun... quam verbis. Nihil huic periculi est surdo. D. Obs... mihi. R. Periculosa pars corporis præcipueque princ... illam adulatorum flatibus tumefacti, sæpe cum po... suaque pernicie crepuere. D. Auditus hebet. R. Si ... prohibitum est, tecum loquere, Ciceronianæ memori... cum loqui potest, sermonem alterius non requirit, qu... loqui surdo quoq; permissum, legendo scilicet scribe... antiquis nempe loquitur, qui legit, at cum posteris e... hæc cœlestis philosophiæ libros & qui legit, Deum ... rat alloquitur. In hoc quidem gemino colloquio, ne... auribus opus est, sed oculis, digitisque, ac deuoto animo... tur, vt in multis nostri consilium Ciceronis ample... cæcus aurium, sic se surdus oculorum subsidio consi... inde si audire homines non potes, scriptos ab homi... ge, & legendos ab hominibus libros scribe. Cœlum pin... ras, & maria respice, horumque omnium authorem ... templare. Nihil ad hoc surditas ista nocuerit, multum ... fuerit. D. Auditus me destituit. R. Quibus tonis, aut... diapente constet, aut diapason, quibusve proportio... tractantur à musicis, noscere vel surdus potest. Et quæ... næ vocis fidiumque vel organi modos auribus non aud... causas animo tenet, delectationem intellectus haud ... aurium voluptati. Finge & hos ipsos musicos numeri... tos, modo virtutis numeri noti sint, seque in illis exerce... Nil hic quoq; surditas nocet. Melius enim multo est ... quam doctum, & si abunde doctus ac sapiens sit, quoq... bonus est, at qui malus, idem & insipiens & indoctus ... cet, quæ sub cœlo sunt, eruditissimus literarum. D. Au... guit. R. Bene quod hoc tibi non prius accidit, quam fidem ... di tu maxime constat, acciperes, illam habens, quid ... quid quæris? Si hominum cantus, aut volucrum non ... tibus cor intende cœlestibus, internamque aurem Deo... Non audio. R. At cogita, & dic tibi; Sin non audio, qui... seu de me homines loquantur. Audiam quid loquar... minus Deus Illi enim sæpe bellum, hic loquitur pacem ... Nil penitus audio. R. Multi silentium appetentes longi... tionibus fatigati sunt, vt aliquibus abditis & semotis ... cuperent, inuenirent. *Petrach.*

¶ Apophthegmata.

Thales ab amico quodam rogatus, quantum veritas mendacio? Quantum, inquit, oculi distant ab auribus. Sapientissimus non ea certa esse illico, quæ auribus percipiens

...cupiunt, quam vngi? nil autem aliud his verbis indicare ...Menedemi philosophiam esse dilutam: & quampluri... ...uri, qui audiant quidem de rebus disputantes, sed per... ...uii virtutem exercerent. *Eras. Rot. lib. 7 apoph.*

¶ Similitvdines.

Venatoris, vt venatores non sinunt canes quiduis olfacere aut ...dere, sed integros eos seruant feræ. Sic oportet aures & oculos ...tinere quouis vagari, sed rebus necessariis reseruare. *in Mor.*

Vt diligentius seruanda est ea porta, qua via sit regia: Ita cautius ...dus auditus, quo maxime sit cum rationali animi parte con... ...quod per eam admittitur, maxime potest vel iuuare vel ... *in Mor.*

Postea claudantur portæ ciuitatis, si vna relinquatur aperta, ...quam hostes irrumpant: Ita non satis est in cæteris temperatum ...dum esse, si pateat pernicios sermonibus. *In Mor.*

Vt sudor in causa nihil tribuens amori, tantum rem perpendit, a... ...dum eam pronunciat: At in audiendis philosophis multis la... ...bus caute fauendum est. Vnde veteres iuxta Mercurii statuam ...dum mem ponere soliti sunt. *In Mor.*

Cani, cum arrexere aures, acerrimi sunt auditus: cum remisere, ...ud in Principes, si quid est, quod placeat, id procul etiam perci... ...quid secus, quantumuis clames, non intelligunt. *Roterod.*

Vinum, multi sunt, qui obiter cupiunt lauari, pauci vero, qui di... ...ligenter lauet vngi: Et multo plures sunt, qui multa malunt obi... ...quam pauca funditus inquirere. *In apoph.*

Canis, canes venaticos imitatur sapiens ac probus auditor huc ...uolue feras quærentes. Ipse enim non intellectam rem sæpe ac ...dum inuestigans, interrogansque tandem assequitur. *In Ioan.*

Vinum

Theodoret. sicut si quis odoris saporisque vinum suauissimum ...dum suis apponat in phialis poculisque minus eleganter affa... ...ue inculptis, nihilo secius, qui sitientes accumbunt, vino se im... ...neque poculorum materiam, artificium ve inspiciunt, sed vi... ...audiant, quod magna sitis voluptate exhauriunt: Itidem a... ...auditores: *Ser. de Gracorum curation.*

Vt sedi in theatris: ita Philosophus in scholis est audiendus, ...que ad finem vsque. *In Mor. Plut.*

Vt ciborum epulum, sic ad auditionem oportet placidum ac ...dum accedere, vt bene dicta probes candide; aut si parum re... ...tacitus notes, quam ob rem erraueris, & animi conatum ...probes. *In Mor.*

Vt œconomicis & amici prosunt & inimici, quemadmodum di... ...sophon: Sic vigilans auditor & cordatus non solum bene di... ...dum etiam erratis aliorum fit eruditior. *In Mor.*

Quemadmodū in iis, quæ ad tibiam canuntur, multa fallunt, ac ...figunt auditorem errata: Ita in oratione phalerata multa inepte ...fallunt auditorem ob phaleras, & fucos orationis. *In Mor.*

Vt multa belli inania, iuxta prouerbium: Ita & auditionis, puta ...sum, acclamatio, strepitus, & id genus alia. *In Mor.*

Vt quid coniuuium accesserit, vtitur appositis, nec aliud requirit: ...dentem tacite audire oportet, donec qui dicit, perorarit, tum ...uerilem aliquam quæstionem proponere. *In Mor.*

Vt conuiua non existimat hoc tantum suarum esse partium, ...ater accipiatur, cura sumptuq; alieno: sed debet commodum ...exhibere conuiuam: Sic auditor non tantum audit otiosus, ...solicito: sed vultu, oculis, applausu, fauore, iuuare oportet ...*In Mor.*

Non impletur vas, quod semper effundit, nihil accipit': Ita ...accipit sapientiam, qui semper loquitur, nunquam auscultat. ...*Mor.*

Non conuenit, vt in tonstrina surgens, ad speculum contempleris ...nū, nisi recte sis curatus: ab oratione discedens, non expendas, ...melior sis factus aut deterior ex auditione. *In Mor.*

Sine sic ad audiendum est accedendum, vt velis inungi & obliui ...quo nitidior fias, sed gratiam habeas, si velut alueare acri fu... ...sic ipse mordaci sermone purgeris animo; qui cæcutientiæ & ...dulus est plenus. *In Mor.*

Exempla.

Lucanum poeta Dithyrambicus, cum Dionysii tyranni poema... ...probaret, vtpote indocta: in lapidicinas ab eo detrusus est; ...euocatus illinc amicorum precibus: vbi denuo Dionysium ...mma pronuntiantem audisset, surrexit & rogatus à Diony... ...esset rei: respondit, satius ac potius esse in lapidicinis vitam ...quam illius audire poemata. *Eras. in Adag.*

D. Augustinus Roma Mediolanum euocatus ad Rhetoricam do... ...Manichæorum hæresi adhuc implicatus, concionantem ...Ambrosium episcopum solius eloquentiæ commendatione ...voluit. *Theat. vitæ.*

D. Augustinus ante conuersionem audiens à Simpliciano sene ...simo, quanta constantia Victorinus rhetor Romanus elo... ...nus, iam senex publice fidem suam in ecclesia confessus ...baptismatis suscepisset: miro desiderio eum imitandi flagrare ...Tetipsemet lib. 8. confess. c. 4. & 6.

Antonius Eremita ex Euangelica lectione, cui casu su... peruenerat, admonitus: tanquam sibi diceretur, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & veni sequere me: confestim relictis omnibus in eremum se contulit. *D. Aug. l. 8. confess. c. 6 & 7.*

¶ Hieroglyphica.

Ægyptii sacerdotes per *auriculam Tauri pictam*, & auditum, & obsequii sedulitatem indicabant. In Tauro enim ad audiendum promptæ semper aures sunt, atq; eo præsertim tempore, quo fœmina pruritu exagitata mugierit: qua audita Taurus quantumlibet longe abfuerit, statim accurrit. *Pier. Val. l. 1. c. 25. A.*

Surrectas auriculas cerui auditus acris significatum esse ostendit illud, quod ὀρθοῖσι ἐρώοι prouerbium fertur: quod *arrectis auribus* Maro; & *arrigere aures* Terentius interpretatur. Contra vero prosurditate *easdem demissas* pingere moris est: quia tunc cerui acutissime audiunt, cum surrectas aures protendere: cum vero eas demisere, vix proximum excipiunt sonum. *Pier. Val. l. 7. c. 64. E.*

Hominem auditu præpollentem Ægyptii hieroglyphice significare si vellent, *capram* ponere soliti sunt: quam per aures perinde atque per nares spiritū emittere prodidere vna cum Ægyptiis grauissimi auctores: quamuis reclamante Aristotele, qui humanam diligentiam id adhuc nulla deprehendisse sectione aut sensu aliquo euidentiore firmiter asseuerat. *Pier. Val. l. 10. p. 87. A.*

Plutarchus etiam ex *Leporino simulachro* auditum hieroglyphice intelligi apud Ægyptios affirmat. *Lepus* enim aures pro portione reliqui corporis maximas omnium animalium habet; auritique ideo ob excellentiam vocantur à Poetis. *Idem l. 13. p. 118. E.*

Nec desunt, qui auditum ex quantumuis remoto loco per *Talpam* significari tradant. Liquidius siquidem audiunt Talpæ terra obrutæ, tam denso atq; surdo naturæ elemento. *Idem l. 13 p. 123. B.*

Auis.

¶ Definitio: et etymolog.

Avis, volucris omnis quæ ova parit, pennisque decorata est, Hebr. *hoph*, volatile, volucris, omne quod volat. nomen collectiuum Genes. 1. 26. & 7. 14. à verbo *huph*, volare celeri per aëra alarum agitatione. Cognationem habet cum *iahaph*, defessus fuit, defatigatus est: aues enim continuo volatu defatigantur. Græc. ὄρνεον, & πέλειον, ὄρνις.

¶ Philosophicae Sententiae.

Carent aues manibus pedibusq; prioribus: peculiare inter cætera animalia alas possident. *l. 2. de Hist. c. 12.*

Omnium maxime animalium post hominem literas proferre nonnulla autem genera queunt: videlicet ea præcipue, quibus lingua latior est. *Ibid.*

Volaces aues notantur, quæ vngues habent aduncos: calcarigeræ, quæ præ sua grauitate sint ad volandum ineptiores. *ibid.*

Nonnullæ aues depedes sunt, quæ ob eam rem pedes à paruitate pedum nuncupantur. Quod genus auiculæ pennis plurimum valet: sicut cætera quoque prope similia, vt pennis præualere, sic pedibus degenerare videntur: vt hirundo & falcula. *l. 1. hist. animal. c. 1.*

Animal quod volucre tantum sit, vt piscis, natatile solummodo est, nullum nouimus. *ibid.*

Incommodi auibus anni pluuji sunt; quippe cum auium talis sit natura, vt ne bibere quidem largius possint sine detrimento. *l. 8. de hist. animal. c. 18.*

Cum aues ægrotant, plumæ indicium proferunt: turbantur enim, nec posituram eandem seruant, quam habent, cum recte valent. *ibid.*

Paruæ aues salaces, præfœcundæque. *lib. 3. de Gener. c. 1.*

Nulla auis parit vnum, excepto cuculo, qui & ipse duo interdum parit. *ibid.*

In genere auium fœminæ minus quam mares Venerem appetunt, quoniam vterum continent iuxta septum: mares contra lalaciores sunt: quoniam testes habent intus contractos. *lib. 4. de Generat. c. 5.*

¶ Adagia.

Alba auis, λευκὸς ὄρνις, *prorę noua atq; auspicata.*

Bonis, malis auibus, *quum rem feliciter, aut infeliciter cedere significamus ab augurum obseruatione sumptum.*

Aues ex auibus, *vir nobilis, bonus ex bonis prognatus. Ironicè effertur ab Aristoph.*

Musarum aues, *non absque prouerbij specie Theocritus ita poetas appellat, quod assidue luscinijarum in morem sua poemata canant.*

Meliores nancisci aues *dicuntur, quibus post res aduersas succedunt prospera.*

Nisi ti qua vidit auis: πλὴν εἴτις εἶδ' ἔνδον ὄρνις. *Prouerbialis hyperbole, de re valde occulta. Aristoph. in auibus, Nemo meum vidit Thesaurum, nisi forsan si qua auis usquam.*

similiter timor Dei vitium corrigit. *in libro de regno vi-*

¶ Adagia.

fortuna adiuuat.
quod id genus hominib. *fortuna quasi faueat, insensa*
audent experiri, sed veluti cochleæ perpetuo latent in-
Gemüß gewaget seyn / man sahe gar was man wölle.
darffen ist halb gefochten.
proprereæ quod timiditas vel à con-
stitia vbig. *stitia vbig. proprereæ quod timiditas vel à con-*
sibi animi parvitate videatur profi. scit. Huic sententiæ
Homericum illud ex Odyss. x.
ἀνὴρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμύμων
ἄλλοθεν γὰρ ἄνης ἐν πάσιν ἄλλοθεν ἄλλοι.
τολέες εἰσὶν ἀνῆρ κάθι ἄλλοθεν ἄλλοι.
Omnibus in rebus potior vir fortis & audax,
Undique hospes, & è longinquis venerit oris.
θυμὸς ἐπιφρόνεος. Θυμὸς ἐπιφρόνεος.
Animus fortis & insuetus dictum.
ἀνὴρ ἀνὴρ πᾶς ἀμφρόνεις.
Suidas admonent dici solitum de eo, qui nihil nego-
& quidlibet quod mandatum esset, effecturum sese
quippe vnus, adeo promptus ad quid vis suscipiendum. Et
transfluentem ingredi grauaretur.
Ἀρίστοφ. Aristoph.
ad bella magnopere propensum.
ἄλλος Ἡρακλῆς.
Alter Hercules. De viro perstrenuo ac laborum tole-
animum.
quem esse etiamsi rebus, spem aut consilium abij-
recipiendo se vtcunque cogitat, apposite dicetur, quod de
Homerus Odyss. v.
ὡς ἄρ' ὅ γ' ἀμφὶς λύετο τειρόμενος περ.
Ac nec, sic licet afflictus obluctando cepit
moueare verborum strepitu.
aliquem, ne fœuis verbis ac nimis deterreatur, quo
accommodabit illud Homeri x. Iliad. v. ab Apolli-
Æneæ.
ἀλλ' ἴθι δῖος χαλκὸν ὑπηνέμιον μηδ' ἴσον πάμπαν
ἀσπαίρειν ὑπὸ σὸν ἀκοντιστὸν περ ἐόντα.
Quam rigida ferro magis obuius sis, nec quaquam
Te jam dictis deterreat ille, minis ve.
apparet, qui vir.
difficilia, & eiusmodi, quæ virum cordatum ac
requirat, conueniat illud ex Iliad. v.
ἀνὴρ δ' ἐλλοπάνηος τ' ἀλκιμος ἐς φάλαγα.
quir ineri, qui strenuus, ipsa docet res.
malis.
admonebis, non oportere cedere vel aduersarijs, vel ad-
insulibus, aut non esse certandum cum fugitiuis, non
illud ex eodem libro.
οὐκ ἀνὴρ ὅστις δειλὸς πόλεμόν γε φύγῃσι βέλος δὲ οἱ ἐν νότῳ.
ἀνὴρ ἐστιν ὃς ἀντίος.
feriat iaculum cerui cem aut terga: sed ipsum
ventrem, aut pectus feriat aduersa sagitta.
multitudine duces, appellabimus non inuenuste Achilles.
argumentum.
& argumentum Achilleum vocabimus, quod sit insu-
insuperabile.
contemptu vitæ inuadunt.
gladiatorio, sicut ait Terentius, animo quempiam im-
aut perdant, aut pereant, conuenit illud ex Iliad. φ.
ἀγρίῳσιν σύεσσιν ἐοικότες.
Id est,
similes agrestibus apris.
enim vitatores, hos prouocatos recta impetere prouocan-
cæca vitata.
æmotus timet neque fluctus.
libro Moral. Nicomachior. 3. docens eos, qui non habitu
humanitate quadam nihil omnino formidant, nequa
dando esse fortes sed ἀκρασίαν καὶ ἀνυλγησίαν, hoc est, in-
fœlicitatis, sensus, expertes.

¶ Profana Exempla.

scribit ab amicis, qui ægrotantem curabant, Alexan-
magnum obiurgatum, quod in prima acie dimicaret: mili-
esse munus, non Imperatoris. Quæ verba moleste non
Alexander, quod & vera esse intelligeret, & merito se reprehen-
deret. Et tamen ob id impetum animi in prælijs, & gloriæ
cupidinem, & vt ij qui alia quapiam voluptate vincuntur, percu-
dolent. Suidas.
Varro, & C. Flamminius hic ad Thrasymenum, ille
dum Hannibalis artes despiciunt: dum æquales habe-
rent exercitus: denique dum se ipsos parum noscunt: nimirum vi-
bus suis fidunt, rem Romanam pene sunditus subuertere. Iust. l.
1. cap. 10.
Ser. Capio consul contra Cimbros in Italiam irruentes temere
pugnans xxc. millia amisit. *Liuius l. 67.*
Gallia Rex Carolus IIX. tametsi neque manu neque consilio
multum valeret: tamen amplissimis maximi atque opulenti regni
viribus innixus: viginti trium annorum adolescens, & pacem in Ita
lia euertit, & rem Gallicam armis atque ausu plurimum illustrauit,
Iouius lib. 1.
Perdiccas Macedo Alexandrum secutus in bellis, in speluncam
leænæ ingressus, leænam ipsam non deprehendit: sed catulos eius
secum exportauit: & magnam hominum admirationem hoc facto
meruit. *Aelianus l. 16.*

¶ Emblema.

Andr. Alciati.
In eos qui supra vires quicquam audent.
Emblema LVIII.

Dum dormit, dulces recreat dum corpora somno
Sub picea, & clauam cæteraq; arma tenet,
Alcidem Pygmæa manus prosternere letho
Posse putat. Vires non bene docta suas.
Excitus ipse, velut pulices sic proterit hostem:
Et secum implicitum pelle leonis agit.

Auditor. Auditus.

¶ Definitio: et Etymolog.

Auditor, Discipulus, is qui audit, is apud quem agitur, *Schomeah*, à verbo *Schamach* audiuit, auscultauit, obediuit, ἀκροατής, auditor. Auditus *Mischmah*, ἀκοή, Sensus audiendi, vis illa qua soni percipiuntur.

¶ Sententiae Sacrae.

Discite ea & opere complete. *Deut. 5.*
Audientes discant & custodiant. *ibidem 31.*
Ponite corda vestra in omnia verba mea. *Deut. 32.*
Nonne auris verba diiudicat? *Iob. 12.*
Audiam quid loquatur in me Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos. *Psal. 84.*
Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. *Eccles. 32.*
Audite verba pacti huius, & discite illa. *Ier. 11.*
Factum est verbum Domini ad Ieremiam: Noli subtrahere verbum Dei, si forte audiant, & auertatur vnusquisque à via sua: & pœniteat me mali, quod cogito facere eis, propter malitiam studiorum eorum. *Ibid. 26.*
Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. *Ezech. 3.*
Audiunt sermones tuos & non faciunt. *Idem 13.*
Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. *Matth. 7.*
Qui habet aures audiendi, audiat. *Matth. 13.*
Vestri beati oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiunt. *Ibidem.*
Hi sunt, qui audiunt verbum, & faciunt. *Luc. 8.*
Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *ibid. 11.*
Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. *Ioan. 8.*
Cunctis sermonibus, qui dicuntur, non accommodes cor tuum, ne forte audias seruum maledicentem tibi. Scit enim conscientia quia tu crebro maledixisti aliis. *Eccl. 7.*
Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras auribus tuis. *Eccl. 28.*
Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 1. *Cor. 15.*
Athenienses autem omnes & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. *Act. 17.*

¶ Biblici Loci.

Auditores sunt gloria Doctorum suorum. 2. *Cor. 1. 14.*
Auris seruo perforanda, & quomodo *Exod. 21. 6. Deut. 15. 17.* in perpetuæ seruitutis signum *Psal. 40. 7.* auris insatiabilis. *Eccles. 1. 8.* Auris audiendi, *Deut. 29. 4. Matth. 13. 9. Marc 4. 23. Luc. 8. 8. Apoc. 2. v. 7. 11. 17. 29. & 3. v. 6. 13. 22.* in auribus aliquorum loqui, *Gen. 20. 8. & 40. 4. 18. Exod. 10. 2.* est audientibus aliquibus loqui.

¶ Sententiae Patrum.

Tutius auditur veritas, quam prædicatur: quoniam quum doctrina recipitur, humilitas custoditur. Quum disputatio vel prædicatio placet, vix est vt differentem non pulset, quantulacunq; iactantia. *Aug. de doctr. Christ.*
Vidit Apostolus in audiendo facillimum seruari humilitatem quæ difficilis est in docendo: quoniam necesse est, vt Doctor habeat superiorem locum, vbi laboriosum est obtinere, ne surrepat elatio. *Super Iac. 1.*

Quum verbi boni auditores esuriunt, pro reficiendis eis, maiora doctoribus intelligentiæ dona tribuuntur. Sæpe enim doctori verbum Dominus pro gratia tribuit auditoris: nonnunquam vero propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori. *Greg. in pastor.*

Nisi Spiritus sanctus auditorum corda repleat, ad aures corporum, vox doctorum incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterius possunt, sed hanc interius imprimere non valent. *lib. 27. Moral.*

Via Domini ad cor dirigitur, quum veritatis sermo humiliter auditur. *In hom.*

Multi legunt, & ab ipsa lectione ieiuni sunt. Multi vocem prædicationis audiunt: sed post vocem vacui recedunt: quorum etsi venter comedit, viscera non replentur, quia etsi mente intellectum sacri verbi percipiunt, obliuiscendo & non seruando quæ audierunt, hæc in cordis visceribus non reponunt. *in Ezech.*

Verba Dei, quæ aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo Dei: & quasi acceptus cibus in stomacho languente reficitur, quando auditus sermo in ventre memoriæ non tenetur. Sed quisquis alimenta non retinet, huius profecto vita desperatur. Æternæ ergo mortis periculum formidate, si cibum quidem sanctæ exhortationis accipitis, sed verba vitæ, id est, alimenta iustitiæ in memoria non tenetis. *super Matth. 13.*

Secundum capacitatem auditorum moderetur lingua doctorum *Lib. 12. Moral.*

Propter bonos auditores malis doctoribus sermo datur: & propter malos auditores bonis doctoribus sermo subtrahitur. *in Ezech.*

Auris bona est quæ libenter audit vtilia, prudenter discernit audita, obedienter operatur intellecta. *Bernhardus in quadam Epistola.*

Dele (inquit) literas magis quam scripturas, quas diabolus in tua impressit anima, & fer mihi cor à vitæ huius tumultibus liberum. *Chrys. super Matth.*

Frequenter ipsa eadem audire etiam scientibus prodest, quod enim nouimus, si sæpius audiamus, amplius compungimur. *In Epist. ad Hebr.*

Auditores benevoli alacras reddunt prædicatores. *idem.*

Prudens auditor omnes libenter audit, omnia legit, non personam, non scripturam, non doctrinam spernit, ab omnibus indifferenter quod sibi deest, & quod deesse videt, quærit, non quantum sciat, sed quantum ignoret, considerat. *Hugo de S. Vict. in suo Didascalic.*

¶ Poetarvm Dicta.

Horat. in arte Poet.

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Idem 1. epist. 18.

Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Plaut. in Trucul.

Non laudandus est qui plus credit quæ audit, quam
Quæ videt. non placet cum illi plus laudant quæ audiunt,
Quam quæ vident pluris oculatus testis unus, quam auriti
Decem. qui audiunt, audita dicunt, qui vident, plane sciunt.

¶ Philosophicae Sententiae.

Auditum animantibus natura dedit, vt aliquid sibi ipsa significent. *l. 3. de Anim. c. 13. T. 68. Arist.*

Videtur inanis esse aer, qui cum pulsus agitatus est, vnus atque continuatus facit, vt audiamus. *l. 2. de Anim. c. 8. T. 81.*

Eius quod audiendi vim habet functio, auditus vel auditio dicitur. *l. 3. de Anim. c. 2. T. 139.*

Auditus sonorum dissimilitudines solum declarat, paucis autem etiam vocis & orationis. *de sens. c. 1.*

Auditus aliena vi ad discendum & percipiendum maximum adfert adiumentum, *Ibidem.*

Oscitantes, aut spiritum reddentes, accipientesve, minus audiūt. *lib. 5. de gener. animal. c. 2.*

Quidam veniunt, vt audiant, non vt discant, sicut in theatrum voluptatis causa ad delectandas aures oratione, vel voce, vel fabulis ducimur, magnam hanc partem auditorum videbis, cui philosophi schola diuertorium otii sit. non id agunt, vt aliqua illo vitia deponant, vt aliquam legem vitæ accipiant, qua mores suos exigant: sed vt oblectamento aurium perfruantur. Aliqui etiam eum pugillaribus veniunt, non vt te accipiant, sed vt verba, quæ tam sine profectu alieno discunt, quam sine suo audiunt. *Sen. epist. 20.*

De auditu perdito. Dial. XCVII.

D. Perdidi auditum. R. Iter ecce aliud tædio præclusum est. Multa oculis, multa auribus hauriuntur tædia, multa vtroque calle fastidia in animum penetrant, quibus euitandis ex æquo pene optabiles videantur cæcitas surditasque, habent tamen hæ suas incommoditates, vt reliqua fere cuncta mortalium, amarumque aliquid, non nego, sed patientia mollius, ac virtuti impar. Vbi quæ-nam sit has inter proportio incommodorum haud facile dixerim, nisi quod illa periculosior, ista ridiculosior. Nam quos mentes videri solent, qui surdastri sunt, cæci vero magis dicantur. Itaque surdos risu, cæcos miseratione prosequens, vtrumque contemnit, nec quid alius videatur, nec quid sit. D. Auditum perdidi. R. Adulantium iam turba, tractantium iurgia euasisti, diuersimodum, sed pro re quod aliquanto virilius est iurgiis quam blanditiis. Illis namque medicamentum aliquando, his venenum. Illud ergo sæpe mordendo sanat, hoc mulcendo, ita peior est fallus amor vero odio. D. Amisi auditum. R. Ars Vlyssi præstitisse fertur, tibi vel natura præstitit vt si Sirenum cantus surda tutus aure pertranseas. Plus mas, quot inde pericula penetrare in animum potuissent olim inde mendacia, quot errores, quot demum mo... D. Auditum amisi. R. Philomelam credo, vel cithar... non audies, sed nec rudentes itidem asellos, nec gru... nec vlulantes lupos, nec latrantes canes, nec fœ... gientes audies leones, nec gementes pueros, nec ... las. Nec post remo his omnibus grauiores vndique ... toruum risus ineptissimos & inconditos fletus, & con... nullius vsquam sonus inamœnior. D. Auditu caren... bus ereptus es fraudibus. Nulla re crebrius fallun... quam verbis. Nihil huic periculi est surdo. D. Obs... mihi. R. Periculosa pars corporis præcipueque princ... illam adulatorum flatibus tumefacti, sæpe cum po... suaque pernicie crepuere. D. Auditus hebet. R. Si ... prohibitum est, tecum loquere, Ciceronianæ memori... cum loqui potest, sermonem alterius non requirit, qu... loqui surdo quoq; permissum, legendo scilicet scribe... antiquis nempe loquitur, qui legit, at cum posteris e... hæc cœlestis philosophiæ libros & qui legit, Deum ... rat alloquitur. In hoc quidem gemino colloquio, ne... auribus opus est, sed oculis, digitisque, ac deuoto animo... tur, vt in multis nostri consilium Ciceronis ample... cæcus aurium, sic se surdus oculorum subsidio consi... inde si audire homines non potes, scriptos ab homi... ge, & legendos ab hominibus libros scribe. Cœlum pin... ras, & maria respice, horumque omnium authorem ... templare. Nihil ad hoc surditas ista nocuerit, multum ... fuerit. D. Auditus me destituit. R. Quibus tonis, aut... diapente constet, aut diapason, quibusve proportio... tractantur à musicis, noscere vel surdus potest. Et quæ... næ vocis fidiumque vel organi modos auribus non aud... causas animo tenet, delectationem intellectus haud ... aurium voluptati. Finge & hos ipsos musicos numeri... tos, modo virtutis numeri noti sint, seque in illis exerce... Nil hic quoq; surditas nocet. Melius enim multo est ... quam doctum, & si abunde doctus ac sapiens sit, quoq... bonus est, at qui malus, idem & insipiens & indoctus ... cet, quæ sub cœlo sunt, eruditissimus literarum. D. Au... guit. R. Bene quod hoc tibi non prius accidit, quam fidem ... di tu maxime constat, acciperes, illam habens, quid ... quid quæris? Si hominum cantus, aut volucrum non ... tibus cor intende cœlestibus, internamque aurem Deo... Non audio. R. At cogita, & dic tibi; Sin non audio, qui... seu de me homines loquantur. Audiam quid loquar... minus Deus Illi enim sæpe bellum, hic loquitur pacem ... Nil penitus audio. R. Multi silentium appetentes longi... tionibus fatigati sunt, vt aliquibus abditis & semotis ... cuperent, inuenirent. *Petrach.*

¶ Apophthegmata.

Thales ab amico quodam rogatus, quantum veritas mendacio? Quantum, inquit, oculi distant ab auribus. Sapientissimus non ea certa esse illico, quæ auribus percipiens

...cupiunt, quam vngi? nil autem aliud his verbis indicare ...Menedemi philosophiam esse dilutam: & quampluri... ...uri, qui audiant quidem de rebus disputantes, sed per... ...uii virtutem exercerent. *Eras. Rot. lib. 7 apoph.*

¶ Similitvdines.

Venatoris, vt venatores non sinunt canes quiduis olfacere aut ...dere, sed integros eos seruant feræ. Sic oportet aures & oculos ...tinere quouis vagari, sed rebus necessariis reseruare. *in Mor.*

Vt diligentius seruanda est ea porta, qua via sit regia: Ita cautius ...dus auditus, quo maxime sit cum rationali animi parte con... ...quod per eam admittitur, maxime potest vel iuuare vel ... *in Mor.*

Postea claudantur portæ ciuitatis, si vna relinquatur aperta, ...quam hostes irrumpant: Ita non satis est in cæteris temperatum ...dum esse, si pateat pernicios sermonibus. *In Mor.*

Vt sudor in causa nihil tribuens amori, tantum rem perpendit, a... ...dum eam pronunciat: At in audiendis philosophis multis la... ...bus caute fauendum est. Vnde veteres iuxta Mercurii statuam ...dum mem ponere soliti sunt. *In Mor.*

Cani, cum arrexere aures, acerrimi sunt auditus: cum remisere, ...ud in Principes, si quid est, quod placeat, id procul etiam perci... ...quid secus, quantumuis clames, non intelligunt. *Roterod.*

Vinum, multi sunt, qui obiter cupiunt lauari, pauci vero, qui di... ...ligenter lauet vngi: Et multo plures sunt, qui multa malunt obi... ...quam pauca funditus inquirere. *In apoph.*

Canis, canes venaticos imitatur sapiens ac probus auditor huc ...uolue feras quærentes. Ipse enim non intellectam rem sæpe ac ...dum inuestigans, interrogansque tandem assequitur. *In Ioan.*

Vinum

Theodoret. sicut si quis odoris saporisque vinum suauissimum ...dum suis apponat in phialis poculisque minus eleganter affa... ...ue inculptis, nihilo secius, qui sitientes accumbunt, vino se im... ...neque poculorum materiam, artificium ve inspiciunt, sed vi... ...audiant, quod magna sitis voluptate exhauriunt: Itidem a... ...auditores: *Ser. de Gracorum curation.*

Vt sedi in theatris: ita Philosophus in scholis est audiendus, ...que ad finem vsque. *In Mor. Plut.*

Vt ciborum epulum, sic ad auditionem oportet placidum ac ...dum accedere, vt bene dicta probes candide; aut si parum re... ...tacitus notes, quam ob rem erraueris, & animi conatum ...probes. *In Mor.*

Vt œconomicis & amici prosunt & inimici, quemadmodum di... ...sophon: Sic vigilans auditor & cordatus non solum bene di... ...dum etiam erratis aliorum fit eruditior. *In Mor.*

Quemadmodū in iis, quæ ad tibiam canuntur, multa fallunt, ac ...figunt auditorem errata: Ita in oratione phalerata multa inepte ...fallunt auditorem ob phaleras, & fucos orationis. *In Mor.*

Vt multa belli inania, iuxta prouerbium: Ita & auditionis, puta ...sum, acclamatio, strepitus, & id genus alia. *In Mor.*

Vt quid coniuuium accesserit, vtitur appositis, nec aliud requirit: ...dentem tacite audire oportet, donec qui dicit, perorarit, tum ...uerilem aliquam quæstionem proponere. *In Mor.*

Vt conuiua non existimat hoc tantum suarum esse partium, ...ater accipiatur, cura sumptuq; alieno: sed debet commodum ...exhibere conuiuam: Sic auditor non tantum audit otiosus, ...solicito: sed vultu, oculis, applausu, fauore, iuuare oportet ...*In Mor.*

Non impletur vas, quod semper effundit, nihil accipit': Ita ...accipit sapientiam, qui semper loquitur, nunquam auscultat. ...*Mor.*

Non conuenit, vt in tonstrina surgens, ad speculum contempleris ...nū, nisi recte sis curatus: ab oratione discedens, non expendas, ...melior sis factus aut deterior ex auditione. *In Mor.*

Sine sic ad audiendum est accedendum, vt velis inungi & obliui ...quo nitidior fias, sed gratiam habeas, si velut alueare acri fu... ...sic ipse mordaci sermone purgeris animo; qui cæcutientiæ & ...dulus est plenus. *In Mor.*

Exempla.

Lucanum poeta Dithyrambicus, cum Dionysii tyranni poema... ...probaret, vtpote indocta: in lapidicinas ab eo detrusus est; ...euocatus illinc amicorum precibus: vbi denuo Dionysium ...mma pronuntiantem audisset, surrexit & rogatus à Diony... ...esset rei: respondit, satius ac potius esse in lapidicinis vitam ...quam illius audire poemata. *Eras. in Adag.*

D. Augustinus Roma Mediolanum euocatus ad Rhetoricam do... ...Manichæorum hæresi adhuc implicatus, concionantem ...Ambrosium episcopum solius eloquentiæ commendatione ...voluit. *Theat. vitæ.*

D. Augustinus ante conuersionem audiens à Simpliciano sene ...simo, quanta constantia Victorinus rhetor Romanus elo... ...nus, iam senex publice fidem suam in ecclesia confessus ...baptismatis suscepisset: miro desiderio eum imitandi flagrare ...Tetipsemet lib. 8. confess. c. 4. & 6.

Antonius Eremita ex Euangelica lectione, cui casu su... peruenerat, admonitus: tanquam sibi diceretur, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & veni sequere me: confestim relictis omnibus in eremum se contulit. *D. Aug. l. 8. confess. c. 6 & 7.*

¶ Hieroglyphica.

Ægyptii sacerdotes per *auriculam Tauri pictam*, & auditum, & obsequii sedulitatem indicabant. In Tauro enim ad audiendum promptæ semper aures sunt, atq; eo præsertim tempore, quo fœmina pruritu exagitata mugierit: qua audita Taurus quantumlibet longe abfuerit, statim accurrit. *Pier. Val. l. 1. c. 25. A.*

Surrectas auriculas cerui auditus acris significatum esse ostendit illud, quod ὀρθοῖσι ἐρώοι prouerbium fertur: quod *arrectis auribus* Maro; & *arrigere aures* Terentius interpretatur. Contra vero prosurditate *easdem demissas* pingere moris est: quia tunc cerui acutissime audiunt, cum surrectas aures protendere: cum vero eas demisere, vix proximum excipiunt sonum. *Pier. Val. l. 7. c. 64. E.*

Hominem auditu præpollentem Ægyptii hieroglyphice significare si vellent, *capram* ponere soliti sunt: quam per aures perinde atque per nares spiritū emittere prodidere vna cum Ægyptiis grauissimi auctores: quamuis reclamante Aristotele, qui humanam diligentiam id adhuc nulla deprehendisse sectione aut sensu aliquo euidentiore firmiter asseuerat. *Pier. Val. l. 10. p. 87. A.*

Plutarchus etiam ex *Leporino simulachro* auditum hieroglyphice intelligi apud Ægyptios affirmat. *Lepus* enim aures pro portione reliqui corporis maximas omnium animalium habet; auritique ideo ob excellentiam vocantur à Poetis. *Idem l. 13. p. 118. E.*

Nec desunt, qui auditum ex quantumuis remoto loco per *Talpam* significari tradant. Liquidius siquidem audiunt Talpæ terra obrutæ, tam denso atq; surdo naturæ elemento. *Idem l. 13 p. 123. B.*

Auis.

¶ Definitio: et etymolog.

Avis, volucris omnis quæ ova parit, pennisque decorata est, Hebr. *hoph*, volatile, volucris, omne quod volat. nomen collectiuum Genes. 1. 26. & 7. 14. à verbo *huph*, volare celeri per aëra alarum agitatione. Cognationem habet cum *iahaph*, defessus fuit, defatigatus est: aues enim continuo volatu defatigantur. Græc. ὄρνεον, & πέλειον, ὄρνις.

¶ Philosophicae Sententiae.

Carent aues manibus pedibusq; prioribus: peculiare inter cætera animalia alas possident. *l. 2. de Hist. c. 12.*

Omnium maxime animalium post hominem literas proferre nonnulla autem genera queunt: videlicet ea præcipue, quibus lingua latior est. *Ibid.*

Volaces aues notantur, quæ vngues habent aduncos: calcarigeræ, quæ præ sua grauitate sint ad volandum ineptiores. *ibid.*

Nonnullæ aues depedes sunt, quæ ob eam rem pedes à paruitate pedum nuncupantur. Quod genus auiculæ pennis plurimum valet: sicut cætera quoque prope similia, vt pennis præualere, sic pedibus degenerare videntur: vt hirundo & falcula. *l. 1. hist. animal. c. 1.*

Animal quod volucre tantum sit, vt piscis, natatile solummodo est, nullum nouimus. *ibid.*

Incommodi auibus anni pluuji sunt; quippe cum auium talis sit natura, vt ne bibere quidem largius possint sine detrimento. *l. 8. de hist. animal. c. 18.*

Cum aues ægrotant, plumæ indicium proferunt: turbantur enim, nec posituram eandem seruant, quam habent, cum recte valent. *ibid.*

Paruæ aues salaces, præfœcundæque. *lib. 3. de Gener. c. 1.*

Nulla auis parit vnum, excepto cuculo, qui & ipse duo interdum parit. *ibid.*

In genere auium fœminæ minus quam mares Venerem appetunt, quoniam vterum continent iuxta septum: mares contra lalaciores sunt: quoniam testes habent intus contractos. *lib. 4. de Generat. c. 5.*

¶ Adagia.

Alba auis, λευκὸς ὄρνις, *prorę noua atq; auspicata.*

Bonis, malis auibus, *quum rem feliciter, aut infeliciter cedere significamus ab augurum obseruatione sumptum.*

Aues ex auibus, *vir nobilis, bonus ex bonis prognatus. Ironicè effertur ab Aristoph.*

Musarum aues, *non absque prouerbij specie Theocritus ita poetas appellat, quod assidue luscinijarum in morem sua poemata canant.*

Meliores nancisci aues *dicuntur, quibus post res aduersas succedunt prospera.*

Nisi ti qua vidit auis: πλὴν εἴτις εἶδ' ἔνδον ὄρνις. *Prouerbialis hyperbole, de re valde occulta. Aristoph. in auibus, Nemo meum vidit Thesaurum, nisi forsan si qua auis usquam.*

Augurium.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

AVGVRIVM, Græce οἰωνοσκοπία, ας, ἡ, οἰωνοσκοπέω, auguror dicitur. Et est diuinatio ab auium garritu sumpta, sicut aruspicium à motu auium *secund. D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 3.*

Augurium est, quod fit in consideratione malorum angelorum. *vt habetur in Decret. 26. q. 2. Quid sine.*

Augurium, quasi auigerium, vel auigarium, aut auigarium, dicitur, q. d. auium garritus. pro quo antiquissimi etiam Augurum, trissyllabum, vel Augarum dixerunt. Vide Nonium Marcel. Hebr. *Naschaschh* à verbo *Nischeschh*, auguratus est, augurium fecit, diuinauit, ominatus est, certas coniecturas habuit. Vide Nu. 23. 23. & 24. 1. & *Kesem*, generali significatione à verbo *Kasam*, diuinauit, quod modo in bonam, modo in malam partem accipitur. Tria autem apud profanos extant augurii genera. Nam auium aliæ volatu, aliæ cantu, futura prædicebant: & illæ quidem præpetes, istæ Oscines dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum pastu, quum pullis gallinaceis è cauea depromptis esca porrigebatur. De ista Ethnicorum curiositate prolixe Alexander ab Alexandro, Budæus in Pandect. Peucerus comm. de variis diuinationum generibus, & alii. Sumitur etiam latius Augurii nomen pro quauis diuinatione siue coniectura. Cicero 4. Philip. O mea semper frustra verissima auguria rerum futurarum.

Augur, generali voce, nec non speciali designatur ab Hebræis quemuis diuinatorem & futurorum præscium, ex auium volatu, garritu, strepitu motuque vario, ex inspectione partium corporis humani, ex creatis rebus & artificialibus variis coniicientem, sanctis prophetis oppositum, nec ex prudenti rerum naturalium, vel politicarum consideratione iudicantem, *Iidhoni*, id est, d. unum (Gall. *deuin*) diuinatorem nominant. Græc προγνώστην *prognostiqueur*, Gall. hariolum, futurorum coniectorem & præsagum a verbo *Iadhah*, id est, nouit, cognouit, comprehendit vi mentis atque intellectus quæ postea proferret. Hinc οἶδα, εἰδέω, &c. scio, conspicio: item ἄειμεν, ἄειν, scio, cognosco: ἄιμων, quasi ἀείμων, sapiens: οἶδα noui, & Lat. Video. Specialis designatio multiplex est, teste Peucero. Verbum *Nicheschh* cognationem habet cum *Lachaschh*, mussitauit, susurrauit. Augures enim, diuinatores, incantatores, harioli, atque eiusmodi impostores capitalibus digni supplicijs, siue per aues, serpentes aliaue instrumenta Spiritibus immundis & Apostatis inseruiant, susurris & obscurorum verborum mussitationibus sibi suisque consultoribus & discipulis turpiter illudunt. Vide *Etymolog. Trilingue, Lugduni editum.*

¶ BIBLICI LOCI.

Auguria damnantur, *Leuit. 19. 26. Deut. 18. 10.* reprehenduntur Israelitæ, quod augures audierint, *2. Regum 17. 17. & 21. 6. Esaiæ 2. 6.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Misonianus, quum expectantem & stantem equitum turmam inspiceret, in qua ipse cum Romanis militibus erat, & moræ causam intelligeret esse, quod augur prius inspicere vellet, quid augurii capiendum esset, ab aue, quam forte in via offenderat: Misonianus aliud à se agi fingens, arcum tetendit, primaque sagitta confossam auem in terram deiecit: atque ridens ad comites conuersus dixit: Parum consilii atque opis ab irrationalibus animatis posse quenquam sperare: posteaquam pateat, ea nescire, quæ ad se ipsa pertineant. Et re & verbo auguria vana esse, stulteq; eis credi ostendens. *Fulgos. l. 7. c. 2.*

P. Claudius bello Punico primo, cum prælium nauale committere vellet, auspiciaque more maiorum petisset, & pullarius non exire cauea pullos nunciasset, abiici eos in mare iussit, dicens: Quia esse nolunt, bibant. Et L. Iunius P. Claudii collega, neglectis auspiciis, classem tempestate amisit. Horum ille populi iudicio concidit; damnationisque hic ignominiam voluntaria morte præuenit. Val. Maxim. lib. 1. cap. 4. vbi alia exempla occurrunt.

Augustus Cæsar, quum sublimis ex Actiaca victoria reuerteretur, occurrit inter gratulantes quidam coruum tenens, doctum hæc verba sonare; Aue Cæsar victor. Hac salutatione delectatus Augustus, auem sex millibus nummûm emit. Socius opificis, ad quem nihil ex ea liberalitate peruenerat, indicauit Cæsari eundem & alium habere coruum, quem vt auferre cogeretur, rogauit: allatus, verba quæ didicerat, expressit; Aue victor Imperator Antoni. Augustus nihil exasperatus, tantum iussit, vt munus eum delatore parturetur. *Brus. l. 2. c. 3. Macr. l. 2. c. 4. Saturn.*

Idem salutatus similiter à sutore, & hunc emi iussit. Idem miratus in pica, & hanc mercatus est. Hoc exemplum tenuem quendam sutorem solicitauit, vt coruum instrueret ad huiusmodi salutationem. Qui quum impendio exhauriretur, subinde ad auem non respondentem dicere solebat; Opera & impensa periit. Tandem peruicit assiduitate, vt coruus sonaret dictatam salutationem. Ea quum Augustum prætereuntem salutasset, Cæsar, Satis, inquit, istiusmodi salutatorum habeo domi. Tum coruus, memor & illorum verborum, quæ toties audierat, subtexuit: Cæsar periit. Ad hoc arridens Augustus, iussit emi, quanti mercatus emerat. *Macrob. l. 2. c. 4. Saturn.*

Aula.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

AVLA, Atrium, Basilica, Regia, Palatium: Regum ædes excelliæ, ventis perflatiles, vt annotauit C. Rhodiginus lib. 7. c. 5. aulam, locum perflatilem, tur. Hoc nomine semper apud Homerum ἐν αὐλῇ, intelliguntur. Aulas porro nunc pro Regum palatiis quod ante loca habent subdialia & ampla. Hebr. culus, seu vestibulum (pars pro toto) à verbo *Alam*, lapides palatiorum simul colligati videantur. Idem vel *Baiith*, id est, domus, nempe regia. Vide Esther & 8. vers. Græc. αὐλὴ. Aula regis occurrit Gen. 45. 16. 4. 2. Dan. 4. 26. & 5. 5.

¶ PHILOSOPHORVM ET HISTORICORVM SENTENTIAE.

Si quis in nauis gubernatione à census æstimatione res eligat, pauperem vero, licet gubernandi peritorem quam admittat; quid ex hoc sequuturum censes male nauis ducatur? atqui eodem pacto in quouis *Plat. de iusto, dial. 8.*

Exigua plane tempora homines quidem omnes rursusque humiliant, sed aulicos maxime. Reuera sunt abaculorum calculis. Isti enim secundum tium, modo æreri sunt, modo aurei: & aulici ad beati sunt, nunc miseri. *Polyb. lib. 5.*

Petentes à dis aurum, vel argentum, aut imperstatem, aut aliud quid huiusmodi, Socrates nihil æstimabat, quam in ludum aleæ, vel prælium, vel aliud cuius plane incertus esset exitus. *Xenoph. lib. 1. de dict. cratis.*

Hic (nempe in aulis magnatum) ad reprehendenda & facta ardet omnibus animus: vix satis apertum prompta videtur. *Sallust. ad Cæsar.*

Secretis criminationibus inflammant ignarum, & decipiatur) palam laudatum. *Tacit. 1. hist.*

Speciem magis in amicitia Principis, quam vim *Idem 3. Annal.*

Is omnia Principum honesta atque inhonesta *Ibid.*

Libentius cum fortuna Principis quam cum Princ tur. *Idem Hist. l. 1.*

Puniendi sunt rerum atrocium ministri, vbi preta epti scelera ipsa alios delegant. *Idem, Annal. lib. 13.*

Ita est compositus (auticus callidus) vt ex cuiusmodi abnuat, vel propterea agnoscat. *Hist. lib. 1.*

Bene Agrippa duorum admonebat virum, qui in uere cuperet. Id est, vt diffideret rerum ipse amoperet. 2. vt gloriam tam immanes manus auctoris reimquere

Notissima vox est eius, qui in cultu regum consum lum quidam interrogaret, quomodo rarissimam rem secutus esset tenacitatem? Iniurias, inquit, accipiendo, gendo. Sæpe adeo iniuriam vindicare non expedit, quam dem expediat. *Sen. lib. 2. de ira, c. 34.*

¶ AVLÆ GRAPHICA DELINEATIO.

Cum quidam ex Dionysii Syracusanorum tyranni bus Damocles commemoraret in sermone copias, opes statem, dominatus, rerum abundantiam, magnificentiam regiarum, atque beatiorem alium vnquam fuisse, tur, inquit, o Damocles, quoniam hæc te vita delectat, degustare, & fortunam experiri meam? Cum ille collocari iussit hominem in aureo lecto, strato pulcherli stragulo, magnificis operibus picto, abacosque co uit argento auroque cælato. Tum ad meniam ros delectos iussit consistere, eosque ad nutum illius genter ministrare. Aderant vnguenta, coronæ, incendires, mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu sem e lacunari seta equina appensum demitti iussit, beati illius ceruicibus: itaque nec pulchros illos adspiciebat: nec plenum arcis argentum, nec manum in mensam; iam ipsæ defluebant coronæ: denique num, vt abire liceret, quod iam beatus nollet esse. *Cic. Tusc.*

Pingatur Vestibulum sublime atque inauratum, mi situm & in solo, verum procul a terram editio gio: præterea macceſſum ferme & abruptum

uentque qui se iam ad summum usq; verticem penetrasse ...lapso pede præcipitati frangant ceruicem. Intus autem ...sedeat, tota (sicuti videtur) aurea, maiorem in modum ...que amabilis. Porro amator vbi vix tandem conscendit, ...lores accesserit, obstupescat, oculis in aurum defixis: ...bidum, coloreq; cõmutato. Postremo *Contumelia* arre- ...ad *Desperationem* perrahat. Ex hoc quidem tempore ...euanescat. Tum ille non per aureum illud atrium, per ...quidem tempore spes vsque illum antecedat, ducatque, ...mulieres illum excipientes, puta *Fallacia Seruitusq;* tra- ...Labor. At is miserum penitus defatigatum tandē *Senectæ* tra- ...u

quillitatem vel faciunt, vel denunciant: Ita Abbates & episcopi raro deberent prodire in principum aulas, sed rerum motus, & bellorum tempestates auctoritate sua composituri. *Erasm.*

Gracca leguminis genus est adeo gratum columbis, vt ea semel gustata, negent illos postea ab eo loco profugere: Ita qui semel aulæ mel & honorem degustarint, nunquam ab aula possunt auelli. *Plinius 16. c.16.*

Mulus ex equo & asina conflatus, nec equus est, nec asinus: Ita quidam dum & aulici esse volunt, & Ecclesiastici, neutrum sunt. *Erasm.*

Indicæ testudines, meridiano tempore blandiente, gaudent toto dorso pertranquilla fluitare, donec oblitis sui solis vapore siccetur cortex, vt mergi nequeant, iamq; inuitæ natent opportunæ venantium prædæ: Ita quidam spe magnarum rerum allecti, in principum aulas sese conijciunt; & adeo deliniuntur aulæ delitijs, donec imprudentes eo redigantur, vt non possint, etiamsi velint, in suum otium sese recipere. *Plin. l.9. c.10.*

Vt Heliotropium & lupinum circumaguntur cum sole, & quocunque se mouerit ille, eodem deflectunt & hæc cacumen: Ita proceres aulici, quocunque regis ingenium vergit, eo propendent omnes. *Plin. l. 18. c.24. & 27. eod. l.*

Roterodami. Crocodilus anceps animal, nunc in terris agit, nunc in aquis; in terra ponit oua, in aqua prædatur & insidiatur. Ita quidam simul & aulici sunt, & ecclesiastici, vtrobique pestilentes. *In simil.*

Antonij Monachi, quemadmodum qui valde febricitant, appetitum & robur amittunt: Sic qui principum aulas inhabitant, mentem & bonos mores perdere solent, nisi frequenter animo repetant hoc dictum; Nosce teipsum. *Serm. 59. sententiarum siue locorum communium.*

¶ Profana Exempla.

Aulicos variis casibus ac mutationibus esse obnoxios.

Macrinus sub Commodo fuit vitæ sordidæ: & prostibulum appellatus, gladiator, venator, tabellioque. Sub Seuero remotus ab officijs, etiam miserrimus: & relegatus in Aphricam, vbi lectioni operam dedit, & declamauit, vt infamiam damnationis tegeret. Sub Antonino vero Aduocatus fisci factus, patrocinante sibi Festo liberto, inde præfectus prætorij, ablegato collega, Antoninum Caracallam Imperatorem suum dolo interimi curauit, & sic imperium inuasit. *Cuspin.*

Ablabius, humili genere ortus, ad dignitatem prætorij præfecti sub Constantino Magno euectus, tanquam pila quædam & ludus fortunæ, plus Imperatore posse visus: At mortuo Constantino, Cęsar Constantinus imperium adeptus, ac sortem cuiq; fratrum suam partitus, obtinuit quicquid ab Illyrico ad Nisibin vsque extenditur: mox Ablabium imperio exuit, aliosque administratores surrogauit. *Eutropius.*

Theodosius Magnus Ruffinum multis honoribus extulit, imprimis verò cum Arcadio Augusto filio in insequentem annum consulem declarauit, licet Promoti magistri militiæ clariss. nece vulgo infamem: quem iussu Theodosij in Thraciam cotendentem, per barbaros quosdam in insidijs constitutos dicebatur interfecisse. *Sidon. l.9.*

Petrus Vinea Campanus obscuro natus loco, sed doctrina atque eloquentia, quantum ætas illa tulit, insignis, Federici II. Imper. arcanorum omnium particeps ac moderator. Cæterum per inuidiam, quæ in aula & oritur, & nutrimenta habet, atque virtutis perpetua est insectatrix, in suspicionem adductus, tanquam cum Pontifice Alexanoro III. sentiret (quo cum Federicus bellum gerebat (luminibus est priuatus. Cuius rei impatiens, atque ob id in furorem conuersus, ad sanctum Miniatum, quod Etruriæ oppidum est, sibi ipsi mortem conscisuit. *Fulgentius libro sexto, capite vndecimo.*

¶ Emblema.

In aulicos.

Emblema LXXXVI. And. Alciati.

Vana Palatinos, quos educat aula clientes,
Dicitur auratis nectere compedibus.

¶ Scriptores.

De re aulica *libr. 2. Augustin. Niphi. Dialog. Hutteni.* De patientia aulica *Cæl. Calcagninus.* Aulicorum officia *Brusonius lib. 5.* De curialium statu, *Æneas Syluius epistola 42.* De miserijs curialium, *Eiusdem epist. 166.* Extat etiam libellus, in quo plures auctores cum hac Æneæ Syluij epistola coniuncti habentur, qui de hac materia scripserunt. *Iac. Pont. Dialog. volum. 1. progymnasmate 86. pag. 369.* Qui aulici varijs sint casibus agitati, *Vide Theatrum vitæ humanæ lib. 1. volum. 21. pag. 3911.*

Aurum.

¶ Definitio et Etymolog.

Aurvm verò ab aura dicitur, hoc est, à splendore. pro splendore aliquando sumitur.

Aurum, Hebr. *Zahab*, à colore flauo seu fulu. Verbum *Tsazab* signific. flauus seu fuluus fuit. Vide trilingue Lugdun. pag. 103. 104. 105. &c. Vbi multa obs de auro explicantur.

Horatius.

Tua ne retardet
Aura maritos.

Aurum verò est præmium essentiale, respondent. *cund. B. Thom. quarto sent. dist. 40. q. 5. art. 1.*

Hippocrates aurum ab authore vel inuentore cibo. qui αὐγέας vocatus sit. *Plin. 7. naturalis hestor.*, Scribo. ctum ab ὀγέω, id est, accumulare, vel custodire, quia fo. custodiatur. Græcè χρυσὸς.

Pecuniam à Cadmo Phœnice apud Pangæum mon. tam esse. *Polydor. Virgil. l. 2. c. 19. asserit.*

¶ Loci Biblici.

Aurum vbi nascatur, *Genes. 2. v. 11.* abuudat Ierosoly. Salomonis. 2. *Paralip. 1. v. 15.* ex Ophir Salomoni afferri. quantitas eius, 9. *v* 13.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Balbus Poeta.

Aurum cuncta mouet, superi flectuntur ab auro.
Gaudet & aurato Iupiter ipse thoro.
Templa micant auro, radiataq; altaribus aurum.
Auro certa fides, perpetuumq; decus.
Aurum pace iuuat, nec bello sternitur aurum.
Aurum pugnaces mittit in arma viros.
Auro Romules redimunt Capitolia patres:
Parent victa auro sidera, terra, freta.
Numina quid colimus? procul ô cum Pallade iu.
Mars procul, & nitidæ casta Diana comæ.
Sola habites omni diuina pecunia templo,
Et cadat ante tuos victima larga focos.
Aurum quisquis habet, superos meretur & ejus
Captiuosq; tenet sub dicione Deos.

Idem.

Aurum bella gerit, mucronibus imperat aurum.
Aurum ventosis vela dat aquoribus.
Euertitq; vrbes, & mœnia diruit aurum,
Delet & extructis oppida celsa rogis.
Tolle aurum nulla vitiantur in orbe puellæ:
Tolle aurum nullus peccat in orbe puer.
Aurum igitur si quis nobis Simo maxime donet,
Carminibus nostris aurea vena fuit.

Eccles. cap. 10.

Perdidit innumeras vis atque iniuria gentes,
Atque auri nimij non moderata sitis.
Detestabilius nil terra creauit auaro,
Et nimio lucri pejus amore nihil.
Munera diuendit pretio dulcissima vitæ,
Exiguo in quæstu iura bonumq; putat.

Horat. lib. 3. Carm.

Ode 3.

Aurum irrepertum & sic melius situm
Quum terra celat spernere fortior,
Quam cogere humanos in vsus,
Omne sacrum rapiente dextra.

Ode 16. eiusd. lib.

Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo.

Ode 24.

——— Aurum & inutile.
Summi materiem mali,
Mittamus.

Virg. lib. 3. Aen.

Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auri
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Ouidius Metamorph. lib. 1. fab. 4.

Effodiuntur opes irritamenta malorum
Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum

Prodiderat: prodit bellum quod pugnat utroque.
Idem Fast. 1.
Melius nunc omen in auro est.
Horat. epist lib. 1. epist. 1.
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
O cives, cives! quærenda pecunia primum,
Virtus post nummos. Hæc Ianus summus ab imo
Prodicet.
Ex 2. serm. satyr. 3.
Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, diuina humanaq; pulchris
Diuitijs parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam & rex,
Et quidquid volet.
Ex epistolis.
Non domus & fundus, non aris aceruus & auri
Egro dominis deducunt corpore febres,
Non animo curas.
Ex Tibullo.
Lapis solent auro multa subesse mala.
Ex Propertio.
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Europæ fides, auro venalia iura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.
Aurum ex Iacobo Philomuso.
Aurum destructor vitæ princepsq; malorum,
Quam difficiles nectis obique dolos.
Optimam natum nunquam mortalibus esses,
Dulcia suppeditas quæ nocumenta viris.
Te propter pugnæ sunt, & bella mouentur,
Ad prædam & cades corpora nostra trahis.
Tu facis ingratus patrem quod filius odit:
Inter & agnatos turgia sæpè moues.
Proserui gentes, & totum destruis orbem,
Nulla fides hominis te duce stare potest.
Fœdera tu regum, tu falsos iungis amicos:
Imperio seruit & genus omne tuo,
Scinditur montes, atque imæ viscera terræ,
Nec tutum potens subtus habere locum.
Felix ille tamen modico qui viuit in agro,
Vinctula nam mortis hunc leuiora manent.
Et linquit posse se nullas in funere lites,
Dat mentem superis, ossaq; condit humo.

Recte ab Hesiodo τὸν ἀφθιτον χρυσὸν esse appellatam auream.

Hesiodus pulchre quod sit Venus aurea lusit:
Et peream, si quid rectius esse potest.
Hinc auro solo quia conciliantur amores,
Vide, puto a turpi est fœnore dicta Venus.
Seruat hic magnus siquidem Saturnius olim,
Quam Deus humano captus amore fuit.
Atque per impluuium tecti delapsus aurea
Impleuit Danaes virginis imbre sinus.
Hinc ad exemplum quoque nunc, dum munera mittet,
Tantusper domino gratus amator erit.
At nihil attulerit cum pauper, sæpè recluso
(Et spus infelix) excubet ante fores.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

...ua in viscera terræ, & in sede manium opes quærimus: illa ...rimum, illa nos ad inferos agunt, quæ occultauit atque de... illa, quæ non nascuntur, vt repente mens ad inane euolans ... quis deinde futurus finis est? fœculis exhauriendi, ea quo... queretur auaritia? Quàm innocens, quàm beata, imò vero & ... effet vita, si nihil aliud de ea, nisi quid supra terras concu... haberetque non nisi quid secum est? Vtinam autem, vt è ... tosum abdicari aurum sacra fames, vt celeberrimi authores ...ficillum conuitijs ab optimis quibusque, & ad vitæ perni... rum, quantum feliciore æuo, cum res ipsæ permutaban... ficut & Troianis temporibus factitatum Homero cre... Plin. d. 33. c. 1.

¶ Apophthegmata.

...s Lacedæmonius dicebat; quod Lydius lapis est auro, id au... homini. Lapis enim aurum, aurum etiam hominis inge... odit.

...dam interrogauit Diogenem, cur aurum palleret? ... inquit, plurimos habet sibi insidiantes: Pallent autem ...rum.

...ppus Macedo, quum arcem capere destinasset, idque impos... set, retexisset: percontatus est, num vsque adeo difficile es... ...ra auro onustus posset accedere, significans, nihil esse tam ...rum, quod auro non expugnetur.

...ades, quod plura dando perfecisset, quàm bellando; iactatum est in illum: non Philippum, sed Philippi aurum subegisse Græciam.

Fabricius Cineæ Epirotarum legato magnam auri vim dono offerenti recusauit accipere, dicens, se malle aurum habentibus imperare, quàm aurum habere.

¶ Adagia.

Aureos montes polliceri. *Terent. in Phorm.*
Is senem per epistolam pellexit, modo non montes auri pollicens, Maria montesq; polliceri cœpit.

Consule locum de Diuitijs & Pecunia.

Authoritas.

¶ Definitio et etymol.

Authoritas sine c & cum th scribi debet, Græcè enim dicitur αὐθεντία, ας, ἡ. Sic & author scribitur, quem Græci αὐθέντην dicunt, & αὐθέντημα, authoramentum, nec non αὐθεντέω authorare, & αὐθεντικὸν, authoratum, quod aliqui more Græco authenticum dicunt.

Dicitur & Græcè τὸ κύρος, ἡ πίστις, τὸ ἀξίωμα τινὸς. Hebr. *iecholerh* à *Iachol* potuit, potens fuit, præualuit robore. Et *Schilton*, Eccl. 8. v. 4. 8. à verbo *Schalat*, potestatem habuit, potestatem exercuit, dominatus est.

Authoritas autem est grauitas & eminentia quædam, vitæ probitate, scientia, meritis, potentia vel honoribus parta; cuius gratia cuiulpiam dictis factisque plurimum deferimus.

¶ Sententiæ Poeticæ.

Homerus in 2. Iliad.
αὐτὰρ πολλῶν λαῶν ἐσθλὸν ἀνηρ ὃν ζεὺς κῦδει φίλῃσι. id est:
Pro multis populis est vir, quem Iupiter corde amat.

Euripides, verba Hecubæ ad Vlyssem.
Τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακὸς λέγῃ τὸ σὸν
Πείσει λόγους γὰρ ἴσχυ' ἀδοξούντων ἰών,
Κἂν τῶν δοκούντων αὐτὸς ὢν τυγχάνῃς ἴσως. id est:
Authoritas vero & si male dicat, tua
Persuadebit. Nam ab inexistimatis proficiscens oratio,
Et ab existimatis eadem, haudquaquam tantundem valet.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

Apex autem est senectutis authoritas. *Cic. l. de Sen.*

Habet senectus, honorata præsertim, tantam authoritatem, vt ea pluris sit; quàm omnes adolescentiæ voluptates. *Idem.*

Non cani, non rugæ, repente authoritatem asserre possunt, sed honeste acta superior ætas fructus capit auctoritatis extremos. *Ibidem.*

Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur leuia atq; communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, consuli, quæ etiam apud nos, & in alijs ciuitatibus, vt quæque optimè moratæ sunt, ita diligentissimè obseruantur. *Idem.*

¶ Apophthegmata.

Pericles à populo frequenter vocatus, ἐσύνταχτός ἐιμι, inquit, sentiens, se non esse cogendum in ordinem, nec pro quolibet è media plebe habendum. *Plut. in Græc. apopht.*

Idem, quum in comitijs accusaretur ob res malè gestas, grauiter respondit, scilicet, mihi quidem vos irascimini; ei viro, qui nemini vestrum cedo vel peritia rerum, vel elocutione intellectorum, vel amore patriæ, vel pecuniæ despicientia. Non crimen modo arrogantiæ, vanitatis, ambitionis effugit tunc, magnificè de se loquendo: sed & altitudinem animi, & virtutis declarauit magnitudinem, eo ipso inuidiam opprimentis, quod deijci se & frangi non est passa. *Plutarchus libr. Qua ratione quis citra inuidiam se ipsum laudare possit.*

Epaminondas: Pelopidam à principibus Reipublicæ accusatum, quod exacto Bœotarchiæ tempore non statim domum rediisset, sed bellum feliciter continuasset, submittentem se & deprecantem Thebani ægrè absoluerunt. At contra *Epaminondam*, qui eius tum fuerat collega, multa de rebus suis gestis magnificè prædicantem ac dicentem; Paratus sum mori, si fateri velitis, ô cives, me vobis inuitis Laconiam vastasse, Messenem instaurasse, & Arcades in vnum corpus conduxisse: non sustinuerunt ijdem ire in suffragia, sed admiratione viri gaudio simul risuque oborto discesserunt. *Plutarch. eod. lib.*

Scipio Africanus, Romani ægrè tulerunt Ciceronem crebrò res suas contra Catilinam gestas prædicantem: ijdem tamen Scipionem dicentem; Non debetis vos sententiam de Scipione ferre,

qui

qui vobis potestatem decernendi de omnibus hominibus parauit, coronati in Capitolium deduxerunt, sacrificioq; eius interfuerunt. *Plutarch.*

Lycurgus Atheniensis, quum ei publicè exprobraretur, quod argento dato calumniatorem placasset, & qualis tandem, inquit, vobis videor ciuis, qui apud vos tanto tempore rem gerens publicam, dare potius quàm accipere iniustè deprehensus sim? *Plutarch.*

M. Scaurus, pro rostris accusatus, quod à Rege Mithridate ad prodendam Rempublicam pecuniam accepisset, ita causam suam egit: Iniquum est, Quirites, quum inter alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos interrogare. Varius Sucronensis ait, M. Æmilium Scaurum mercede corruptum, populum prodidisse: A. Æmilius Scaurus huic culpæ se affinem esse negat: vtri creditis? Nominato tantum auctore & reo, populus accusationem repulit. *Erasm. lib. 6. apoph. ex Plin. c. 12. de viris illustrib.*

Cato Vticensis in forum veniens cum Thermo, ac conspicatus Castoris templum armatis occupatum, omnesque fori aditus à gladiatoribus obsideri, ipsumq; Metellum vnà cum Cæsare: ô timidum, inquit, hominem, qui aduersus vnum tantam armauit multitudinem. *Plut. in eius vita.*

Augustus indignè ferebat, aliquid de se componi nisi serio & à præstantissimis: admonebatque prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus mimorum aut histrionum obsolescere: hac quidem in parte Alexandrum Magnum referens. Decet enim vbique principis authoritatem sartam tectam præstare. *Erasm. libr. 4. apoph. ex Sueton.*

Idem, cum iuuenes nobiles ac dignitate claros se tumultuantes vellet compescere, nec auscultarent illi, sed tumultuari pergerent: Audite, inquit, iuuenes senem, quem iuuenes senem audierunt. Augustus enim adolescens ad Rempubl. admotus est, summaque fuit authoritate: hac sola voce illos coercuit, nec aliud supplicium ob concitatum tumultum exegit. *Plut. Rom. apoph.*

Cicero Metello obijcienti, plures ipso testimonium contra eos dicente damnatos, quàm defendente absolutos esse: Quis verò, inquit, non hoc dicit, plus in me fidei esse, quàm eloquentiæ? *Plut.*

Seuerus Imp. quum milites Bassianum Seueri filium (qui post Antonius Caracalla dictus est) Augustum consalutassent, eo quod pater pedibus æger bellum moraretur: iussit se differri ad tribunal, simulque adesse omnes tribunos, centuriones, duces & cohortes, quibus authoribus hoc acciderat, sisti deinde & filium, qui Augusti nomen non recusarat. Hic quum in omnes eius facti authores iussisset animaduerti, excepto filio, omnesque ante tribunal prostrati rogarent veniam: Seuerus manu caput contingens; Tandem (inquit) sentitis caput imperare, non pedes. *Ælian. Spart.*

¶ Similitvdo.

Augustini. Sicut in ipsa rerum natura maior est authoritas vnius ad vnum omnia redigentis: nec in genere humano multitudinis vlla potentia est, nisi consentientis, id est, vnum sentientis: Ita in religione, qui ad vnum vocant, eorum maior & fide dignior esse debet authoritas. *De vera religione.*

Vide supra, Acceptio personarum.

Auxilium.

¶ Definitio et etymologia.

AVXILIVM, Græcè βοήθεια, ας, ἡ: & βοηθία, auxilior dicitur. Hebr. *hezer*, adiutorium, adiuuamen firmum, auxilium, à verbo *hazar*, iuuit, adiuuit, auxiliatus, opitulatus est. Cognationem habet cum *hazar* firmus fuit, & zeroha dicitur brachium. nam in brachijs est potentia & fortitudo auxilij.

¶ Sententiæ Poeticæ.

Menander.

ἀνὴρ γὰρ ἀνδρὸς καὶ πόλις σώζει πόλιν.
Vir enim virum, & ciuitas saluat ciuitatem.
χεὶρ χεῖρα νίπτει, καὶ δάκτυλός τε δάκτυλον.
Manus manum lauat, & digitus digitum.

Ouid. 4. Met.

Ad opem breuis hora ferenda est.

2. Pont. 6.

Brachia da lasso potius prendenda natanti,
Nec pigeat mento supposuisse manum.

Virg. 2. Æn.

Iupiter omnipotens precibus si flecteris vllis,
Aspice nos, hoc tantum: & si pietate meremur,
Da deinde auxilium pater, atque hæc omnia firma

Virg. 1. Æn.

Ad te confugio, supplex tua numina posco.

Virg 2. Æn.

Quod te per superos, & conscia numina veri,
Per, si qua est quæ restat adhuc mortalibus vsq;
Intemerata fides, oro, miserere laborum
Tantorum, miserere animi non digna ferenti.

Ouid. Epist. 1.

Victa precor, genibusq; tuis regalia tendo
Brachia.

2. Trist. 4.

Quo magis ô pauci, rebus succurrite lassis,
Et date naufragio littora tuta meo.

¶ Similitvdines.

Plutarchi, In tempestate qui confugiunt sub arbores tecta, ramos illius vellunt fugientes: Sic in rebus afflictis præsidio quorundam, quos eosdem per inuidiam illis rebus prosperis. *In Moral.*

¶ Adagia.

Lunæ radijs non maturescit botrus. μὴ πανσελήνου βότρυς.
Neque enim his niger maturus efficitur botrus. Conuenit in eos qui conantur, quod ob defectum virium non queunt perficere.
Per fluuium traducere. διαβιβάζειν τὴν ναῦν.
Dicebantur, qui difficultatem explicabant rei quæ res & inualidiores explicare non poterant.
Sacer manipulus. ἱερὸς λόχος.
Olim dicebatur, quemadmodum dicimus: Sacramentum dicendam, aut rem ad triarios redijsse.
Coriaceum auxilium. σκυτίνη ἐπικουρία.
Apud Atticos, infirmum & imbecille dicebatur.
Ficulneum auxilium. συκίνη ἐπικουρία.
Pro inualido atque inutili.
Multæ manus onus leuius reddunt.
Significat, difficilia facile confici, si quis non ipse singulus aggrediatur, sed in plures adiutores & auxiliatores distribuatur. Viel Hände machen leichte Arbeit. Item: Wenig hilfft aber Brot.
Re opitulandum, non verbis.
Quum res opus est, nil prosunt verba. Homer. Iliad. 2.
Ἐν γὰρ χρεῖ τέλος πολέμοιο, ἔπεσι δ' ἐν βουλῇ
Verbum in concilio valet, in certamine robur.
Si Deus voluerit.
De re futura, cuius exitus pendeat à Dei fauore. Ita loquis Iacobus Apostolus docet c. 4. v. 15. epistola sua.
Meis auspicijs.
Meis auspicijs, pro meo arbitrio, meisq; præsidijs. Virg. Æn. 4.
Porrigere manus.
Porrigere manus, pro auxilio esse, vulgatissimum est hodie.
Sine canibus & retibus. ἄνευ κυνῶν τε καὶ λίνων. *Proverbium.*
Dicetur in eos, qui non alienis præsidijs sed propriis vtuntur.
Summa vi defendere.
Si quis alterum summa vi tuebitur, quadrabit illa Iliad. 5.

Πείσὸς δὲ δοὶ δέρυ τ' ἴσχε καὶ ἀσπίδα παμφόλιν.
Vndique texit eum lancea clypeoq; rotundo.

Tanquam heros in clypeo excipere. ὡλλ' αὖτις ἐγώ γε ἰέναι σε βέλομαι.
Dicis solitum, vbi quis suis ipsius artibus ac beneficijs amicis bene mereri conaretur.
Frater viro adlit. ὡς ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρέστη.
De fido auxilio dici solitum, propterea, quod in vita vix vnquam frater solet fratri deesse.
Sine ope diuina nihil valemus.
Manca est omnium mortalium industria, omniq; fauor aspiret diuinus. Ad id accommodabitur illud Iliad. γ.

Πάντες δὲ θεῶν χαδὸν ἄνθρωποι.
Mortalis diuum auxilium desiderat omnis.
Ne gladium tollas mulier. μὴ μάχεσθαι γύναι.
Id est: Ne suscipias negotij molem, cum inquit Ouidius.
Non absque Theseo. οὐκ ἄνευ Θησέως
Quum significamus rem alieno auxilio confici. Ducit Erasmus rerum omnium communitatem ac societatem.
Duobus pariter euntibus. σὺν δύ' ἰόντε.
Id est: Si duo coniuncti ventant. Locus est apud Homerum, vbi Diomedes iturus exploratum, quid agant Troiani, inuocat Pallada. Id enim fore tum iucundius, tum tutius.
Nil profuerit bulbus. οὐδὲν σ' ὀνήσει βολβὸς ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον.
Nec uis carentem iuuerit bulbus nihil. Martialis.

Vel aliud bulbis quam ſatur eſſe potes.
Ne autem adirritandam Venerem valet. Licebit ad vere-
rem uſum trahere: Nihil prodeſſe ſtudium, ni vis adſit inge-

Faciunt operas mutuas.
Mutuatur videtur ab agricolis vicinis, qui mutuam inter ſeſe
operam commodare ſolent. Terentius.
Mutuo auxilio potentes.
Quo alienis præſidijs freti, facinus aliquod egregium, aut qui a-
lienis auxilijs nonnunquam aliquid faciunt: in eos apposite torquebitur
Homerus Iliad. 8.
Ἐν δ' ἄρ' ὑφ' ἑπτάπλοον σάκος Τελαμωνιάδαο.
Conſtitit Aiacis clypeo ſeptemplice tectus.
Tutas imploras. Τυτθὰς καλεῖς.
Vbi ſanis diffiſus viribus alienum implorat auxilium.
Aliena domus.
Quam Graci pro refugio prouerbialiter uſurpare ſolebant.
Quicquid illud eſt, cui innitimur, cuiuſq; fulcimur fidu-
ciam vocant: Metaphora a nautis ſumpta. Terent. Nauß-
Ich vber alle Sach.
Contra Martem.
Quum nullius auxilijs adiuti, noſtropte ingenio proprijſq; viri-
bus peragimus.

¶ Hieroglyphica.

Hirundo apud Xenophontem (quiſquis ille fuerit) eo libello qui
de venatu inſcribitur, per Hirundines in nido ore pa-
tulo, populos auxilium implorantes hieroglyphicè ſignifi-
cat. Suus enim patriam, os verò adapertum clamorem & implo-
rationem oſtendit. Hinc illud in Ezechiæ cantico: Sicut pullus hi-
rundinis, ſic clamabo. Pier. l. 22. pag. 209.

Emblemata Alciati.

Mutuum auxilium.

Emblema CLX.

Loripedem ſublatum humeris fert lumine captus,
Et ſocij hac oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors ſic præſtat uterque,
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.
Bina pericla unis effugit ſedulus armis,
Cum premererq; ſolo, cum premererq; ſalo.
Incolumem ex acie clypeus me præſtitit: idem
Naufragum apprenſus littora ad uſque tulit.
Vnum nihil, duos plurimum poſſe.

Emblema XLI.

Laerte genitum genitum quoque Tydeos una,
Hac cera expreſſit Zenalis apta manus.
Viribus hic præſtat, hic pollet acumine mentis,
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cum duo coniuncti veniunt, victoria certa eſt,
Solum mens hominem, dextraue deſtituit.

¶ Apologvs.

Vulpes & Sentes.

Inſilierat fortè in ſpinoſas vepres vulpecula, cumque laberetur, ſentes apprehendit, in quibus inniteretur, ab his lauciata, cum cruentis pedibus & magno dolore, Siccine, inquit, ſceleratæ ſentes, accipitis ſupplicem veſtram? Cui ſentes reſponderunt; Valde eam deceptam fuiſſe, quæ vellet ſeſe apprehendere, cum ipſæ apprehendere & retinere alia omnia conſueuiſſent.

Oſtendit fabula, ſtultè facere eos, qui opem & auxilium ab illis ſperent, quibus inſita ſit malefaciendi & iniuriarum voluntas.

FINIS LIBRI PRIMI.

POLYAN-

POLYANTHEA